





Szent
Zoe





EGYHÁZTÖRTÉNELMI

EMLÉKEK

A MAGYARORSZÁGI HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

BUNYITAY V., RAPAICS R., KARÁCSONYI J.,

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT

TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

ELSŐ KÖTET: 1520—1529.



BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1902



MONUMENTA

ECCLESIASTICA

TEMPORA

INNOVATAE IN HUNGARIA RELIGIONIS

ILLUSTRANTIA

DIGESSERUNT

V. BUNYITAY, R. RAPAICS, I. KARÁCSONYI

SECTIONIS SCIENTIFICAE ET LITERARIAE

SOCIETATIS S. STEPHANI

MEMBRA

TOMUS PRIMUS: 1520—1529.



BUDAPESTINI

Edidit Sectio. Scient. et Litt. Societatis S. Stephani

1902

EGYHÁZTÖRTÉNELMI

EMLÉKEK

A MAGYARORSZÁGI HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

BUNYITAY V., RAPAICS R., KARÁCSONYI J.,
A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT
TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

ELSŐ KÖTET: 1520—1529.



BUDAPEST
Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya
1902

STEPHANEUM, A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.
Budapest, VIII., Szentkirályi-utcza 28/*a*.

ELŐSZÓ.

A nagy történetírók egyike (Macaulay) mondja, hogy nincs része a történelemnek, melyet a különböző pártok írói annyira összezavartak és meghamisították volna, mint éppen a reformáczió története.

Tehették, kivált minálunk.

A mi történetünknek bármelyik kora, még az Árpádoké is sokkal ismeretesebb a hazai hitujítás korszakánál. És a mi ismeretes is belőle, még az sem mindig egykorú források, hanem többnyire száz, kétszáz éves s rokon- vagy ellenszenv sugallta följegyzések után alakult.

Ez állapot megszüntetésének óhaja vezette a Szent-István-Társulat tudományos és irodalmi osztályát, midőn évek előtt a hazánkbeli úgynevezett reformáczió és anti-reformáczióra vonatkozó egykorú adatok összegyűjtését és kiadását elhatározta, a gyűjtés és szerkesztés munkájával pedig *Bunyitay Vincze* m. akadémiai tagot, továbbá dr. *Rapaics Rajmond* budapesti kir. m. tud. egyetemi tanárt és dr. *Timon Ákos,* győri jogakadémiai tanárt megbízta.

A megbízottak először is megjelentek Esztergomban gróf Forgách Ferencz és Pázmány Péter utóda, immár b. e. Simor János bíbornok, prímás előtt, hogy működésükre főpásztori áldását kikérjék. Ezután fölosztották maguk közt a munkatervet.

Bunyitay a székesfőváros, továbbá az ország keleti és éjszakkeleti részeinek levéltárai s a bécsi császári és királyi titkos levéltár átvizsgálására, — Rapaics a már kiadott adatok összegyűjtésére, — Timon pedig a bányavárosok s a nyugati részek levéltárainak kibuvárlására vállalkozott. Timon utóbb fölhalmozódott teendői miatt a bizottságból kiválván, munkakörét dr. *Karácsonyi János* m. akadémiai tag foglalta el. Megállapíttatott egyszersmind a gyűjtés kiterjedésének határvonala is akképen, hogy egyelőre csak az 1520—1570 évek közé eső adatok szedessenek össze.

Mily eredménynyel feleltek meg a megbizottak ezen maguk



elé tűzött feladatnak? azt e jelen kötet, valamint a következők részletesen ki fogják mutatni. E helyen csupán annak megemlítésére szorítkozunk, hogy ki melyik levéltárban dolgozott?

Bunyitay Budapesten a magyar tudományos akadémia, a tudomány-egyetem, a nemzeti muzeum levéltárában, az országos levéltárban, — a vidéken Kolozsvár, Gyulafehérvár, Brassó, Csík-Somlyó, a sárospataki kollégiom és róm. kath. plebánia, továbbá Bártfa, Eperjes, Kassa városok, a gróf Csáky-család lőcsei, — a szepesi, nyitrai, pozsonyi, esztergomi káptalani és primási, — de legtovább (hét hónapig) a bécsi császári levéltárban kutatott.

Dr. Timon Körmöczbánya és Beszterczebánya, — dr. Karácsonyi pedig Selmeczbánya, Sopron városok, a veszprémi káptalan, a pannonhalmi főapátság, a vasvár-szombathelyi, a győri káptalan, a gróf Bánffy, a báró Wesselényi, a herczeg Eszterházy-család, a kolosmonostori konvent, Beszterce, Deés városok levéltáraiból és b. e. Véghelyi gyüjteményéből szerzett közel hatszáz darabot. Voltak azonban oly levéltárak is, például a csík-somlyai, a sárospataki kollégiomi, melyeknek átkutatása csak nemleges haszonnal járt, a mennyiben kitünt, hogy azokban egykorú adatok után nincs mit keresnünk.

Ezeken kívül egyesek, mint Matunák Mihály, néhai Ábel Jenő stb. több-kevesebb darabbal szintén hozzájárultak gyüjtemenyünkhöz.

Igy gyült össze az említett ötven évi időközből mintegy hat kötetre való anyag.

Mérlegelve ez anyag belértékét, tartozunk annak kijelentésével, hogy az első kötetnek, mely tíz év (1520—1529) adatait öleli föl, a hitujítást illetőleg inkább nemleges haszna van. Arról győz meg ugyanis a leghatározottabban, hogy az említett időközben nálunk még nincs reformáczió és így az az állítás, hogy nálunk a XVI. századnak már huszas éveiben egész községek «bevették a reformácziót», merőben alaptalan.

Forrongnak ugyan erősen az elmék, de mikor nem forrongtak? Kaczérkodnak sokan a vallásujító eszmékkel, vagy mint akkoron mondák: a «hitigazgatás»-sal; sőt vannak, kik a vallás dolgában összeütközésbe jönnek egyházi hatóságaikkal, de azért nem szünnek meg katholikusoknak lenni: böjtölnek, gyónnak, misére járnak, térdenállva imádkoznak, a templomokban a képek, az oltárok sértetlenül állnak stb.

A kötet adatainak tulnyomó része nem is a hitujításra, hanem az említett kornak egyházi állapotaira vonatkozik. Föl kellett vennünk ezeket is, mert nélkülök a hitujítás elterjedése nálunk érthe-

tetlen, történetének megírása pedig lehetetlen maradna. De ezen adatok is nem valami naplószerű, történeti czélra szánt följegyzésekben maradtak fenn, hanem legtöbbnyire birtokviszonyokra vonatkozó, vagy éppen peres iratokban. Sovány, szűkszavú adatok azok: itt egy név, ott egy évszám, ritkán egy mondat, legritkábban egy egész levél, mely vallásügyekről vagy éppen a hitujításról szól.

Hosszabb tapasztalás után meg kellett győződnünk arról is, hogy nálunk a hitujításról egykorú, részletes, teljesen megbízható s eddig még ismeretlen tudósítások nincsenek. Olyanokat az ismeretlenség homályából kiemelnünk a mily kényelmes, épp oly örvendetes is lett volna! De levéltáraink nemcsak magára a hitujításra, hanem még a XVI. század vallásügyeire vonatkozó adatokban is szegények. A missilis levelek, melyekben az efféle adatoknak leginkább helye szokott lenni, elkallódtak; naplók, emlékiratok pedig, igen kevés kivétellel, már csak a későbbi, 1550 utáni korból valók.

Be kell még számolnunk az okíratok másolásánál és sajtó alá rendezésénél követett rendszerünkről. Mintául vettük a legtekintélyesebb és legújabb e nemű külföldi kiadványokat.

Elsősorban jő az okírat sorszáma arab jegyekkel, alatta a kelet, ez alatt a rövid tartalom, ez után maga az okírat, majd a külső czím, végül: milyen anyagú? hol található? kiadta-e már valaki? legvégén a közlő megjegyzése s befejezésül ugyanannak a neve. Azon legújabb szabályokat azonban, hogy a másolásnál, ha szövegközben valami szó a tollban maradt, az nem rekesz-jel között, hanem kisebb, dőlt betűkkel adandó; szövegbirálati, helyeslő vagy helyreigazító megjegyzéseknél *betű* idézőjel,— egyéb történeti, helyrajzi stb. megjegyzéseknél pedig *szám*-jegyű idézőjel használandó, másolatainknak csak igen kis részénél tartottuk meg, mert legnagyobb részöket már e szabályoknak tudomásunkra jutása előtt összegyüjtöttük.

Az eredetiekről vett másolatokban megtartottuk az eredeti szöveg egyszerű *e* és *ę* betűjét a kettős hangzó *ae* helyett. A már közzétett okíratoknál a régibb közlők helyesírását, tehát *ae*-t használtunk. A mondatok pontozásánál nem a régi írók interpunctióit követtük, hanem értelem szerinti pontozással éltünk.

A mely okleveleket egész terjedelmökben közlünk, azoknál fölöslegesnek tartottuk a latin homlokírást. Az idegenek az oklevél szövegéből úgyis értesülést nyerhetnek. Ellenben a csupán magyar kivonatban közlött adatot ugyancsak az idegenek tájékoztatása végett latinul is adjuk.

Gyüjteményünk azonban korántsem teljes. Hogy minden levéltárt felkutassunk és mindent összeszedjünk, az tán lehetetlen is,

de mindenesetre évtizedek munkája lenne. Megkezdtük mégis a kiadást, mert történetírásunknak még kisebb gyüjteményre is szüksége lenne és mert pótkötetekkel gyüjteményünk mindig kiegészíthető.

De tartozásaink is vannak.

Kegyelettel és hálával kell megemlékeznünk, fájdalom, immár b. e. dr. *Steiner Fülöp* székesfejérvári püspökről. Ő volt az, ki, mint a Szent-István-Társulat alelnöke, vállalatunkat kigondolta, szervezte és megindította.

Köszönettel tartozunk mindazon egyházi s világi férfiaknak, kik levéltáraikat előttünk megnyitották, valamint azoknak is, kik mint levéltárosok munkálkodásunk közben annyi készséggel és türelemmel jártak kezünkre.

Mindenekfölött pedig méltó dicséret a Szent-István-Társulat áldozatkészségének, mely nélkül e vállalat nem létesülhetett volna.

Övék az érdem, miénk a munka, legyen vele nyertes a hazai történetírás!

Bunyitay Vincze.

PRAEFATIO.

Eorum, qui res gestas superiori saeculo scripserant, facile celeberrimus (Macaulay) asserit, nullam esse historiae partem, quae a diversarum factionum scriptoribus tantopere confusa depravataque esset, ac historia sic dictae reformationis.

Hoc quidem agere poterant praesertim apud nos.

Quaecunque videlicet historiae nostrae periodus, ipsa quoque regum stirpis Árpádianae non excepta, longe magis nota et explorata est, quam epocha dictae in patria nostra reformationis. Et quae ex illa etiam nota sunt, nec haec semper ex fontibus coaevis, sed plerumque ex adnotationibus centum et ultra annis serius, iisque sympathia vel antipathia dictante exaratis innotuerunt.

Ut huic malo occurreretur, inclytae Societatis a Sancto Stephano nuncupatae Sectio scientifica et literaria ante plures iam annos consilium iniit monumenta historiam sic dictae reformationis et antireformationis in Hungaria illustrantia colligendi et in lucem edendi, ac huius rei curam *Vincentio Bunyitay* Academiae Scientiarum Hungaricae socio, porro Dri *Raymundo Rapaics* Reg. Scient. Universitatis Budapestinensis professori, necnon Dri *Achatio Timon* tunc temporis Academiae Iuris Iaurinensis professori commisit.

Colligendis monumentis praefecti in primis Strigonium profecti, successorem Francisci e Comitibus Forgách et Petri Pázmány, p. m. Joannem Cardinalem Simor, regni Primatem adierunt, eius benedictionem imploraturi. Postea laborum partes inter se diviserunt.

Bunyitay lustrandorum tabulariorum Budapestinensium, item in partibus regni huius orientalibus et septentrionalibus constitutorum, necnon caes. et reg. secreti archivi Vindobonensis, — Rapaics colligendorum monumentorum iam editorum, — Timon vero tabulariorum civitatum montanarum et partium regni occidentalium perscrutandorum provinciam in se suscepit. Dre Timon postea propter alias occupationes muneri collectoris valedicere

coacto, in eius locum Dr. *Joannes Karácsonyi* Academiae hung. socius successit. Simul et limites instituendae collectionis defixi sunt, hoc modo, ut interim monumenta nonnisi intervalli annorum 1520—1570 colligerentur.

Quo successu singuli collectores suscepto labori insudaverint? praesens tomus subsequentesque docebunt. Sufficiat hic loci id tantum memoriae prodere, quis eorum quo in tabulario laboraverit?

Bunyitay Budapestini tabularium Academiae Hung., r. Universitatis, Musaei Nationalis, regnicolare, — in provincia Claudiopolitanum, Alba-Iuliense, Coronense, Csík-Somlyóense, Collegii Sárospatakiensis et parochiae rom. catholicae ibidem, porro civitatum: Barthphae, Eperiesini, Cassoviae, Leutschoviae, familiae comitum Csáky Leutschoviae, capitulorum: Scepusiensis, Nitriensis, Posoniensis, Strigoniensis, item primatiale, — diutissime tamen (per menses septem) tabularium caes. et reg. Vindobonense perscrutatus est.

Dr. Timon e tabulariis Cremniciensi et Neosoliensi, — Dr. Karácsonyi vero e tabulariis civitatum Schemniciae et Sopronii, porro capituli Vesprimiensis, archi-abbatiae sacri montis Pannoniae, capitulorum Castriferrei — Sabariensis et Iaurinensis, familiarum comitum Bánffy, baronum Wesselényi, principum Eszterházy, conventus Kolosmonostoriensis, civitatum Bisztriciae et Dés, necnon ex collectione Véghelyiana sexcenta prope monumenta collegit. Fuere ceterum talia quoque tabularia, e. gr. Csík-Somlyóense et Collegii Sárospatakiensis, quorum perscrutatio indirecte tantum, ut ita dicamus, profuit, in quantum sc. eluxerat, in iis coaeva documenta haudquaquam reperiri.

Praeter hos alii quoque, uti Michael Matunák, Eugenius quondam Ábel etc. pluribus paucioribusque monumentis nostram auxere collectionem.

Atque sic ex memoratorum quinquaginta annorum spatio materia, quam vix quinque vel sex volumina capere poterunt, congesta est.

Ponderando internum collectae materiae pretium, fatendum nobis est, primum hunc tomum, qui decem annorum (1520—1529) monumenta complectitur, quoad novationes religiosas negativam magis praestare utilitatem. Convincimur videlicet ex illo quam firmissime, memorato temporis spatio aqud nos sic dictam reformationem nondum invaluisse, sicque illam assertionem, quae propugnat tertio iam saeculi XVI. decennio apud nos integras communitates reformationem amplexas fuisse, omni prorsus carere fundamento.

Fervent quidem haud mediocriter ingenia, at quando non ferbuerunt? delectantur multi ideis reformatoriis sive, ut tunc temporis dicebatur, «fidei emendatione»; imô sunt, qui in negotio religionis cum auctoritate ecclesiastica conflictantur, sed ideo non desinunt esse catholici: ieiunant, peccata sua confitentur, missam frequentant, genuflectendo orant, in ecclesiis imagines, altaria illaesa servant etc.

Quapropter longe maior monumentorum huius tomi pars non innovationem religionis, sed statum et conditionem Ecclesiae Hungaricae illius aetatis concernit. Colligenda haec quoque erant, quia sine his nec novationis religiosae propagatio intelligi, nec illius historia rite conscribi potest. Verumtamen haec etiam monumenta non in quibusdam quasi-diariis vel ad finem historicum factis adnotationibus, sed potissimum in scriptis causas possessionarias vel plane litigionarias spectantibus conservata deprehenduntur. Exilia, pauciloqua monumenta sunt ista: modo nomen quodpiam, modo tempus cuiusdam eventus, raro una constructio, rarissime integra quaedam epistola, quae de rebus religiosis vel plane de reformatione agit.

Diuturniori experientia edocti convictique sumus, relationes coaevas, quae religionis apud nos innovationem accuratius et fidedigne tractarent, quaeve hucadusque incognitae latuissent, non inveniri. Certe tales e tenebris ignorantiae eripuisse nobis quoque commodum aeque ac iucundum fuisset! At vero tabularia nostra respectu monumentorum non solum ipsam reformationem, verum etiam in genere res religiosas saeculi XVI. concernentium gravi laborant inopia. Litterae missiles, in quibus eiusmodi monumenta imprimis locum habere solebant, iniuria temporum passim perierunt; diaria vero et memorialia, paucissimis demtis, ex sequiori demum (post annum 1550) aetate descendunt.

Restat adhuc, ut methodi, qua in describendis preloque submittendis monumentis usi sumus, rationem reddamus. Hac in parte optimae et recentissimae idgenus exterae publicationes normae adinstar nobis inservierunt.

Primo loco igitur ponitur numerus currens documenti signis arabicis, sub hoc datum, subter illud breve argumentum, dein ipsum documentum, mox intitulatio externa, demum: documentum originale cuius sit materiae? unde provenerit? num ab aliquo iam publicatum fuerit? additur ultimo collectoris observatio, denique nomen. Illas tamen recentissimas regulas, quae in describendis monumentis, si vox quaedam in textu a scriptore omissa fuerit, hanc non intra parenthesim, sed minoribus, cursivis litteris suppleri, —

notas vero criticas seu approbatorias seu correctorias per *litteras*, historicas e contra vel topographicas etc. per *numeros* indicari et citari praecipiunt, has inquam regulas in paucissimis tantum monumentis per nos observatas fuisse fatemur, quia horum maximam partem ante, quam illae regulae nobis innotuerant, iam collegimus.

In apographis ex originalibus sumtis simplicem textus originalis *e* vel *ę* litteram loco diphthongi *ae* retinuimus; in documentis vero iam editis orthographiam priorum editorum secuti, *ae* scripsimus. In interpungendis constructionibus non antiquorum scriptorum interpunctioni inhaesimus, sed tali, qualem sensus postulabat, usi sumus.

Quae monumenta per extensum publicamus, in eorum fronte argumentum latine quoque adponere superfluum duximus, quandoquidem extranei e textu monumenti rei notitiam haurire possunt. E contra ubi monumentum aliquod in extractu tantum hungarico communicatur, ibi in commodum alienigenarum latinam etiam versionem adiecimus.

Non nos latet, collectionem nostram nequaquam completam et perfectam esse. Cuncta tabularia perlustrare et omnia omnino ad rem nostram facientia colligere, forsan nec possibile est, vel certe ad hoc perficiendum plurium decenniorum labore opus esset. Noluimus tamen publicationem ulterius differre; partim quia historiographiam patriam vel tali, imo adhuc imperfectiore quoque collectione indigere sentimus, partim quia collectio nostra per supplementa addenda successive commode compleri poterit.

At nec debitorum nostrorum simus immemores!

Pie grateque recolimus memoriam praematura pro dolor! morte abrepti f. r. Dris *Philippi Steiner* Praesulis Albaregalensis. Ille quippe fuit, qui dum munere Vice-Praesidis Societatis Sancti Stephani fungeretur, ideam huius Monumentorum collectionis concepit, utque opus inciperetur et bene disponeretur, auctor fuit.

Gratias referimus omnibus et singulis viris ecclesiasticis aeque ac saecularibus, qui sua nobis tabularia aperuerunt, prout et illis, qui ceu horum custodes nos in laboribus nostris tanta cum promtitudine et patientia adiuvarunt. — Non sat laudari quit Societatis S. Stephani munificentia, cui totum imprimis debetur opus.

Illorum est meritum, nostri fuere labores, fructum capiat historia patriae.

1.

Róma, 1520 márczius 21.

Farratinus de Ameria Bertalan, Szent-Péter bazilikájának kanonokja, mint apostoli biztos, Markovczy Jánost, zágrábi egyházmegyei misés-papot és Széchényi Zsigmond esztergommegyei papot, Szent-Péter templomának építésére adott alamizsnájuk fejében gyóntatójuk szabad választására jogosítja fel s annak rendkívüli meghatalmazásokat ad.

Universis et singulis venerabilibus viris Presbyteris, secularibus ac cuiusvis Ordinis etiam Mendicantium regularibus, Bartholomeus Farratinus de Ameria, Canonicus basilice Principis Apostolorum de Urbe et ad infrascripta Commissarius Apostolicus salutem in Domino. Ut adeptis spiritualium gratiarum muneribus, que Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster Dominus Leo divina providentia Papa X. libenter ad invitandum Christi fideles ad pietatis et misericordie opera et ad porrigendum manus adiutrices fabrice basilice Principis Apostolorum de Urbe ex bullis Apostolicis plenarie indulgentie pro huiusmodi fabrica sub Datum Rome anno Incarnationis Dominice M. D. XVIII. Nonis Januarii, et confirmatis et innovatis sub Datum M. D. XIX. Tertio Idus Decembris, Pontificatus sui anno septimo editis et publicatis concessit, Joannes de Markowch, Presbyter Zagrabiensis Diocesis, et Magister Sigismundus de Zechen, Clericus Strigoniensis Diocesis, pro suarum animarum salute frui et gaudere possint: vobis fidem facimus et attestamur presentibus eosdem Joannem et Sigismundum superius nominatos ex eo, quod ex pingvedine charitatis dicte fabrice obtulerunt et manus adiutrices porrexerunt, iuxta dictarum literarum tenorem plenam et liberam facultatem adeptos esse eligendi sibi ex vobis Confessorem idoneum, qui, eorum confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus et delictis ac peccatis quibuslibet, quantumcunque gravibus et enormibus, etiam Sedi Apostolice reservatis casibus, etiam si talia forent, super quibus Sedes ipsa merito esset consulenda, ac a censuris ecclesiasticis etiam ab homine ad alicuius instantiam latis de consensu partium etiam ratione interdicti incursis et quarum absolutio dicte Sedi esset reservata; ac etiam his, que

in bulla in *Cena Domini* legi solita reservantur (preterquam machinationis in personam Summi Pontificis; occisionis Episcoporum aut aliorum superiorum Prelatorum, et iniectionis manuum violentarum in illos aut alios Prelatos; falsificationis bullarum et literarum apostolicarum; delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium ac sententiarum et censurarum occasione aluminum Sancte Romane ecclesie ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem apostolicam delatorum incursarum) semel in vita, et in non reservatis casibus totiens, quotiens id petierint et in mortis articulo ac quotiens de illa dubitarent, plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere ac penitentiam salutarem iniungere et Eucharistie sacramentum (preterquam in die Paschatis et in mortis articulo) aliis anni temporibus ministrare; necnon emissa per eos vota quecunque (ultramarino, ingressus Religionis et castitatis votis duntaxat exceptis) in utilitatem dicte fabrice commutare; ac iuramenta quecunque in contractibus, instrumentis et obligationibus (preterquam in forma Camere) appositis ad effectum agendi duntaxat relaxare et ab eis et a quocunque periurio sine tamen tertii preiudicio absolvere possit et valeat; similiterque prefati eligentes quadragesimalibus et aliis temporibus prohibitis ovis, butyro, caseo et aliis lacticiniis ac etiam carnibus de utriusque medici consilio uti, frui et vesci libere ac licite et absque conscientie scrupulo; et si persone nobiles aut Presbyteri vel graduate extiterint, altare portatile, quod cum debitis reverentia et honore retineant et super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, etiam non sacris et ecclesiastico interdicto generali vel speciali tam apostolica, quam ordinaria auctoritate suppositis, dummodo huiusmodi interdicto causam non dederint, habere, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem in sua ac suorum domesticorum presentia iuxta formam. c. Alma de sen. ex lib. VI. missas et alia divina officia per seipsos, qui presbyteri sunt aut pro tempore erunt, celebrare, seu per alios sacerdotes celebrari facere, tempore quoque interdicti istiusmodi divinis interesse et eorum corpora (sine tamen funerali pompa) ecclesiastice tradi sepulture; ac demum tot et similes indulgentias et peccatorum remissiones, quas in singulis diebus quadragesimalibus et totius anni singulas dicte Urbis et extra eam ecclesias, que a Christi fidelibus propter stationes dicte Urbis assequendas visitari solent, personaliter visitarent et aliquam vel aliquas ecclesiam vel ecclesias iuxta eiusdem Commissarii seu aliorum Commissariorum, vel deputandi aut deputandorum aut subdelegandorum ab eisdem, aut

ipsius Confessoris eligendi providam ordinationem super hoc faciendam devote visitando et in capsis ad hoc in subsidium dicte fabrice per eosdem deputandis pias elemosinas effectualiter porrigendo consequerentur, auctoritate apostolica per dictas literas concessa consequi possint et valeant, porrigentesque prefati ex commissione apostolica in dictis literis contenta omnium spiritualium bonorum, que fient in tota universali sacrosancta militante ecclesia, participes in perpetuum fiant, constitutionibus et ordinationibus ac literis apostolicis quoruncumque Romanorum Pontificum, ceterisque aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Ceterum prefatus Sanctissimus Dominus noster per predictas literas inhibet Ordinariis et aliis quibuslibet sub excommunicationis late sententie et quingentorum ducatorum auri fabrice predicte applicandorum penis, ne post concessionem, confessionem et absolutionem huiusmodi de premissis casibus se quovismodo intromittere vel tales contribuentes, quominus huiusmodi facultatibus et gratiis libere uti, potiri et gaudere valeant, impedire aut molestare presummant. In quorum fidem presentes fieri et nostri sigilli appensione muniri fecimus. Datum Rome apud porticum Sancti Petri anno a Nativitate Domini M. D. vigesimo, die vero XXI mensis Martii, Pontificatus Prefati S. D. N. Domini Leonis divina providentia Pape X. anno octavo.

Forma plenarie absolutionis premissa confessione.

Misereatur tui etc. Et post verba communis absolutionis dicat sacerdos: Iterum apostolica auctoritate tibi concessa et mihi commissa, te absolvo ab omnibus peccatis, delictis et excessibus, quantuncunque enormibus hactenus per te commissis, ac a censuris quomodolibet incursis etiam Sedi apostolice reservatis, in quantum mihi facultas conceditur; et iterum remitto per plenariam indulgentiam omnem penam in purgatorio tibi debitam pro premissis, ac restituo te illi innocentie et puritati, quam in baptismo accepisti, ita, quod decedenti tibi ab hoc seculo clause sint porte penarum et aperte ianue deliciarum paradisi; et si hac vice non morieris, salva sit tibi nihilominus ista gratia, quando alias fueris in articulo mortis. In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

Idem Bartholomeus Commissarius manu sua.

Hártya, függő pecsétje elveszett, csak zsinórja van meg. — *Budai országos levéltár D. L. 34626.* — *Ugyanitt 23528.* sz. alatt van ehhez teljesen hasonló búcsúlevél 1521. márczius 31-ikéről «Franciscus Nicolai de Bayony clericus, Dionysius pater eius cum Helena uxore ac Joannes, Stephanus, Petrus Nagh liberi eorum» számára kiállítva.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

2.

Szepeshely, 1520 márczius 15.

A szepesi káptalan részletesen megállapítja a Szemercsényi Kristóf olvasókanonok által részére tett hagyományok fejében végezendő isteniszolgálatok idejét, helyét és módját.

Nos Capitulum Ecclesiae Scepusiensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis. Quod cum nedum sacrarum scripturarum eloquia, verum etiam humanae sanctiones ultimas voluntates defunctorum inviolabiliter praeceperint observare, Constantino augusto testante, qui populo romano imperio subiecto scribens ita constituit: Quod unusquisque hominum habeat licentiam, praecipue sanctissimis venerabilibusque collegiis ecclesiasticis, decedens bonorum, quod optaverit, relinquere et non sint cassa iudicia eius; nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremae voluntatis, postquam iam aliud velle non potest, liber sit stilus... Hinc est quod venerabilis ac egregius quondam Christophorus de Zemerchen lector et canonicus ac frater noster charissimus, in aegritudinis lecto decumbens, illam Esaiae prophetae admonitionem considerans, qui ad regem Ezechiam usque ad mortem aegrotantem dixit, dispone domui tuae, quia morieris tu et non vives, talentum sibi a Deo creditum non cum torpente servo, sed fideli oeconomo duplicatum, ipsi Domino Deo suo rependere desiderans, pro modulo ultimae voluntatis testamentalem de bonis sibi a Deo datis et per eum serviciis propriis acquisitis praecipue ad pias causas fecit ordinationem, in qua praecipuum haeredem instituit beatissimum patronum nostrum sanctum Martinum et capitulum nostrum, constituens in executores venerabiles ac egregios dominos, magistrum Joannem Henckel plebanum Lewchoviensem et Bernardum de Zenthiwan plebanum de Sancto Nicolao, protunc canonicos et fratres nostros, Michaëlem Pannonium artium et medicinae doctorem phisicum et Benedictum de Zenthmaria, secretarios illustris Dominae Hedvigis ducissae Thessiniensis ac relictae spectabilis ac magnifici quondam domini Stephani regni Hungariae palatini, patronae nostrae gratiosissimae, Michaëlem Challokewzy castellanum castri Scepusiensis, ac Paulum de Zemerchen fratrem suum, dans eis plenam facultatem, voluntatem suam ultimam exequendi et faciendi pro refrigerio animae suae, prout illis commissum et specificatum est; in non specificatis vero, prout illis melius et salubrius videretur: ut ex instrumento publico, manu et signo

venerabilis fratris nostri Stanislai de Leopoli artium et theologiae professoris, custodis et canonici Ecclesiae nostrae, tanquam publici notarii scripto et consignato patebat. Venientes igitur praedicti domini Joannes et Bernardus plebani ac nobiles Michael Challokewzy et Paulus Zemercheny in nostri praesentiam ad locum capitularem, nobis capitulariter congregatis nomine eorum et aliorum coexecutorum, quibus allegabant etiam se ad hoc faciendum speciale habere mandatum, exhibuerunt nobis legendum testamentum praedicti domini Christophori lectoris, in eo praecipue loco, qui capitulum et collegium nostrum pro fundatione sequenti concernebat, ubi sic cavebatur: Item in Gransz habeo iobagiones duos, dant mihi per annum fl. 3 cum medio, lego Ecclesiae beati Martini. In villa Witkonis sunt iobagiones quatuor, duo illorum habent libertatem, tamen denique dant fl. 4, et libertas eorum expirabit propediem. Ibi est molendinum, quod si bene providebitur, erit cum bono profectu. Ibi sunt etiam silvae et dant mihi ex illis fl. 7, ita quod in toto bene se extenderet ad 25 fl., si diligenter expenderetur; lego etiam pro fundatione fienda apud Ecclesiam sancti Martini. Item in Gergo habeo unum iobagionem, qui dat fl. 4 cum dimidio. Item alium, qui tenetur dare fl. 3, ego tamen illi feci gratiam. Tertius dat fl. 2, licet combustus fuerit, et habet libertatem ad certum tempus. Quarta est curia desolata, de qua curia dantur fl. 2. Quintus dat medium florenum. Item in Gebelfalwa habeo duas desertas haereditarias, unaquaeque dat centum et decem denarios; quae etiam lego ad Ecclesiam sancti Martini. Ad Sanctum Laurentium sunt duo, qui dant per unum florenum quilibet; tertius est in libertate. Item in Radiolcz sunt tres et dant quilibet eorum per medium florenum. Et de praedio Sancti Georgii circiter unus florenus cum medio, vel minus. In Grancz habeo iobagiones tres, dant omnes unum florenum cum medio in toto. Item in Petrocz habeo terras arabiles, de quibus solvuntur fl. 3. Sunt hic in oppido aliquae matronae, quae dicunt se habere aliqua iura, quae non vidi; de facili possent contentari. Item si adhuc aliqua bona haereditaria emi possent, pro dicta fundatione emantur fl. 600 in Ecclesia de supradictis fienda. Supradicta lego, ut executores tractent cum capitulo de oneribus et serviciis divinis, secundum quod etiam prius commisi et cum aliquibus tractavi. Quibus perlectis et intellectis, rogaverunt nos praedicti domini executores saepius et instanter, ut praedictas pecunias et haereditates ad nostram reciperemus possessionem, cum singulis viribus eorum et onera pro tunc nobis proposita in perpetuum servaremus, quae nobis in quadam ceda obtule-

runt. Nos igitur Capitulum sentientes, quod illa onera nobis proposita cederent in gravamen Ecclesiae et Capituli nostri, tum quia cognovimus non in tantum redditus et census se extendere, sicut in testamento fuit specificatum, tum etiam, quia sine litibus forsitan non possemus adhuc praedicta bona quiete possidere; fuit igitur ab utrisque partibus, tam ex parte nostra, quam praedictorum dominorum executorum mature tractatum, et in talem devenimus unionem. In primis ad laudem et honorem Dei Omnipotentis eiusdemque genitricis Mariae Virginis ac beati Martini Episcopi et Confessoris Ecclesiae nostrae patroni, ac refrigerium animae ipsius quondam domini Christophori lectoris ac suorum parentum ac fratrum, constituimus et voluimus: Quod singulis quintis feriis post diem Cinerum, omnes canonici de gremio Ecclesiae nostrae residentes, finito Completorio processione solita ibunt ad Capellam Dominorum, ibidemque pro anima testatoris decantabunt: *Placebo* cum tribus collectis: videlicet *pro sacerdote, Inclina,* et *fidelium generali,* et die sequenti, scilicet Veneris, ante missam diei in eodem loco per seipsos decantabunt vigilias trium lectionum cum Laudibus et missam defunctorum cum ministrantibus officiante uno ex canonicis, cuius tunc septimana fuerit in titulatione tabulae per succentorem nostrum more solito conscriptae. Item servabit capitulum unum altaristam perpetuum, hominem probatae opinionis, cui in beneficium conferet altare sanctae Mariae Magdalenae a latere capellae spectabilium dominorum patronorum, qui non erit amovibilis, nisi quantum de iure possit et debeat amoveri, vel nollet ea facere, ad quae esset obligatus. Qui altarista debeat esse obediens domino nostro praelato et suo vicario pro tempore constitutis, ac dominis de capitulo uti patronis, et interesse teneatur processionibus solemnibus uti alii sacerdotes, et quotidie, cum aptus ad hoc fuerit et dispositus, legere Missam diei, excepta feria secunda, qua die teneatur legere Requiem cum collecta pro sacerdote. Praedictas autem missas, si commode id facere poterit, a festo Pascae usque ad festum sancti Michaelis teneatur[1] perficere mane ante pulsum longi, propter homines, qui quandoque illis temporibus cupiunt missas audire. A festo autem Michaelis usque ad Pasca Domini, cum dies sit brevis, poterit [illas Missas] legere quacunque hora voluerit. Huic altaristae capitulum singulis quatuor temporibus anni dabit florenos quinque. In eventum tamen, quod talis altarista gravi infirmitate detineretur, tunc faciet de suo salario singulis septimanis tres admi-

[1] Az eredetiben következik: illas Missas.

nus Mssias per aliquem sacerdotem ibidem celebrare. Ut autem in illo altari sanctae Mariae Magdalenae talia obsequia perfici possent, accessit ad hoc expressus consensus dominorum spectabilium patronorum. Item volumus etiam ac conclusimus, quod altare praedictum nulli de medio canonicorum per nos Capitulum conferatur, imo si dictus altarista pro tempore constitutus meritis suis in Canonicum eligeretur, tunc ipso facto dictum altare censeatur vacare et per ipsum capitulum alteri idoneo conferri possit et teneatur. Item Capitulum faciet per capellanos chori maioris singulis feriis quintis, sub pulsu longi, decantare facere missam solemnem de Corpore Christi, et de laboribus capellanos chori faciet singulis quatuor temporibus anni contentos, iuxta compositionem inter eos habitam. Ut autem praedictus altarista ad honorem Dei ac suae genitricis illibatae ac sanctae Mariae Magdalenae honestius posset officium suum perficere, ipsi domini executores de bonis ipsius testatoris ad praedictum altare assignaverunt unam casulam de auro texto cum cruce de margaritis, calicem, patinam, pacificale, et duo candelabra parva argentea, et tapeta nova quinque pro ornatu stallorum in Capella. Quae omnia data sunt ad sacristiam Capellae spectabilium patronorum nostrorum.

Nos igitur Capitulum recognoscimus bona ac haereditates nobis legatas, prout supra expressum est, una cum sexcentis florenis auri, de quibus iam comparavimus unam vineam in oppido nostro Lyzka sitam, ac unam villam Olsowycza aliter Petersdorff nominatam (de reliquis vero curabimus pro utilitate communi aliquos annuos census sive haereditates comparare), ab ipsis executoribus recepisse, una cum iuribus et literalibus instrumentis super illis haereditatibus confectis. Pro quibus promittimus per nos servare et nostros successores, quos ad hoc obligamus, servari facere omnia supradicta modo et ordine descripto in perpetuum, sicut inter nos et praedictos executores concorditer fuit conclusum. Si vero praedicta aut aliqua praedictorum servare vel servari facere non curaremus, tunc submittimus nos ad omnia praedicta inviolabiliter tenenda ipsi domino praelato nostro aut eius vicario pro tempore constituto, qui nos censuris ecclesiasticis ad praedicta observanda compellere possint et valeant, cum non primum modo sed etiam a iure postulatum sit, ut quisque beneficii accepti non obliviscatur, quin etiam cum foenore pro virili respondeat. Ut autem praesens nostra compositio cum dictis dominis executoribus cunctis pateat et inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observetur evidenter, ac robur obtineat: decrevimus quoque [ut] superinde tria

paria literarum sub nostro sigillo conficiantur. Quorum unum assignetur ad archivum domini praelati; secundum ad archidiaconum (így) capituli Agriensis aut Varadiensis; tertium vero detur ad manus domini Pauli de Zemerchen ac haeredum suorum, fratrum scilicet ipsius testatoris. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, praesentes literas nostras, una cum aliis binis similibus, appensione sigilli nostri privilegialis fecimus communiri. Datum in loco nostro Capitulari, feria quinta proxima post Dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo.

Szepesi káptalan levéltára, Scrin. 4. fasc. 2. nr. 17.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

3.

Székes-Fejérvár, 1520 május 11.

Füredy Péter pannonhalmi szerzetes a hantai prépostot erőszakoskodásai miatt a király elé idézteti.

Petrus de Füred presbyter conventualis monasterii sacri montis Pannonie Franciscum, Praepositum de Hanta, ob varias violentias per officiales ipsius Praepositi querulanti illatas in praesentiam regiam evocat.

«Nobilis et religiosus frater Petrus de Füred presbiter conventualis monasterii sancti Martini sacrimontis Pannonie» a király előtt panaszt tett, hogy midőn ez évi Szent-György-nap táján a somogymegyei Füred és Remete-Udvarhely helységekből Pannonhalmára ügyekezett és Hantán keresztül ment, György hantai plébános és Ferencz hantai prépost többi tisztviselői a prépost parancsából őt és a vele levő cselédeket megverették, a prépost házába vitették, ott nemességének nagy sérelmére kalodába tették és Füredre vonatkozó leveleit elvették. — A prépostot és embereit a székesfejéri János-lovagok rendháza a király elé idézi.

Eredetije a pannonhalmi rendi levéltárban c. 68 l. Ff.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

4.

Garam-Szent-Benedek, 1520 augusztus 15.

György kolosi apát, atyjafiának: Péternek a nyitramegyei Szentmihályúr Vashegyen szőlőt adományoz.

Nos conventus monasterii S. Benedicti de iuxta Gron memoriae commendamus . . . quod R. D. Georgius Abbas de Kolos coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus

in hunc modum: quomodo ipse consideratis preclaris fidelitatis obsequiis, pergratis servitiorum meritis Nobilis Petri fratris sui, quibus idem iam prestitis decem annis integris . . . se eidem gratum reddere studuisset et acceptum; volens itaque idem D. Georgius Abbas eundem Petrum fratrem suum propterea aliqua munificentia sive antidote consolari: totalem vineam suam, quam idem D. Georgius Abbas a provido Bartholomeo Baba dicto in promonthorio montis Alsohegh nuncupati, in territorio possessionis Zenthmyhalwr vocate in comitatu Nitriensi existentis habitam, pro certa summa pecuniarum (pro XIII flor. hung. egy másik oklevél szerint) emisset, omni eo iure, quo ad ipsum D. Georgium Abbatem spectare et pertinere dinosceretur . . . memorato Petro, fratri suo, suisque heredibus et posteritatibus . . . dedit, donavit et contulit nostri in presentia iure perpetuo . . . Datum in festo Assumptionis Sacratissime Marie Virginis anno virginei partus eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo.

Esztergomi kápt. orsz. ltár: Szent-Benedeki Protocoll. B. pag. 14.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

5.

Pannonhalma, 1520 szeptember 5. előtt.

Tolnay Máté főapát az esztergomi érseket a benedekrendűek közgyűlésének megakadályozása miatt a pápának bepanaszolja.

Mattheus archiabbas sacrimontis Pannoniae Thomam Cardinalem Strigoniensem coeptum reformationis ordinis s. Benedicti opus impedientem Summo Pontifici denunciat.

Máté főapát előterjeszti a pápának, hogy midőn az apostoli szentszéktől kapott kiváltság alapján «triennio revoluto generale Capitulum pro incepte reformationis salubri continuatione vellet celebrare et se ad id preparasset, Revmus d. Thomas Cardinalis Strigoniensis ipsum . . . anno presenti turbavit et impedivit indebite et iniuste, omnes abbates sub sua iurisdictione constitutos in prefato regno potiores prohibendo ab ingressu ipsius generalis capituli secrete et de facto». Kéri a pápát, küldjön ki valakit apostoli hatalmával, a ki a Tamás érsek ellen e miatt indítandó pert megvizsgálja és eldöntse.

Eredeti fogalmazvány. Rávezetve más kéztől: Jauriensi. Concessum, ut petitur, presentia D. N. PP. L. Car. s. P. ad Vincula. Datum apud sanctum Petrum Nonis Septembris Anno Octavo. Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 43. l. R.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

6.

Pozsony, 1520 szeptember 5.

II. Lajos király megerősíti azt a királyi levelet, a melylyel atyja Bakócz Tamás kardinális esztergomi érseket felhatalmazta, hogy összes ingóságairól és ingatlan javairól szabadon végrendelkezhessék, s maga is újra felhatalmazza.

Nos Ludovicus . . . memoriae commendamus, . . . quod licet reges et principes ex quodam publici officii debito ad uniuscuiusque subditi merita considerationem et respectum habere debeant: maior tamen illorum semper ratio est habenda, qui meritis suis gratiores se reddere studuerunt et acceptos. Considerantes igitur fidem et fidelitatem gratissimaque et cumulatissima servitia et merita Revmi in Christo Patris, domini Thomae Cardinalis Strigoniensis, ex quo ipse sacrae primum huius regni nostri coronae, deinde serenissimis condam Mathiae et Vladislao, genitori nostro charissimo, clarae memoriae regibus Hungariae et Bohemiae etc. praedecessoribus nostris, plurimis annis et multis gravibusque in rebus usque ad vitae eorum tempora, postmodum vero, ipsa paterna maiestate defuncta nobisque feliciter succedentibus, etiam maiestati nostrae cum summa dexteritate et perpetua fidelitatis, diligentiae et sollicitudinis cura et constantia exhibuit et impendit, et adhuc exhibere vel in hac aetate sua iam ingravescente non cessat. Volentes igitur tot et tantorum meritorum suorum iustam, ut par est, rationem habere et nostram erga ipsum ostendere gratitudinem et ut nostra haec ipsa clementia et benevolentia vel ab ipsis posteris merito commendari valeat: quasdam literas facultatis paternae maiestatis eidem d. Cardinali concessas, ut scilicet idem de rebus et bonis suis quibuscunque, tam scilicet mobilibus, quam etiam immobilibus, libere disponere et testari possit, quarum tenorem praesentibus pro sufficienter expressis et in insertis habere volumus, acceptamus, ratificamus, roboramus et confirmamus; et insuper etiam nos ex speciali et abundantiori gratia et liberalitate nostra proprioque animi nostri motu et ex certa denique nostra scientia et regiae potestatis plenitudine eidem domino Thomae Cardinali de novo duximus annuendum et concedendum, ut ipse de universis castris, castellis, oppidis, villis, possessionibus et iuribus suis possessionariis, per eum qualitercunque sive pecunia emtis, sive aliter acquisitis vel acquirendis, et ubivis in regnis nostris et sub corona regni Hungariae existentibus, et itidem de omnibus argenteriis totaque suppellectili, nec non animalibus ac aliis quibusvis rebus et bonis suis . . . quodcunque testamentum seu testamentariam dispositionem

sive ecclesiis, sive capellae suae ad latus ecclesiae suae Strigoniensis constructae, sive fratribus aut aliis personis quibuscunque, et sive scriptis, sive verbo et viva voce, tam in vita, quam in morte voluerit, libere et pro arbitrio facere possit et valeat. Cui quidem testamentariae dispositioni sub quocunque tenore et sub quibuscunque clausulis, conditionibus, modis, punctis et articulis et sub quacunque verborum forma facerit et condiderit, acsi praesentibus verbotenus omnia inserta essent, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, nostrum regium benevolum consensum praebemus; praeterea testamentum ipsum, sive dispositionem huiusmodi testamentariam, quoad omnes clausulas, articulos et puncta aliaque omnia, in eodem testamento contenta, pro ipso domino Thoma Cardinale perpetuo valituram approbamus, ratificamus, roboramus et confirmamus, supplentes de nostra abundanti gratia omnem penitus defectum, siquem forte in huiusmodi testamentaria dispositione qualitercunque per ipsum dominum Cardinalem fieri contingeret; promittentes nihilominus in verbo nostro regio, quod huiusmodi testamentariam dispositionem nunquam impediemus, nec de illa in toto vel in parte nosipsos ingeremus, et neque impediri per quoscunque permittemus, et neque unquam in aliqua sui parte immutare vel quacunque occasione infringere volumus; sed in suo vigore libere et pacifice relinquemus, executoribusque suis sine impedimento et contradictione legata et commissa omnia libere exequi permittemus et permitti faciemus. Immo annuimus et concedimus ac praebemus approbamusque, ratificamus et confirmamus, harum nostrarum manu nostra subscriptarum sigilloque nostro secreto, quo ut rex Hungariae utimur, vigore et testimonio litterarum mediantibus. Datum Posonii, feria quarta proxima post festum S. Aegidii abbatis et confessoris, anno Domini MDXX.

Ludovicus rex mp.

Katona, Historia critica Regum Hungariae XIX. 180. — *Magyar Sion* VII. (1869. évf.) 529.

7.

Gyula-Fehérvár, 1520 szeptember 5.

Várday Ferencz erdélyi püspök Sándor dr. musnai plébánost [illegible]ekánt és ama dékánság plébánosait fölhívja, hogy társaik közül hármat [illegible]y négyet tanácskozás végett Gyula-Fehérvárra küldjenek.

Venerabiles fratres nobis dilecti. Scribitis ve[illegible]ris in literis de nonnullis articulis constitutionum Ecclesie nostre interpretandis

atque moderandis. Eiusmodi Ecclesie nostre constitutionibus a pluribus annis nos et universus clerus iurisdictionis nostre usi sumus nemine (uti credimus) refragante. Potissimum enim eas iuxta sanctorum Patrum sanctiones edidimus, accedente ad hoc etiam fratrum nostrorum benevolo assensu. Siquid in eis vobis duriusculum videtur, parati sumus iure permittente in mitiorem partem interpretari. Quare eligatis ex vobis tres aut quatuor personas, que veniant ad nos, cum quibus quidquid iustum et honestum, Deo et hominibus gratum fuerit, concludemus, et quantum Deo Optimo Maximo authore possumus, statui nostro quietiori consulimus. Datum ex pallatio nostro Albensi feria quarta proxima ante festum Nativitatis Beate Marie Virginis. Anno Domini 1520.

Franciscus de Varda,
Epus Transsilvanien.

Kívül: Venerabilibus Alexandro Doctori Plebano de Musna, Decano generali ac Universitati Plebanorum eiusdem Decanatus Dioecesis nostre Transsilvanien. fratribus dilectis.

Batthyány-könyvtár, N5 I. 12. 17. 1.

Közli: VESZELY KÁROLY.

8.

Krakkó, 1520 szeptember 18.

Szebeni Szervácz kéri György bártfai altaristát, hogy mentse ki a tanácsnál és Kristóf mester plébánosnál, a kik őt iskola-rectornak megválasztották, a megjelenésben való késedelmezését s tudassa vele, hogy egyáltalán jöjjön-e most, minthogy, a mint hallja, a járványos idők miatt iskolások nincsenek.

S. P. D. Cum nemo mortalium usque adeo beatus sit, qui alterius ope seu famulitio non egeat, id, quod mihi quoque precipue hoc temporis curriculo accidit. Sed cui huiuscemodi famulitium potius delegem, habeo neminem preterquam dignitatem vestram, quam non mediocriter a puero perinde ac preceptorem et singularem fautorem amavi et colui. Quare prestantiam vestram rogo et enixe oro: ut Dominos Consules, itidem Magistrum Christophorum Plebanum vestrum (qui me Rectorem schole designarunt, quod utinam Deus superbenedictus secundet) rogetis, ne procrastinationem adventus mei egre ferant. Ego, ita me Deus amet, summo conatu contendo, ut propediem apud vos me constituam. Sed ante festum Divi Stanislai id fieri nullo pacto potest.

Ob id iterum atque iterum rogo, ut hanc meam prorogationem equo animo ferant. Preterea Cantorem atque locatum, quem vocant, precor, ut diligenter curent tum in scholis scholasticos erudiendos tum in ecclesia, ne aliqua negligentia contingat; quod ego tam erga eos, quam erga vestram dignitatem promereri studebo. Valete plenissime. Datum Cracovie feria 3-a ante festum Divi Mathei 1520.

De Cantore nanciscendo vehementer angor et crucior, quoniam hac temporum pernicie, qua pestifera contagio maxime et apud vos et alibi, ut iam audio, furit et grassatur, nemo illic proficisci cupit; imo ego ipse, ut verum fatear, premo altum corde dolorem. Sed Magister Venceslaus, ut scriptis suis satisfacerem, cohortatur; tamen consilium vestre dignitatis super hac re exposco: an veniendum michi sit, nec ne. Nam dum hec scribebam, retulerunt michi nonnulli istinc venientes: nullum scholasticum amplius esse in scholis, quod si ita est, esto quod venirem, nulli profecto utilis essem. Quare si dignitas Vestra potest perscrutare a Senatoribus: an Cracovie michi interea temporis manere licet; et id michi quamprimum significate, quod ut faciatis, iterum atque iterum rogo et oro atque obsecro. Celerrime scriptum.

Servatius de Cibinio,
dignitati Vestre deditissimus.

Kívül: Venerabili Domino Georgio Altariste Bartphensi, amico et fautori suo apprime colendo.

Bártfa városa levéltárából másolta *Ábel Jenő.*

9.

Róma, 1520 szeptember 20.

X. Leo pápa II. Lajos magyar király kérelmére megigéri, hogy a pannonhalmi főapát jogait csorbíttatni nem engedi.

Leo X. Summus Pontifex ad preces Ludovici II. regis Hungariae libenter promittit se nullatenus iura archiabbatis sacri Montis Pannoniae violaturum nec precibus aliorum Abbatum obedientiam recusantium annuere, imo adhortatur regem, ut coepto reformationis ord. s. Benedicti operi et ipse patrocinio suo assistat.

Mivel II. Lajos magyar király kérte a pápát, hogy ne hallgasson azon benedekrendű apátokra, a kik «quominus abbati... monasterii sancti Martini, eorum patri abbati obediant ac eius iurisdictionem ab eis excutiant et ut pro libito et arbitrio eorum, nullius

formidata censura, vivere valeant», Rómába a pannonhalmi főapát joghatósága alól való fölmentésért folyamodtak: X. Leo pápa megigéri, még pedig örömmel, hogy a pannonhalmi főapát jogait semmiesetre sem fogja megcsorbítani s kéri a királyt, hogy a pannonhalmi főapátot «presertim circa novam reformationem inceptam» ő is teljes erejével pártfogolja.

Boda Bálint pápai közjegyző 1520. decz. 31-iki átiratában. Ennek eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 40. 1. L. — Egész terjedelmében kiadva: *Fraknói Vilmos*, Oklevéltár a m. kir. kegyúri jog történetéhez. Budapest. 1899. 92—94.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

10.

Selmeczbánya, 1520 október 3.

A selmeczbányai oltárok tőkéinek jegyzéke.

Anno Domini 1520 feria quarta post festum Michaelis Archangeli.

Item ad altare sacratissimi Corporis Christi, cui nunc preest dominus Andreas Haderlenwenko, sunt censuales infrascripti:

Item dominus Caspar Trummer condam iuratus civis Crenbnicz tenetur de florenis 50 per eum levatis singulis annis pro festo ... ... fl. 5 d. —

Ad idem altare tenentur certi concives et consocii de corpore . . . pro festo beate Margarethe virginis singulis annis de flor. 65 ... ... fl. 6 d. 5

Item ad idem altare tenetur Michael Sartor condam iuratus civis de Corpona de 80 fl. ... ... fl. 8.

Ad idem altare Emericus Pannirasor de florenis[1] quatuor de officina ecclesie sancte Catharine adiuncta facit fl. 4.

Item Balthasar Stek tenetur de domo illa, que condam fuit Petri Balneatoris ... ... fl. 2.

Item ad idem altare Corporis Christi tenetur magister Johannes Lapicida de domo illa, quam nunc inhabitat prope et in vicinitate Conventus sancti Nicolai, que domus incorporata est pro eodem altari, uti creditur, tamen inquirenda est veritas, singulis annis ... ... fl. 1.

(Universim habuit capitale 329 florenorum.)

Census ad altare apostolorum Petri et Pauli, quod modo tenet

[1] hibásan: florenos.

dominus Benedictus de Veteri Zolio. (Universim habuit capitale 200 florenorum; preterea):

Item Bolfgangus Rechinger levavit de eisdem pecuniis dicti altaris florenos centum, de quibus quotannis[1] ad idem altare florenos decem persolvit. Tandem post obitum dicti Bolfgangi Rechinger omnia bona sua per quendam Lodovicum, eotunc camerarium Ssthebniciensem (így) occasione debitorum certorum, quibus camere regie tenebatur, sunt occupata. Sicque ex quadam ignorantia et indeliberatione dominorum ecclesia et dictum altare illis annuis censibus videlicet decem florenis est destituta de facto et non de iure. Tamen tamen (így) tempore domini cives Schebnicienses poterunt providere, ne dictum altare suis iustis iuribus et proventibus tam indebite frustretur.

Item ad idem altare spectant due vinee in promontoriis Waciensibus site, que condam florenis octuaginta quinque empte et floreni quindecim in restaurationem earundam vinearum expositi fuerunt. Que vinee hiis superioribus temporibus omnino neglecte et desolate fuerunt propter incuriam beneficiatorum. Quas tandem domini cives intuitu ecclesie et dicti altaris de pecuniis civitatis et publico errario (így) restaurari et in pristinum statum reducere (így) fecerunt, que et nunc inpresentiarum non parvo incommodo civitatis excoluntur, cui rei et incommodo per dominum plebanum et dominos cives cum tempore sine discrimine altaris et reipuplice (így) providendum erit.

Census altaris sancti Martini.

(Universim habuit capitale 400 flor.)

Rector dicti altaris sancti Martini dominus Wilibaldus.

Census altaris sancti Hieronimi, cuius rector modo dominus Martinus Wratislaviensis existit.

De domo domini Egidii Kewsth, que nunc ad separatorem pertinet, de trecentis florenis, quos domina Margaretha Königfelder super eadem domo recepit, tenetur. --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- fl. 30.

Item ad idem altare pertinent due vinee in promontorio Ewletz site.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában, XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] hibásan: quodannis.

11.

Róma, 1520 október 7.

A pápa fölmenti a pannonhalmi főapátot, a tihanyi apátság volt kormányzóját és Tandallo János új tihanyi apátot az apátság átengedése alkalmával elkövetett simonia fenyítékei alól.

Summus Pontifex Archiabbatem sacri montis Pannoniae, Joannem Episcopum Callipolitanum, quondam gubernatorem abbatiae Tihanyiensis et Joannem Tandallo novum Abbatem Tihanyiensem dispensat super censuris, quas ob vitium simoniae in electione Joannis Tandallo commissum incurrerant.

János callipolisi püspök és a tihanyi apátság kormányzója «considerans, antequam alias ipse monasterium sancti Aniani confessoris castri de Ticonio . . . ex dispensatione apostolica in commendam . . . assecutus fuisset, certi laici illarum partium illud per plures annos indebite occupaverant», nehogy holta után megint a világiak kezébe kerüljön, úgy egyezett meg Máté pannonhalmi főapáttal és Tandallo János pannonhalmi szerzetessel, hogy évi 100 frt díjért átadta a tihanyi apátságot Tandallo Jánosnak. Mivel azonban mindez simonia (szentségárulás) útján jött létre, megbízza a pápa a győri püspököt, hogy az egész szerződést semmisítse meg. A fenyítékek alól a pápai főpoenitentiarius Albert sebastei püspök és győri helytartó közvetítése útján oldozta fel őket.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 39 l. M.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

12.

Róma, 1520 október 15.

X. Leo pápa megparancsolja a pannonhalmi főapátnak, hogy Hagymási Máté zseliz-szentjakabi apátot és az odavaló konventet kényszerítse azon 1180 ducát arany megfizetésére, melyet több mint egy félév előtt a római curiában a maga és több benedekrendű monostor terhére Martelli János Ferencz örököseitől és Caponi Lajos kereskedőtől fölvett.

Summus Pontifex Archiabbati sacri montis Pannoniae praecipit, ut Mattheum abbatem et conventum mon. s. Jacobi in Silizio cogat ad solvendum debitum 1180 ducatorum auri, quos ab haeredibus Joannis Francisci de Martellis et Ludovico de Capponibus ante semestre nomine plurium monasteriorum ordinis s. Benedicti Hungariae mutuo levaverant.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 54. l. Cc.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

13.

Pannonhalma, 1520 november 25.

A pannonhalmi főapát és konvent tudatják a királylyal, hogy Aczél Ferencz királyi titkos jegyző nem tartotta meg szavát és az utolsó határidőben sem öltözött be a szerzetbe. Kérik a királyt, ne kényszerítse őket ezentúl Aczél elfogadására.

Post orationum suffragia... Litteras vestre Serenitatis ex parte egregii Francisci Achel secretarii vestre Maiestatis nobis directas honore... recepimus. Ad quas... respondemus, quia memoratus dominus Franciscus alias etiam multos et certos terminos sibi prefixos ad suscipiendum Religionis habitum, quibusdam ratiunculis adinventis, neglexit et transgressus est. Novissime autem hunc terminum festi beate Catharine... iam preteritum sibi ipsi a nobis, omni ulteriori occasione postposita, pro suscipiendo huiusmodi habitum obtinuerat et nobiscum concordaverat suo cirographo manu propria scripto se obligando, ut si hunc ultimum terminum negligeret, ab omni iure, quod sibi ad hanc Abbatiam sancti Martini competebat, mox et in continenti caderet et idipsum amittere deberet. Sibi ipsi itaque imputet, quod a iure cecidit, quia promissiones et obligamina sua non observavit. Nos a suis obligaminibus recedere neque volumus neque possumus, ex eo maxime, quia omnia et singula hactenus inter nos mutuo contracta et ordinata fuerunt tam contra iura canonica quam civilia et contra constitutiones nostras. Supplicamus itaque obnixe vestre Sacratissime Maiestati, tamquam patrono nostro gratiosissimo, dignetur ipsa Nos ulterius ad expectandum predictum dominum Franciscum Achel non astringere et coartare, quin potius uti humiles et devotos vestre Clementie capellanos in nostris antiquis iuribus ac libertatibus, prout genitor vestre Celsitudinis tutatus est, tenere et conservare... Ex monasterio predicto sancti Martini feria secunda proxima post dictum festum sancte Catharine... anno... 1520.

E. V. Maiestatis

humiles et devoti capellani *Matheus*
Abbas et conventus monasterii predicti.

Eredeti fogalmazvány a pannonhalmi rendi levéltár c. 72. l. V.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

14.

Musna, 1520 deczember 15.

Sándor doctor musnai plébános, fődékán és az összes szász papság, fölemlítvén a Várday Ferencz erdélyi püspöktől és embereitől szenvedett sérelmeket s hogy azok ellen már a pápához föllebbeztek, kérik a Szebenben gyülésező szász világi egyetemet, hogy őket a királynál védelmezze.

Salutem et omnis boni incrementum. Noveritis inprimis circumspecti ac honestissimi domini, patroni nostri colendissimi, quoniam elapsis certis annis Vniversitas interpellata est auxilium V[estrarum] D[ominationum] in suis maximis necessitatibus. In omnibus autem sensimus proficuisse nobis; non tamen graciam referimus, quam vellemus, sed quam possumus, nunc et in perpetuum. Hinc est circumspecti domini: Quod cum appellatum fuisset per universos plebanos a Reverendissimo domino nostro Francisco de Warda episcopo Transilvanensi et suis officialibus ad summum pontificem, sufficientibus racionibus ad hoc assignatis, prout appellacio nostra in valvis ecclesie Albensis affixa manifeste et sole clarius necessitates nostras enumerat, sufficienti ad hoc spectato termino, nec fuit, qui contradiceret huic nostre appellacioni tam per nos spirituales, quamve eciam seculares tangen. Misso eciam nuncio ad presulem nostrum prefatum ad Vngariam: ne gravaremur in sedibus spirituali et seculari, ac nos absolveret presertim a solucione marce argenti Budensis ponderis, quod nunquam dedissemus flor. VI de marca, sed IIIj de marca usuali huius patrie. Sic cum omnino non potuissemus obtinere in causa solucionis marce argenti per flor IIIj, neque super matrimonialibus causis, que alias coram decanis in prima instancia celebrate sunt: promisimus, quod hec referre vellemus ad aures tocius Vniversitatis. Nunc autem quod multe cause tangunt eciam statum secularem, propterea summe deprecamur Vestras D. tanquam dominos et patronos nostros, quatenus nobis subvenire velitis, ne gravemur pro tanto; alioquin certe sui officiales accipient quecunque voluerint et magnum gravamen facient in clero et seculari statu. Insuper sabbato post diem sancti Nicolai episcopi minatus est Vicarius nobis carceralem penam, quam[1] alias nunquam sustinuimus, nisi sub antistite moderno adhuc nobis presidente. Vnde rogamus et petimus V. D. tanquam patronos nostros, quatenus eciam coram regia maiestate nos defendere velint, cum appellatum sit ad

[1] Hibásan: quas.

Summum Pontificem, omisso omni medio, quod non speramus posse consequi iusticie complementum in Vngaria et hac patria propter amplissimos favores, quos habuerint certi proceres regni Vngarie. In ceteris audiant V[estre] prudencie presencium latorem, qui Albe appellavit propria in persona, et qualiter comminatum fuit sibi cum sibi adherentibus. Valete in Christo domino. Datum in Musna, sabbato post Lucie. Anno domini 1520.

Alexander utriusque iuris doctor de Musna, decanus generalis, unacum integro collegio omnium Saxonicalium presbiterorum et plebanorum, vestri perpetui exoratores.

Kívül: Circumspectis ac prudentibus dominis in Consilio generali Cibinii existen. ex omnibus districtibus Transsilvanarum parcium congregatis, dominis et patronis ipsorum, omni honore et reverencia prosequendis.

Eredetije a szász nemzeti levéltárban V, 223. — Közölte *Fabricius Károly.* Urkundenbuch zur Geschichte des Kisder Kapitels. Hermannstadt, 1875. 169—170. ll.

15.

Buda, 1520 deczember 29.

Lajos király Maczedoniay Lászlót a váczi püspöki székre átvitt Ország János helyébe szerémi püspöknek nevezi ki és ezt a szerémi káptalannal tudatja.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri Reverendi Domini Ladislai de Maczedonya, quibus eundem preditum esse cognovimus, eundem igitur tanquam personam idoneam et benemeritam ad episcopatum ecclesie Sirimiensis, nunc per translationem fidelis nostri Reverendi Domini Johannis Orzagh de ipso episcopatu Sirimiensi in episcopatum Waciensem de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri duximus eligendum et nominandum ac eundem eidem cum universis suis castris, castellis, oppidis, villis et quibusvis eiusdem pertinentiis dandum et conferendum, imo eligimus, nominamus, damusque et conferimus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris capitulo eiusdem ecclesie Sirimiensis harum serie mandamus firmissime, quatinus amodo imposterum prefatum Ladislaum Maczedonyay pro vestro vero et legitimo Prelato tenere et recognoscere, eidemque in omnibus licitis et consvetis obedire et obtemperare debeatis. Secus non

facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude sabbato proximo post festum Beatorum Innocentum, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

Ludovicus Rex, manu propria.

Nyilt levél egy ív papirnak egyik oldalán keresztbe írva, alján nagy kerek pecséttel. — *Budai országos levéltár:* D. L. 30095. (Kiadva *Pray*, Specimen Hierarchiae Hung. II. 389. *Katona*, XIX. 192.)

Közli: BUNYITAY VINCZE.

16.

Pannonhalma, 1520 deczember 31.

«In domo seu pallatio regio in monasterio sancti Martini sacrimontis Pannonie... constructo» Valentinus Boda pontificia auctoritate notarius publicus ad preces «Michaelis custodis et professi monachi ordinis sancti Benedicti dicti monasterii sancti Martini» et coram «Nicolao et Christoforo presbiteris rectoribus altarium in oppido Alsok» transsumit breve Leonis X. summi Pontificis ad regem Hungariae 1520. 20. Sept. emanatum.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 40. 1. L.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

17.

1520.

A csákberényi Mária-egyház javainak István, csorgai plébános kezébe való átadásáról szóló lajstrom.

Registrum super bona (így) ecclesie Beate Marie Virginis Chakberen vocate ad manus Stephani Presbyteri Plebani de Chorgo.

Item calices argenteos deauratos cum suis attinentiis	III.
Item imagines Beate Marie Virginis ex argento conflatas	III.
Item monstrantiam ex argento factam	I.
Item casulas	XII.
Item teztemeneketh	XV.
Item futam (?)	I.
Item unum ocularium ex argento	
Item mensale depictum	I.
Item indumenta altaris	XXI.
Item missale	IIII.
Item decretum	I.

Item catholicon...	I.
Item breviarium	I.
Item psalterium	I.
Item una antiphona	I.
Item graduale	I.
Item cruces vexillate	II.
Item superpellicea	VIII.
Item tria tapecia, una disrupta	III.
Item annulus argenteus	I.
Item bacce sacre seu legibuli	VI.
ex eisdem de coriulo	II.
Item in collo Beate Virginis reliquie ex argento	IIII.
Item cruces due, ex eisdem argentee	III.
Item manutergia	XXIIII.

Egy hosszában kétfelé hasított félív papír egyik oldalán. — *Budai országos levéltár: D. L. 26358.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

18.

Selmeczbánya, 1520.

Rösl (Resl) Erasmus selmeczbányai gazdag polgár végrendelete.

In dem Namen Gottes Amen. Nach Christi unsers lieben Herrn Gepurdt tausendt fünf hundert und in dem czwenczigsten Jarem ich Erasmus Resl Burger auf der Schebnicz... hab ich... meyn czeytlich gütter... also verschaffet und verordenth, wie her-nach volget...

Item von erstem... den leybe vilch ich der erdenn dermassen, das ich in unnser lieben Frawen Pfarrkirchen allhie auf der Schebnicz, an ende und stell, als ich an herr pfarrer begert hab, erlichen mit gelewt, process und gewönlicher begehung czu der Erdenn bestadt werde und nachfolgende bald dreyssig *selmessen* doselbst gesungen werden.

Item dyweyl mieh got der allmechtig meyn czeytliche narung allhie auff der Schebnycz gegeben und besthert, hab ich betracht do selbst meyner armen selen kunfftigklich nicht czuvergessen. Hier auff verschaff ich acht hundert Gulden in Goldt. Dorumb sal (sol) mir eyn ersamer radt dieser Stadt auffrichtenn *ein ewige messe,* als sich dam dy ersame hernn Richter und Radt darczw gewilliget haben, sollenn Solich meynung und letzten willen czw ewiger gedechtnus in ir Stadt-buch beczeychnen und beschreybenn lassen,

also das sy solch geldt czw iren henden nemen gemeyner Stadt czw gut und von floren hundert jerlichen nicht mer geben dan floren fünff. Davon sal (soll) man wöchenlichen geben eynem erbern, fromen priester, der do eynes guten leben ist, der do czw heyl meyner armen selen meyner vorigen verstorben hausfrawen und meyner Erben wochenlichen mess lesen sal, so er anders darczw geschickt ist und bevordelichen in unser lieben Frawenkirchen auff dem Frawenberg czwa messen. Derselber prister sal eynem iglichen pfarrer alhie auf der Schebnicz billichen, czymlichen gehorsam schuldig und pflichtig seynn czw laysten und sal keyner auff solche lectur confirmirt und bestetiget werden, dan szo sach wer, das der prister, dem dy lectur vergimt wurde, sich erberlichenn und pyllichen als eynem prister gepürdt hielte, möcht er bey solcher lectur bleybenn. Wo er aber seynn sitten verwandleth abar den patronen nicht geviele aygens wyllens geprauchen wolt, als dan sol im eyn erber Radth, den ich czw patronen und verleyher solcher lectur gesetzt und benumbt hab, seynen sold entczychen und eynen andern Erberm prister, der in darczw gevellig ist, mit willen des Pfarrers an seyner Stadt seczen und erbelen.

Item mer schaff ich czw dem pawfelligen dach der Capellen sancte Catharine eynen silbern vergulten kopff wrgt ungeverlichen U. 12...

— — — — — — — — — — — — — — —

Item in das Closter sancti Nicolai prediger ordens hie auff der Schebnicz schaff ich flor. 25 halb czw dem paw halb czw notturft der pruder.

... Hab ich... gebeten den erwurdigen herrnn Gregorium Pfarrer unser lieben Frawenkirche und die ersamen herrnn Peter Schneyder und Balthasar Steck Stadtsschreyber... der sachen czw geczeugnus. Inn dem Jar, wy oben stet, an dinstag nach achtesten tag der heyligen drey khünigen. (Január 16.)

Eredetije Selmeczbánya levéltárában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

19.

Lőcse, 1520.

Henckel János plébános és a város tanácsa iskolaigazgatónak fogadja az angol Coxe Lénártot, ki 1 és 3/4 esztendő mulva innen Kassára megy tanítónak.

In vigilia s. Gertrudis (márczius 16.) plebanus Leutschoviensis M. Joannes Henckel una cum toto consulatu susceperunt in recto-

rem scholae egregium virum Leonhardum Koxum de Anglia, poëtam laureatum, quem eodem die quo supra plebanus instituit seu installavit in praesentia omnium fere dominorum de consulatu, qui conduxerunt eum ad scholas in stubam majorem, ubi pro tunc coetus scholarium erat congregatus, et mansit Koxus Leutschoviae per duos annos minus uno quartali. Recessit enim Leutschovia MDXXI. ad festum s. Luciae, et suscepit scholas Cassoviae.

C. Sperfogel Contracti Annales. *Wagner:* Analecta Scepusii. II. 140.

20.

Segesvár, 1520.

Özvegy brassai Cruez Mártonné, Dorottya asszony, a segesvári domonkosiak templomának bejárata előtt saját költségén kápolnát építtetett, azt kiboltoztatta, képpel, kehelylyel, misemondó-ruhákkal fölszerelte, a konventnek pedig 50 forintot adott, hogy szülei és férjei lelki üdvéért a kápolnában húsz éven át hetenkint egy misét mondjanak. Később ugyanezen jámbor nő a ferenczrendű tertiáriák közé lépett, mely alkalommal a segesvári domonkosrendű konventet újabb adományokban részesítette.

Item Dorothea relicta quondam Martini Cruez de Corona tempore Prioratus venerabilis patris fratris Petri de Ruppe fecit propriis suis in expensis fabricari Capellam ante fores Ecclesie in honorem virginis gloriosissime Marine (így) atque beatissimi patris nostri Dominici et beati Francisci, necnon beati Huperti et beati Vldalrici. Fecit denique testitudinem sive Boltam fieri in eadem Capella et cum tabula pro 24 fl. ornari. Insuper fecit ecciam fieri calicem pro 26 fl. et duas casulas de optimo serico vulgariter Damaszkyt albo, cum omnibus pertinentiis et antipendiis. Dedit deinde conventui 50 fl. in parata pecunia, ex qua pecunia cessit solucio mensatoribus racione Kathedre, pro una missa dicenda ibidem singulis ebdomadibus pro refrigerio animarum parentum eius atque maritorum ipsius viginti annis. Igitur eadem denique persona, perpendens pericula huius seculi nequam, evolavit sub protecionales s. Francisci alas, suscipiens habitum sacre religionis de penitencia, quamquam prius faciens votum et supplicacionem apud Sorores ordinis nostri de penitencia s. Dominici, ubi consequi sua petita potuit minime propter vidualem statum. Quare pro tunc ecciam se suis bonis expolians providit conventum in argenteriis Clenodiis, necnon stagneis vasculis, atque cum certa pecunia. Vnde patres conventus unanimi voto, in graciarum accionem tante Elemosine, anno Christi

1520 obligarunt se ac eorum successores fratres ad satisfaccionem, videlicet singulis ebdomadibus dicentes unam missam in memorato loco pro refrigerio animarum parentum et maritorum eius per viginti annos persolventes: demum ecciam eosdem consignare registro ambonis. Venerunt autem conventui eius ex bonis pensatis singulis ultra ducenti fl. Ideo obligantur posteri fratres ei ad satisfaccionem in suis oracionibus et aliis operibus virtuosis, et continuam eius habere memoriam.

Frater Fabri Antal segesvári domonkosrendű «predicator generalis» egykorú följegyzése az általa szerkesztett Libellus seu Inventatorium Benefactorum conventus Schegeswariensis cz. kéziratos könyvecskében, mely 1859-ben a segesvári egykor domonkosrendi, jelenleg ág. ev. plébániai templom padlásán két kő közé befalazva föltaláltatván, most az ottani presbyterium levéltárában őriztetik. Közölte *Fabritius Károly* Archiv des Vereins für siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge V. 16. XX. szám. Lenyomatta *Ipolyi,* Magyar Sion V. 662.

21.

Segesvár, 1520.

Andreas de Ewlysz segesvári plébános az ottani domonkosiak konventjének végrendeletileg egy halastavat, két kaszálót, egy legelőt stb. hagyományozott, miért is a konvent örök időkre kötelezte magát, hogy erette hetenkint egy misét fog mondani. Ugyanezen jóltevő a szerzet templomában szent Domonkos oltára mellé kívánt temetkezni.

Item tempore Prioratus eiusdem fratris Petri de Ruppe 1·5·2·0 Venerabilis dominus Dominus Andreas de Ewlysz plebanus ibidem, singularis amator religionis nostre et Conventus, egregium et solenne suis in extremis condidit testamentum. Nam in descensu aque ex Peszendorff legavit conventui nostro unam piscinam cum piscibus et certa iugera fenilia prope villam Danusz. Denique ecciam prope piscinam conventus inferiorem Hetturiensem[1] pariter certa iugera fenilia legavit, et tandem ecciam pratum optimum post villam Danusz contiguum piscine plebani ville, pro participacione unius Misse per ebdomadam. Habuit denique ecciam conventus ex bonis eius certa vasa vini cum pecudibus vaccis et aliis. Quare conventus se astrinxit perpetuis temporibus ebdomadatim dicere unam missam et eum consignare registro ambonis. Constitutus denique in extremis, elegit corpus suum sepeliri hic in Ecclesiam nostram prope Altare beatissimi patris nostri Dominici et humilime petens habitum sacre nostre religionis, ostendens finalem affectum suum erga religionem, quem gerebat. Quos igitur vivens amaverat, moriens ecciam ab eis se abstrahere nolebat et in manibus fratrum suam

[1] Hetur = Marienburg.

Deo reddidit animam et iuxta quod mandaverat corpus suum sepeliri, prope altare S. Dominici sepultus est, semper nunc anima eius vivens in Christo.

Frater Fabri Antal följegyzése (v. ö. az előző számot). Archiv des Vereins stb. N. F. V. 18. XXI. sz. Magyar Sion V. 663.

22.

Bécs, 1521 márczius 2.

Werbőczi István Catharinus Ambrus olasz domonkosrendű szerzetesnek «Apologia pro veritate catholicae et apostolicae fidei ac doctrinae, adversus impia ac valde pestifera Martini Lutheri dogmata» czímű munkáját saját költségén újra kinyomatja és II. Lajos magyar királynak ajánlja.

Serenissimo Principi & Domino, Dno Ludovico Regnor. Hungariae et Bohemiae etc. Regi, utriusque Slesiae Duci, ac Moraviae Marchioni, etc. domino suo clementissimo Stephanus de Werbeucz eiusdem vestrac Serenissimae Maiestatis praesentiae personalis locum tenens, et erga Caesaream, Catholicamque Maiestatem ad conuentum totius Imperii generalem Wormatiae celebrandum per eandem Serenissimam Maiestatem vestram Orator destinatus, serviendi promptitudinem cum fidelitate.

Abeunti nuper mihi ex Pannonia serenissimae maiestatis uestrae ad Carolum Caesarem inuictissimum ac Hispaniarum Catholicum Regem, totiusque Romani imperii illustrium principum conuentum Oratori insuetus ac fide carens de Luthero rumor perlatus est, quo is lubricus alias ac inconstans homo et (ut inquit ille) interturbans omnia, quiue (ut Naso canit) laudem a crimine sumit, stulte nimis Paulo etiam Apostolo non inferior a pluribus iactabatur. Dolui Deum testor certe plurimum: mirabarque hominum quorundam nimiam ad credendum in rebus praesertim fidei leuitatem. Auxit nimirum admirationem, quod plures non omnino vulgares homines Lutherianis erroribus praeter modum conspexerim irretitos. Quaerebam subinde studiose, essetne peritus quispiam Catholicae ueritatis amator, qui huic homini, tanquam spurio Goliath, pro rei indignitate se se acriter opponeret? Haec percunctanti mihi librum mox quispiam obtulit laetabundus. Hic (inquit) etsi in hoc puluere desudent alii: solus Lutherianum dogma subuertit funditus; dolos, quibus seipsum primo, deinde imperitos alios decipit, aperit euidenter. Hominem uersipellem alias ad pudenda etiam usque cunctis conspiciendum detegit atque denudat. Eiusque male iacta, inualida atque infirma et secum plerumque pugnantia diluit, uel eruit potius fundamenta. Subiecit iis, qui attulit ad me librum,

non pauca in authoris operis huius laudem, quibus tum ingenium, tum doctrinam, tum denique uitae mores mire hominis extollebat. Allectus iis ego, ac plurimum delectatus, coepi pro temporis angustia librum hunc ipsum cursim ac citis, ut aiunt, oculis lectitare. Reperi scriptorem felicissime, quod promiserat, executum: dignusque mox uisus est, ut in omnium contra Lutherianam haeresim manibus haberetur assidue. Percunctabar insuper, an esset sufficiens exemplariorum horum copia? Percepi, uix praeter hoc iis in locis alterum reperiri. Displicuit rei tam necessariae tanta haec penuria. Nec ad communem hominum utilitatem tunc aliud occurrebat, nisi ut quamprimum librum iterato excudendum meis etiam sumptibus demandarem. Ratus aptissime reseruari, quicquid in Christi et fidei nostrae commodum fuerit collocatum. Id eo libentius feci, quod opus ipsum esset ab eius authore imperatori Carolo dedicatum. Quodque compertum haberem ipsum eundem Caesarem Lutherianam perfidiam penitus abhorrere. Quae res uel hoc unico argumento fit satis superque euidens, quod per Germaniam ferme totam sint Lutheriani libri nedum Pontificis summi, sed Caesaris quoque decreto, ueluti pestis maxima igni traditi, coneturque is idem Caesar, quod re et nomine Catholicus sit et habeatur, equis (quod dicit) et quadrigis serpens passim Lutherianum dogma funditus extirpare. Hunc igitur libellum aureum Catholicae fidei solidum ac tutum clypeum, peracutumque in hostem iaculum, nostra opera tuo nomine excusum denuo, maiestati uestrae serenissimae, quam citius datum est, mittendum curaui. Eam praesertim ob causam, quod fidei nostrae zelus in te, adolescenti quamuis adhuc, ferueat feruentissime, curaeque sit maiestati uestrae maximae, ut optimum Regem decet, ne regnum tuum longo iam seculo Christianissimum Lutheriano tandem, quod absit procul, contagio corrumpatur. Hac enim lectione et uenienti morbo occurri poterit opportune, et siqui forte fuerint eo ueneno infecti hactenus, liberari. Interim maiestati uestrae pro viribus enitendum, ut pestis haec saeuissima tuo auspicio a regno ipso toto ultra Sauromatas penitus relegetur. Quod faxit Deus optimus atque summus. Nec ambigendum, quin hac ratione et inclytum maiestati uestrae nomen comparatum iri apud homines: et tandem pro tam morbidae pestis euersione ingens sis ipse praemium recepturus in coelis. Quod faxit Deus optimus atque summus. Cursim haec Viennae sexto Nonas Martii, anno ab incarnatione Christi 1521.

Fraknói Vilmos, Werbőczi István életrajza. Budapest, 1899. 160. és 161. lapok közé illesztett önálló hasonmás.

23.

Róma, 1521 márczius 12.

Lőrincz biboros Fegyverneky Ferencz ipolysági premontrei-rendű prépostot, a ki Somi Gáspárt a budai parochiális egyház czintermében fekvő Szent-László-kápolnának kegyúri jogáról a sági monostor javára való lemondásáért kétszáz aranynyal kárpótolta, az ezért netalán magára vont egyházi megrovások és büntetések alól fölmentette.

Laurentius miseratione divina tt. Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Discretis viris Lectori et Cantori collegiate ecclesie Beate Marie Virginis de Alba Regali Wesprimiensis Diocesis et Archidiacono de Waska in ecclesia Zagrabiensi salutem in Domino. Oblate nobis nuper pro parte Francisci Prepositi monasterii de Saagh, Ordinis Premonstratensis, Strigoniensis Diocesis petitionis series continebat, quod ipse alias monasterii huiusmodi et illius conventus decori et honori consulere volens, ut quidam Magnificus vir Gaspar de Som iuspatronatus, quod progenitores sui in quadam Capella Sancti Ladislai Regis sita in cimiterio parochialis ecclesie Beate Marie Virginis Budensis, Wesprimiensis Diocesis, habuerunt et consequenter dictus Gaspar habebat, in favorem monasterii et conventus huiusmodi renunciaret seu resignaret, prout de facto resignavit, dicto Gaspari, ne propterea dispendium seu iacturam nimiam pateretur, ducatos auri ducentos in recompensam dedit, propter quod nonnullas sententias censuras et penas etiam ecclesiasticas... incurrisse dubitat; super quibus supplicari fecit humiliter idem exponens, qui ex huiusmodi capella nullos fructus percepit, sibi super his per Sedis Apostolice clementiam de absolutionis debite beneficio et opportune dispensationis gratia misericorditer provideri. Nos igitur attendentes, quod sancta mater ecclesia nemini post excessum ad eam cum humilitate redeunti gremium pietatis claudere consvevit: auctoritate Domini Pape, cuius primarie curam gerimus et de eius speciali et expresso mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Discretioni Vestre et cuilibet vestrum committimus, quatenus, si est ita, exponentem ipsum a quibuscunque sententiis, censuris et penis... misericorditer dispensetis... Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii Penitentiarie IIII. Idus Martii, Pontificatus Domini Leonis Pape X. anno octavo.

B. de Mantua.

Hártya, függő pecsétje elveszett. — *Budai országos levéltár: D. L. 25308.*

Közli: Bunyitay Vincze.

24.

Róma, 1521 márczius 14.

Camillus de Ballwmbus mindkét jog doctora, pápai káplán stb. az erdélyi püspökséghez tartozó szász dekanátusok panaszlevele alapján megidézi Várday Ferencz erdélyi püspököt.

Universis et singulis christifidelibus et presertim hungarice nationis Camillus de Ballumbus utriusque iuris doctor, sanctissimi domini nostri pape capellanus et ipsius sacri palatii apostolici causarum in partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa auditor specialiter deputatus, salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis, quod nuper sanctissimus in christo pater et dominus noster dominus Leo, divina providentia papa decimus, quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reverentia recepimus, huiusmodi sub tenore:

Beatissime pater, Cum reverendus pater ac dominus Franciscus de Warda episcopus Albensis transilvanensis anno preterito in sua synodo generali nonnullas ordinationes ac statuta satis enormia, contra privilegia libertates et laudabiles consuetudines a pontificibus predecessoribus suis felicis recordationis admissas et concessas, quasi totius diocesis sue fecisset seu potius extorsisset, in quibus inter alias disposuerat et ordinaverat, videlicet in C[apite] de Testa[mentis], quod in omnibus testamentis factis per plebanos defunctos liceret eidem episcopo et suis officialibus nomine suo pro fabrica sue ecclesie et mensa exigere de bonis dicti defuncti unam canonice iustam portionem iuxta veram extimationem omnium bonorum suorum; et similiter in quantum prefatus episcopus nunc ex bonis dictorum defunctorum non consuevit repetere, nisi certas marcas argenteas sub extimatione ibidem currenti videlicet terrestris seu Cibiniensis ponderis, hoc est pro qualibet marca florenos quatuor: ipse et sui officiales exigere intendunt et exigunt marcas huiusmodi ad rationem sex florenorum pro qualibet marca, iuxta morem et consuetudinem budensem; similiter pro cathedratico quodam [1] de capellis quilibet [2] seorsim teneatur dare florenum unum, quod nunquam visum et auditum; similiter in quantum disposuit, quod fraudantes decimas sive scienter vel ignoranter, ipso facto sunt

[1] hibásan : quidam.
[2] hibásan : qualibet.

excommunicati et celebrantes coram eis scienter vel ignoranter, sunt beneficiis privati et etiam excommunicati, quod etiam satis absurdum videtur, ut ignorans debeat excommunicari; necnon in quantum auxit in huiusmodi suis constitutionibus diversas penas etiam super uno delicto maxime contra concubinarios, puta sub pena quinque marcarum argenti, sub pena suspensionis ab officio et beneficiis, sub pena excommunicationis et beneficiorum privationis sibique collationis reservationis et pena carceris, cum pro uno delicto nemo potest puniri tot penis; et alia diversa et varia statuit et ordinavit contra libertates et libertatem ecclesiasticam et in magnum suorum subditorum preiudicium, et maxime tendentia[1] non ad fabricam, ut pretendunt, sed ad implendam bursam ipsius episcopi et suorum officialium, quorum quamplures et in consulendo et promovendo et exigendo premissa, quamplurimum preiudicant et damnum afferunt. Quare devoti oratores sanctitatis vestre, Alexander utriusque iuris doctor, plebanus Muschnensis, decanus generalis sedis Megiensis, Albensis transilvanensis diocesis, pro se ac in personis et nomine aliorum decanorum, plebanorum et ecclesiarum patronorum et aliorum laicorum interesse habentium, sub territorio et districtu dicte sedis Albensis transilvanensis constitutorum et in ipsa appellatione expressorum, sentientium[2] se in premissis et multis aliis enormiter gravari, publice et coram notario et testibus prefatus Alexander orator protestatus fuit, nullo modo in premissis consentire; et nichilominus de premissis gravaminibus tam suo quam dicte universitatis [nomine] ad[3] iustitiam sanctitatis vestre et sedis apostolice appellavit. Unde, beatissime pater, nisi sanctitas vestra adversum premissa pro iustitia eos tueatur, profecto prefati oratores vident se omni auxilio destitutos et in magno periculo existere; unde quia in partibus illis non sperant consequi posse iustitie complementum, prout iurare parati existunt, supplicant sanctitati vestre, quatenus causam et causas gravaminum et appellationum huiusmodi ac nullitatis et iniquitatis dictorum statutorum synodalium unacum eorum incidentiis connexis et annexis et aliis emergentibus, tam contra prefatum episcopum seu eius in dicta ecclesia successores, necnon Udalricum custodem Albensem, Emericum archidiaconum Tordensem, Thomam de Zenthmjhal provisorem curie Albensis, Ambrosium literalium viceprovisorem, Damianum

[1] hibásan: tendentium.
[2] hibásan: sentientes.
[3] hibásan: et.

David episcopi vicarium ac Valentinum literatum officii procuratorem, in premissis eidem episcopo adsistentes fautores seu exactores ac alios in executione, citatione decernendos, nominandos, alicui ex reverendis patribus dominis vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus summarie in audiendo et fine debito terminando committere et mandare dignetur, tum partes citandi in curia et extra eam et inhibendi, ne prefato clero violentiam aliquam inferant, sicut hactenus factum est, appellatione stante et pendente in preiudicium litis, etiam per edictum constito summarie de non tuto accessu, necnon inhibendi predictis omnibus ac aliis toties quoties videbitur etiam sub censuris ecclesiasticis et penis pecuniariis, arbitrio auditoris statuendis, fabrice sancti Petri seu fisco applicandis, ac alia faciendi, que in premissis necessaria fuerint et optima, constitutionibus et ordinibus apostolicis premissis ac statutis etc. *(Keltezés és aláírás nélkül.)*

Következik az idézés és tilalmazás, hogy míg a per el nem dől, panaszosokkal szemben semmi zaklatás és újítás ne történjék.

Datum et actum Rome in domo habitationis nostre solite residentie, sub anno a nativitate domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indictione nona, die vero Iovis, decima quarta mensis Martij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis, divina providentia pape decimi, anno octavo. Presentibus ibidem discretis viris magistris Georgio Pererij et Remigio Girardi, notariis publicis dictique domini auditoris et coram eo scribis, clericis Lugdunensis et Virdunensis respective dioecesis, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis. — —

Eredetije a meggyesi kápt. levéltárban Nr. 56. Közölve egész terjedelmében *Theil* u. *Werner*, Urkundenbuch zur Geschichte des Mediascher Kapitels. Hermannstadt, 1870. 72—80.

25.

Buda, 1521 márczius 24.

(Commissio propria.) A király megparancsolja Máté pannonhalmi apátnak, hogy «abbatem ecclesie sancti Michaelis Archangeli et sacratissimi corporis Christi de Batha» a bátai egyház javainak eltékozlásától, a jobbágyok nyomorgatásától tiltsa el s ha másként nem lehet, javadalmától foszsza meg.

Ludovicus II. rex Hungariae praecipit Mattheo Archiabbati sacrimontis Pannoniae, ut «abbatem ecclesiae sancti Michaelis et sacratissimi corporis Christi de Batha» a dissipatione bonorum ecclesiae, ab oppressione subditorum sub poena privationis beneficii prohibeat.

Eredetije a pannonhalmi rendi levéltárban c. 64. 1: Ss.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

26.

Róma, 1521 április 4.

X. Leo pápa Fegyverneky Ferencznek, ipolysági premontrei prépostnak és a konventnek kérésére megerősíti Somi Gáspárnak a nevezett prépostság javára tett adományozását.

Leo Episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis Francisco de Feghwernek Preposito et conventui prepositure Beate Marie de Saagh, Premonstratensis Ordinis, Strigoniensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Dum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam rigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra nobis nuper oblata petitio continebat, quod dilectus filius Nobilis vir Gaspar de Som, filius quondam Jose etiam de Som, dum viveret Comitis Themesiensis, Wesprimiensis seu alterius Diocesis, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici conmercio commutare, ac pie considerans, quod prefatus Josa eius genitor, dum in humanis ageret, quandam domum prepositure de Lelez, Premonstratensis Ordinis, per plures annos tenuerat et ex illa non modicos proventus perceperat; ne propterea ipsius genitoris anima aliquod salutis dispendium pateretur, in aliqualem compensationem fructuum huiusmodi ac ob singularem devotionem, quam dictus Gaspar ad prefatum Ordinem semper habuit, omne ius ac dominium et proprietatem, quod et quam idem Gaspar in capella Sancti Ladislai Regis et Confessoris in cimiterio Beate Marie Virginis Budensi, dicte Diocesis, per eius progenitores fundata et dotata, unacum iure patronatus, quod progenitores sui prefati in illa habuerant et in cuius iuris patronatus possessione, seu quasi, idem Gaspar tunc existebat pacifice et quiete ac omnibus iuribus, privilegiis, literis, instrumentis, redditibus, terris, domibus, feudis, vineis, pratis, aquis, silvis, decimis, nonis et universis eius pertinentiis, quocunque nomine nuncuparentur, ad eandem capellam et ius patronatus eiusdem de iure vel consvetudine spectantibus vobis et per vos vestre prepositure in perpetuam elemosinam et patrimonium Crucifixi donationis titulo inter vivos donavit, transtulit et concessit, prout in quibusdam charissimi in Christo filii nostri Ludovici Vngarie Regis Illustris patentibus literis desuper confectis plenius dicitur contineri. Quas quidem donationem, translationem et concessionem a nobis apostolico petiistis munimine roborari: nos itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati, donationem,

translationem et concessionem huiusmodi, sicuti pie facte sunt, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vicesimo primo pridie Nonis Aprilis Pontificatus (egy szó kiszakadt) anno nono.

N. Noiroti.

Hártya, függő pecsétje zsinórostul elveszett. — *Budai országos levéltár. D. L. 23529.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

27.

Tasnád, 1521 április 11.

Kusali Jakcsi Mihály nagyszámú egyházi és világi férfiakat többek jelenlétében teljes hatalmú biztosainak nevez ki. Az erről szóló okiratot Pesti Gergely közjegyző hitelesíti.

In nomine Domini Amen. Anno... 1521... undecima mensis Aprilis... in domo habitationis Circumspecti ac Prudentis Blasii Domokos de Thasnad alme Transsilvanensis Diocesis... Magnificus Dominus Dominus Michael Jakczi de Kwssal, eiusdem Diocesis... constituit... suos veros legitimos... procuratores... Egregios et Venerabiles Magistrum Albertum de Lelez, Johannem literatum de Kollo, Johannem literatum de Wylak, Vrbanum literatum de Halmah, Valentinum de Basth, Johannem Heczei de Chaaz Agriensis—, Nicolaum Apaphi, Franciscum idem (ígу) de Nagffalw, Nicolaum ac Petrum Ibranj Canonicos ecclesie Strigoniensis, Emericum de Saros, Martinum de Wyhel literatos, *Philippum de Florencia,* Michaelem Wytez, alterum Michaelem Thewrek, Anthonium de Nicola Procuratores sedis Domini Reverendissimi Strigoniensis, *Stephanum Deeshazi* Provisorem curie Strigoniensis, necnon Magistros Gasparem Sancti Spiritus, Paulum Sancte Katharine, Blasium Johannis Baptiste, Albertum Apparitionis Sancti Michaelis, Johannem Zakaczi altaris Thasnadiensis absentes, tanquam presentes et quemlibet eorum in solidum ita, quod... se ratum atque firmum perpetuo habiturum quicquid per predictos suos Procuratores aut eorum sub-

stitutos simul vel divisim actum, factum et procuratum fuerit... presentibus ibidem Egregiis ac Honorabilibus Gaspare de Wyhel Provisore curie Thasnadiensis, Ladislao Kemen, Francisco Kewresi, Blasio Rectore capelle Sancti Johannis Baptiste de dicta Thasnad, Ambrosio Presbytero de Hadad et aliis... Et ego Gregorius de Pesth natus... quondam Pauli mercatoris Pesthiensis Strigoniensis Diocesis publicus sacra imperiali auctoritate Notarius... hoc presens publicum instrumentum manu propria... in hanc formam publicam redegi, signoque et nomine meis solitis et consvetis consignavi... requisitus legitime et rogatus.

Hártya, jegyzői jegye egy négy lépcsőjű zsámoly, melynek legalsó lépcsején ez áll: Gregorius Mercatoris, a második lépcső üres, a harmadikon: Ihus Mária, a legfelsőn: 1521. A zsámoly felett *G. P.* betűk s ezek felett ismét mérleg. — *Budai országos levéltár: D. L. 37144.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

28.

Worms, 1521 április végén.

Aleander pápai nunczius jelenti Rómába, hogy a nemrég Wormsban járt magyar követek, Werbőczi István és Balbi Jeromos, Luthert ebédre hívván, intették, hogy térjen vissza a jó útra. Később a császár előtt úgy nyilatkoztak, hogy a reformátort tudatlannak és eszelősnek találták. Werbőczi 50 aranyat adott egy bécsi kiadónak, hogy fráter Ambrosius könyvét nyomassa ki és terjeszsze.

— — — Noi de qua faremo tutto el sforzo che Cesar ne advertisca et preghi detto re suo cognato [1] ad non voler intrar tale via, et similmente al re de Ungaria che dii de mano (sic) a detto Luther, in che ne hanno promesso far bono officio quello Stephano che fu altre volte ambasciator a Roma et Balbo, li quali erano alli di passati qui per el suo Re et fecero buona opera contra quel ribaldo, perchè lo invitorno a pranso et l' haveano trovato indotto, et lo exhortorno a redursi a la bona via, non solamente pregandolo, ma ancora demonstrandoli evidentemente molti de suoi errori, al che volendo Luther responder, si portó si male (como dicono li astanti), che li ambasciatori dissero poi a Cesar et a tutta questa corte, che l' haveano trovato et indotto et paccio. Predetto messer Stephano ambasciator Hungaro per zelo de santa fede ha donato cinquanta ducati doro ad uno impresor a Vienna, acciocchè imprimesse el

[1] II. Keresztély dán király (1513—1523).

libro de frate Ambrosio et lo disseminasse per tutto, tuttavolta non besogna expettar solum l'adiuto de amici, ma ancor de se medisimi.

Balan, Monumenta Reformationis Lutheranae. Ratisbonae. 1884. 238. lap.

29.

Lőcse, 1521 május 1.

Özvegy Zapolyay Istvánné, Hedvig teschení herczegnőnek temetése.

Anno MDXXI. die XVI. Aprilis obiit Hedvigis ducissa Teschinensis, vidua Stephani Zapolya. Die I. Maii corpus exsangue, quod octo magni nigri vehebant equi, et Georgius Zapolya, filius eiusdem, equitans sequebatur, cum 30 equitibus suis ac 15 curribus, pluente coelo, adductum est Leutschoviam in suburbium; inde ad capitulum,[1] ad latus mariti sui humandum. Processit magistratus Leutschoviensis cum civibus obviam et sacerdotibus, quibus Georgius, filius ducissae, per suos ministros dedit florenos quatuor et monachis quatuor florenos, scholastico unum florenum, et cantori unum florenum. Observa: in curru, quo funus ducebatur, sedebant quatuor, continue psalterium legentes: filius Georgius ducissae moestus equitabat in equo albo: post processionem equitabant tres consiliarii defunctae, videlicet de Rosen, Laurentius et Heiko, nobiles viri: ex utraque parte currus erant quinque pedites, portantes faces ardentes: insimul 60 equites comitabantur funus, omnes aulici eius, cum agmen claudentibus 30 huszaris: plures feminae et virgines, 15 curribus insidentes, flere visae sunt. Die XII. Maii sepulta est. Interfuit funeri episcopus Nitriensis[2] et presbyteri ac monachi fere 400, et unicuique celebranti missam dabantur 75 denarii, una cum facula.

Conradi Sperfogel Annales contracti. *Wagner*, Analecta Scepusii II. 140.

30.

Buda-Szent-Lőrincz, 1521 május 13.

Gergely, a pálosok főperjele, Kanizsay Dorottyát, özvegy Perényi Imrénét a rendnek nyújtott jótéteményeiért ugyanazon rend rendtársai sorába fölveszi.

Frater Gregorius Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Pauli Primi Heremite regulam Beati Augustini Episcopi professorum Prior

[1] Szepesi káptalan.
[2] Podmaniczky István.

Generalis vobis Generose Domine Dorothee de Kanisa, Spectabilis ac Magnifici quondam Domini Emerici de Peren huius Incliti Regni Hungarie Palatini relicte, Ordinis nostri patrone gratiosissime orationes in Domino Jesu devotas. Quanquam ex debito charitatis omnibus Christicolis spriritualibus teneamur beneficiis, illis tamen longe amplius obligamur, quorum sinceram dilectionem certis indiciis experimur. Quia vero M. D. V. ob reverentiam omnipotentis Dei et sue genitricis Virginis Marie ac eiusdem Sancti Pauli Primi Heremite patris nostri incliti honorem sacro Ordini nostro gratuitis donis succurrere dignata est; dignum et iustum est, ut vicissitudinaria compensatione vestris beneficiis occurramus: proinde eandem V. M. D. in confraternitatem prelibati nostri Ordinis et ad universa et singula nostre sacre Religionis suffragia, tanquam unum e Fratribus nostris professis et in evum suam professionem custodientibus recipimus, dantes et concedentes specialem participationem omnium missarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, contemplationum, ceterorumque bonorum, que per eosdem Fratres nostros piissimus Deus operari dignabitur, ut tantorum suffragiorum adminiculo suffulta in hac valle lacrimarum consolantis gratie ubertatem et in futura beatorum patria eterne vite premia commodius et felicius consequi valeat; committentes insuper Patri Vicario de *Baych*, ut felicem dormitionem vestram in Christo in capitulo nostro protunc proxime venturo intimare et inter Fratres nostros recenter defunctos annumerare debeant et teneantur. In cuius rei memoriam presentes nostras literas appensione maioris, pendentisque nostri officii sigilli consignatas eidem duximus concedendas. Datum apud Sanctum Laurentium supra Budam quinto die Ascensionis Domini anno virginei partus millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Hártya, függőpecsétjének már csak zsinórja van meg. — *Budai országos levéltár: D. L. 23544.*

Közli: Bunyitay Vincze.

31.

Buda, 1521 május 16.

Ludovicus II. Rex inhibet Franciscum de Warda Episcopum Transilvanum eiusque vicarium, ne cives Deesienses exceptis causis decimarum, matrimonialibus, testamentariis ac verberationis clericorum in sedem spiritualem citarent.

Egykorú másolat Deés város levéltárában. 114. sz.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

32.

Buda, 1521 junius 4.

II. Lajos király megparancsolja a pannonhalmi főapátnak, hogy az 5 év óta elmulasztott évi és harmadévi rendi gyűléseket tartsa meg.

Ludovicus etc. fideli nostro venerabili fratri Matheo Abbati sancti Martini sacri montis Pannonie. Non sine gravi displicentia nostri animi accepimus abbates, priores ac monachos ordinis divi Benedicti in hoc regno nostro Hungarie et partibus eidem subiectis tam ab illa veteri vivendi sanctitate, quam ab illis optimis institutis, que etate serenisssimi quondam patris nostri, felicis memorie, recepta ab eis passim fuerant, descivisse et magnam rursus inoluisse inter eos licentiam. Quorum causam eam esse intelleximus, quod vos hoc toto quinquennio triennalium atque annuorum conventuum seu capitulorum iuxta constitutiones et indulta summorum Pontificum patrisque nostri observandissimi atque aliorum antea divorum regum precessorum nostrorum privilegia, nobis in specie exhibita, quacunque de causa intermiseritis, quodque nulle interim visitationes facte fuerint. — Cum igitur ceteri quoque ordines tam in hoc nostro quam aliis regnis et provinciis habeant aliquem precipuum, qui conventus seu capitula celebrare, visitare ac de moribus uniuscuiusque statis temporibus cognoscere ac censurare facere sit solitus, eaque facultas Abbati Sancti Martini cum regia tum apostolica auctoritate nominatim et specialiter sit concessa, nolentes, quod id, quod dicte paterne Maiestatis auctoritate et devotione ceperat in hac religione vestra feliciter instaurari, nostra tempestate per aliquam negligentiam deficiat aut aboleatur, mandamus vobis horum serie firmissime, ut capitula deinceps tam annua quam triennalia ritu et modis, qui precipue in Julii secundi et Leonis decimi pontificum maximorum bullis ac in privilegiis serenissimi quondam patris nostri superinde editis continentur et sunt expressi, semper celebretis ac visitationes, ut moris est, curetis faciendas. Mandantes omnibus et singulis abbatibus et prioribus ordinis predicti... ut vocati per vos vestrosque successores ad huiusmodi conventus seu capitula temporibus alias consuetis hoc autem anno, quum terminus solitus sit elapsus, ad festum Exaltationis sancte Crucis proxime futurum ad prefatum monasterium sancti Martini in sacro monte Pannonie personaliter accedere, visitatores honorifice excipere, correctiones, emendationes, privationes etiam beneficiorum atque alias castiga-

tiones, penas et censuras iuxta contenta privilegiorum et ordinis consuetudinem equo animo accipere debeant. His etiam rebus saluti et religionis totius incremento maxime consuli poterit. Salvis semper Ordinariorum iurisdictionibus, quibus per presentes derogari nulla ex parte intendimus... Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta infra octavas sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem 1521.

Rescripta profecta (?)

Egykorú másolat mult századbeli, s az esztergomi érsek számára készült betoldásokkal, a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 72 l. B.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

33.

Esztergom, 1521 junius 11.

Bakócz Tamás esztergomi érsek Gergely selmeczbányai plébános panaszára a selmeczbányai domonkosrendűeket eltiltja a prédikálástól, temetéstől és gyóntatástól, míg csak a nekik ezeket megengedő pápai leveleket Esztergomban elő nem mutatják.

Thomas... Cardinalis Strigoniensis... universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis... ad quem vel ad quos presentes litere pervenerint salutem... Noveritis, quod nobis nuper pro parte honorabilis domini Gregorii, plebani ecclesie parochialis de Sebnicia diocesis nostre Strigoniensis, principalis, expositum fuit cum querela, qualiter nonnulli prior et fratres ordinis predicatorum in monasterio sancti Nicolai in dicta Sebnicia fundato commorantes sanctorum patrum sanctiones et decreta rebelliter et contumaciter in salutis animarum suarum dispendium contempnentes et bullam sanctissimi domini nostri domini Leonis pape decimi super moderatione privilegiorum, ipsis fratribus a predecessoribus suis summis Romanis Pontificibus concessorum et confirmatorum, in sacrosancto Lateranensi concilio generali editam ac confirmatam et approbatam eisdemque fratribus bene cognitam vilipendentes vel potius surda aure pretereuntes non solum ecclesiastica sacramenta tam sanis, quam infirmis personis, iure presbiteri parochialis commissis, ministrare, verum etiam verbum Dei in eorum monasterio dominicis et aliis festivis diebus et hora eis a iure prohibita predicare et infirmorum et aliorum Christifidelium confessiones irrequisita licentia superiorum audire necnon egrotantes ipsos, ut apud eorum ecclesiam suam eligant sepulturam inducere et, ut eis bona sua testamentaliter legarent, blanditys et astutys suis

procurare ac decimas loci eiusdem, plebano ex terris ibidem habitis, nunc vero ad eos condescensis, dari solitas aliaque plurima iura ecclesiastica, ipsum parochianum presbiterum concernentia pro se usurpare et in illis se intromittere, necnon quasdam vagas, insolitas, erroneas et scandalosas indulgentias, clavibus ecclesie vehementer derogatorias et preiudiciales non sine magna ipsorum temeritatis audacia et animarum Christifidelium periculo et deceptione in predicto ipsorum monasterio et aliis locis circumvicinis cum sacrilegio divulgare, predicare et publicare non erubuissent seu formidassent... Unde fuimus... requisiti, ut... de remedio iuris opportuno providere dignaremur... Cuius requisitioni... annuentes discretioni vestre et cuilibet vestrum... mandamus, quatenus statim receptis presentibus per vos vel alium vel alios ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate moneatis et requiratis primo, secundo et tertio et peremtorie dictos priorem et fratres prefati monasterii de Sebnicia ad sonum campane conventualiter vel alias legitime congregatos... eisque nihilominus... mandetis... quatenus infra quindecim dierum spatium a die monitionis... ab huiusmodi sacramentorum administratione, verbi Dei inconsveta predicatione, confessionumque huiusmodi auditione ac indulgentiarum promulgatione et predicatione, donec et quousque bullas seu litteras super indulgentiis huiusmodi, si quas se a sede apostolica habere pretendunt, in specie coram nobis videndas et recognoscendas producant et exhibeant, cessent et desistant, decimasque prefatas eidem exponenti dent, tradant et persolvant... alioquin prenominatos fratres... citari curetis... quatenus in termino dictorum quindecim dierum... Strigonii... compareant in iudicio... Datum Strigonii die Martis undecima mensis Junii sub anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo.

Joannes Mrak,
notarius de mandato mp.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

34.

Buda, 1521 junius 29.

II. Lajos király sürgeti az esztergomi káptalant, hogy Bakócz Tamás elhunyt bíboros-érsek összes pénzkészletét, kivéve a mit tisztviselői fizetésére, hadsereg fogadására és a kápolna szükségleteire (a király) kijelölt, az ország súlyos állapotára való tekintettel Paksy Balázs által neki haladéktalanul megküldje.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Venerabiles et egregii fideles nobis dilecti. Mandamus vobis sub pena

infidelitatis, quatenus statim visis presentibus universas pecunias a Reverendissimo quondam Domino Cardinali relictas, pro quibus Blasium Paxy istuc misimus, exceptis illis, quas ad solutionem familiarium eiusdem et ad levationem exercitus, nec non ad Capelle necessitates deputavimus, postposita omni difficultate ad nos quam promtissime mittere debeatis. Nam tanta est in presentiarum necessitas, que nos premit, ut illis pecuniis carere diutius nullo pacto possumus. Agitur enim et de capite nostro, et de toto regno. Secus sub pena premissa facere non presummatis. Presentes poteritis pro vestra expeditione reservare. Datum Bude in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo primo. *Ludovicus* Rex manu ppria.

Közölte *Szántóffy Antal* a Magyar Sion V. évfolyamában 439—440.

35.

Buda, 1521 julius 2.

II. Lajos király parancsa Thurzó Elekhez, hogy a selmeczi domokosrendűeket jogtalan támadók ellen védelmezze. V. ö. a 33. számot.

Comissio propria Dni regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro magnifico Alexio Thurzo magistro cubiculariorum nostrorum salutem et gratiam. Quia nos religiosos fratres ordinis predicatorum in claustro Sancti Nicolai episcopi in civitate nostra Sebniciensi fundato degentes, simul cum universis possessionibus bonisque et rebus eorum, iustis scilicet et legitimis, in nostram regiam recepimus protectionem et tutelam specialem, viceque et in persona nostra tuicioni vestre commisimus, mandamus igitur vobis, ut dictos fratres in omnibus possessionibus rebusque et bonis suis, iustis, ut prefertur, et legitimis, contra quosvis illegitimos impetitores tueri protegereque debeatis, iusticia mediante, auctoritate nostra per presentes vobis in hac parte concessa. Aliud ne feceritis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo visitacionis beatissime Marie virginis Anno Dni millesimo quingentesimo vigesimo primo.

(P. H.)

Kívül rávezetve: Ludwig khönigl. Maiestät Mandat an Alexium Turzo wegen der Defension betreffent die Münich hie auf Schembnitz. Anno 1521.

Magyar Protestáns egyh. és isk. Figyelmező. Negyedik (1873.) évf. 219. l.

36.

Bécs, 1521 julius 25.

Dr. Kraucketz Farkas, az osztrák és magyar karmeliták rendtartományi vikáriusa tudósítja Eperjes városa tanácsát, hogy az eperjesi karmelita-konvent perjeléül óhajtásuk szerint Pyrninger Farkast nevezte ki; ajánlja őt a tanács pártfogásába.

Preces devotas pro conservatione reipublicae vestre offert. Cum proxime in nostro conventu Budensi, Domini circumspecti, de dispositione habilitateque conventus nostri Epperiesiensis a viris providis, iudice videlicet et iuratis ad dietam generalem in Budam a vobis missis informationem accepissem pleniorem: persvasum mihi fuit, nil melius fore, altero priore eundem conventum provideri. Quare venerandum patrem Bolfgangum Pyrninger iuxta exoptata vestrorum quorundam illuc in priorem localem ordinatum sese significo atque prudentiis vestris recommendatum facio, et ut eidem novello priori oportunis consiliis et auxiliis in tempore adesse velitis, devote obsecro. Spes etenim magna ad eundem venerandum patrem est, quod ruentem conventulum et in structuris, atque culturis, vita denique honesta et claustrali diriget atque in melius deducet, dummodo patrociniis vestris eidem non deeritis, quos dextra Excelsi salvos et incolumes atque ab omni hoste securos per longa tempora conservet. Datum Vienne die S. Jacobi apostoli anno 1521. Frater Bolfgangus Kraucketz artium et sacre theologie magister atque vicarius provincialis fratrum Ordinis Carmelitarum per Austriam et Regnum Vngarie.

Kívül: Providis ac circumspectis viris et dominis iudici ac iuratis regalis civitatis Epperiesiensis, dominis suis percolendissimis.

Veres viaszba nyomott záró pecséttel. — Eperjes város levéltára. Cub. II. Loc. 5. Fasc. D. — Kiadta *Wagner*, Diplomatarium. Comitat. Sarosiensis. 548. l.

Ujból közli: BUNYITAY VINCZE.

37.

Geszt, 1521 augusztus 17.

Anna, Geszti Móré Elek özvegye, egyik szentlászlai jobbágytelkét a kőszegi (Baranya m.) pálosok kolostorának ajándékozza azon kötelezettséggel, hogy a pálosok minden csütörtökön az Oltáriszentségről szóló misét mondják. Az erről szóló okiratot szentlászlai Gachya István, geszti plébános, mint apostoli és birodalmi közjegyző irta meg.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo primo indictione nona, die vero Saturni

decimo septimo mensis Augusti... in domo Generose Domine Anne, relicte quondam Egregii Alexi (így) More de Gezth, Diocesis Colocensis, in eodem Gezth fundata... ipsa sana mente, bonaque deliberatione... in se prehabita, in villa Zenth lazlo vocata in Comitatu de Bodrogh, Diocesis Colocensis, unam integram desertam sessionem iobagionalem in fine portionis possessionarie Fratrum Heremitarum Sancti Salvatoris contigue a parte orientali convicinatam... divine pietatis intuitu salutisque anime sue ob respectum, ad devotam, humilemque supplicationem ac petitionem predictorum Fratrum Heremitarum Sancti Salvatoris pro missa *Cibavit* in qualibet septimana feria quinta perpetue celebranda ac solemniter cantanda claustro Sancti Salvatoris prope castrum Kezegh constructo in Comitatu Baronyawar, Diocesis Quinqueecclesiensis... dedisset, donasset et perpetuasset... Et ego Stephanus Presbyter, Plebanus de prefato Gezth, natus pie memorie quondam Petri Gachya de dicta Zenth lazlo... apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius publicus, quia premisse donationi... interfui... ideo hoc instrumentum... confeci... requisitus et rogatus.

Hártya a jegyző jegyével s egy gyűrűpecséttel. — ***Budai orsz. ltár: D. L. 23572.***

Közli: BUNYITAY VINCZE.

38.

Monasterium Regii Lapidis (Königstein), 1521 augusztus 28.

Korb János perjel Soravus Gergely selmeczbányai plébánosnak megköszöni a küldött 100 forintot. A levélvivőnek adott könyvekről és egyéb szerzetebeli hirekről értesíti.

Christi gratiam et pacem!

Anno superiore, mi domine Gregory (sic) cum venerandus prior Thomas alteram per mortis debitum subintrasset vitam, litteras d[ominationis] ve[stre] accepi. Primum, quod in illis agebatur erat de testamento vestro, quod Dei numine feliciter absolutum est ad vota, neque fraterna et mutua inde lesa est charitas. Christo laus et datori testatorique gratiarum actio. Ipse, qui dives est in omnes, sit merces vestra magna nimis. Conabimur nihilominus et nos ritu ac more nostro in divinis rebus vicem exsolvere parem, sed imprimis charitatis intuitu. Ceterum reservantur usque hodie centum illi floreni in usum certum et stabilem. Cumque pestilentia, que longe lateque iam circa nos grassatur, desciverit, enitemur, ut

piscinam[1] sive id genus quidpiam aliud pro illis extruamus. Ceterum venerandus magister Johannes, presentium ostensor, ad dies aliquot nobiscum egit. Placuit in eo presertim munus illud divinum verbi Dei, placuerunt mores eius. Christus piissimus sua dona in homine adaugeat auctaque tueatur in evum. Cedi (ſgy) illi nonnulla opuscula Lutheriana,[2] que sic habebam, spero J. d. v. communia erint. Mitto imaginem Salvatoris nostri. Rogo illam d. v. a monacho benivolo suscipiat animo sitque, quod ob Christum precor, memor mei in divinis rebus. Quod et ego Christi gratia vicissim faciam. Proinde ex more nostro novus electus est presidens. Sors in patrem Petrum cecidit. Quanta sit magnificentia quantumve oneris (ſgy) multorum preesse moribus suamque ac subditorum salvare animas, satis d. v. perspectum est. Oremus igitur, ut omnipotens Deus, a quo omnis potestas, electo gratiam conferat, quo digne pro humana fragilitate creditis sibi ovibus presit. Scio, scio certissimum, nam experientia edoctus, nisi singularis desuper succurrat gratia, in vanum conabitur, quantum quantum suis enitetur viribus omnis pastor. Christus igitur suo adsit vicario futuro, faveatque, ut et nos subditi honore debito amplectamur ipsum. In monasterio Onwynensi (?) electus est in priorem futuri triennii pater Christophorus Vtman iam subprioris actus officii... vir singularis modestie et religiositatis, quem una cum ceteris orationibus d. commendo. Magistro Joanni multis verbis persuasum est, ut una vobiscum reliquum vite temporis vel ad annos certos absumat. Annuit votis multorum fratrum, qui id conabamur. Deus ipse omnium munerum auctor faciat, ut feliciter istic vivat salvetque verbo Dei multorum animas. Si tamen quandoque, Domino sic volente, et d. v. et ipse hic una nobiscum ultimos dies Christo vivere velitis, ritu vel suo vel monachorum, vota fratrum pro voluntate non deerunt, set Domini voluntas in omnibus fiat, qui et fore dignetur, ut quivis vocatione sua, qua vocatus est, digne ambulet in omni mansuetudine et humilitate. In qua et d. v. salvam semper (?) custodiat in utroque et homine et seculo. Ex monasterio Regii Lapidis[3] die ipsa s. Augustini. Anno 1521.

Fr. Joannes Corbus,
indignus ibidem prior.

Id Deum precor, d. v. quatenus licuerit, magistrum Joannem

[1] Az eredetiben: piscine.

[2] Vox ambigua. Legi potest etc.: «cautheriana», a cauterium = bélyegző-vas szótól, vagy a Caustes = saxum abruptum szótól.

[3] Königstein haud procul a Dresda.

adhortetur, ut nostri istic memor esse velit coram piis hominibus Nondum illustrissimus princeps uberiori nos provisione donat. Opus tamen structurarum satis feliciter per eum perficitur. Ad quod reliquum est, aliunde, sperandum est, erit.

Kívül: Integerrimo et humanissimo viro domino Gregorio Soravo,[1] pastori Schebnicensi... ac patrono optimo.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XXV. Fasc.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

39.

Esztergom, 1521 szeptember 9.

Nyási Demeter sanctuariumi püspök és az érseki szék üresedése idején általános helytartó és ügyhallgató előtt a pannonhalmi apát és konvent Hédervány Istvánt 200 forint adósság és 12 hordó somogyi bor megfizetése végett perbe vonta. Mivel pedig Hédervány a kitűzött időben keresztény hitére s becsületére fogadott igérete daczára sem fizetett, Nyásy az esztergomi egyházmegyéhez tartozó Héderváryt az egyházból kiközösíti.

Demetrius vicarius Strigoniensis Stephanum Hédervány ob promissi, Christiana fide et honore suo mediante dati, violationem excommunicat.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 68. l. S.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

40.

Pécs, 1521 szeptember 27.

Pécsi László, a domokosrendűek magyarországi tartományának perjele, a margit-szigeti apáczáknak, kik a töröktől való félelem miatt biztosb helyekre költözni kivánkoztak, kiközösítés terhe alatt megtiltja a kolostornak engedély nélkül való elhagyását; azt azonban megengedi, hogy a végső szükség esetében nem külön-külön, hanem együttesen biztosb helyre vonulhassanak. A be nem öltöztetett leányokat azok szüleinek már most visszaadni ajánlja.

In Dei filio sibi dilectis Venerabilibus Priorisse, Suppriorisse, ceterisque universis sororibus Sanctimonialibus de habitu Ordinis Beati Dominici in Insula Leporum Deo optimo maximo pariter servientibus Frater Ladislaus de Quinqueecclesiis Sacre theologie Professor ac Prior Provincialis Hungarie Ordinis Predicatorum salutem et Spiritus Sancti consolationem. Quoniam amore naturali parentes ad suos posteros feruntur, in adversis pia viscera commoventur, quo fit, reor, ut ex vobis aliquas vestri parentes metu Tur-

[1] Ab Sorau, oppido provinciae inferioris Lusatiae.

carum incursionum ad loca tutiora transferre vellent: volo et nichilominus precipio vobis tenore presentium sub pena excommunicationis late sententie, ut moris est, sedendo pro tribunali in scriptis prolate: quatenus nulla ex vobis ad quamcunque parentum, consangvineorum vel amicorum suggestionem aut alius apparentem coactionem audeat, presumat seu attentet se removere, transferre vel ad transferendum persuadere parentibus seu amicis absque consensu meo vel Priorisse. [Quod] si tantus Turcarum accreverit metus, ut ex eo, ubi nunc deg[itis mon]asterio, de Insula Leporum profecto vos excedere sit necesse: extunc non ... sed insimul ubi consilio Domine Priorisse eundum fuerit, proficisci possitis, tenore presentium vobis concedo et indulgeo iuxta vestrarum tenorem constitutionum. Puellas autem extra habitum nostre Religionis inter vos conversantes, ut suis parentibus restitui possint, vestre humanitati committo. Quorum firmitate pro maiori sigillo officii mei provincialatus presentibus impresso. Datum Quinqueecclesiis in festo Sanctorum Cosme et Damiani Martyrum anno Domini 1521.

Qui supra manu sua propria.

Papir, alján zöldviaszba nyomott tojásdad pecséttel. A rekeszjelbe tett vagy kipontozott helyeken egy-két szó kiszakadt. — *Budai országos levéltár: D. L. 23585.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

41.

Mohács, 1521 szeptember 29.

II. Lajos király Máté pannonhalmi és Jakab bakonybéli apátot súlyos betegségük miatt fölmenti a személyes hadbavonulás alól, de alkalmas helyettest kell állítaniok.

Ludovicus II. rex Mattheum sacrimontis Pannoniae et Jacobum de Bakony-Bél abbates morbo gravatos ab onere personaliter dimicandi, si aptos substituerint, levat.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 59. l. H.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

42.

Ercsi, 1521 szeptember 29.

Kőrösi Máté ágostonrendi provinciális Lippai Benedeket a bártfai konvent perjelségében megerősíti.

Frater Matthaeus de Crisio Magister humilis et Prior Provincialis provinciae Hungariae Ordinis fratrum heremitarum S. Augu-

stini in Christo nobis dilecto filio, fratri Benedicto de Lippa eiusdem Ordini fideli professori salutem in Domino aeternam. Cum a fidedignis videlicet dominis de Bartpha novimus tuam bonitatem morumque honestatem et ut Conventui nostro de Bartpha prodesses; igitur harum serie praesentium te absolvimus a tua conventualitate Bartphensi, et ponimus te in eodem Conventu de Bartpha pro Priore per obedientiam salutarem, de consensu et voluntate dominorum de iam fata civitate, et damus eis authoritatem nostram in hac parte, ut possint te eligere et confirmare Priorem illius Conventus, quandocunque ipsi voluerint, in nomine P. et F. et Sp. S. amen etc. Datum in Erchy in festo S. Michaelis Archangeli Anno Domini 1521.

F. m. d. c. p. p.

Wagner: Diplomatarium Comitatus Sárosiensis 549. l.

43.

Kőlesd, 1521 október 16.

Szatmáry György pécsi püspök utasítja a kassai tanácsot, hogyan és mily föltétel alatt fogadják el Bálintot jászai prépostul.

Prudentes et circumspecti domini et amici nobis honorandi. Ea, que nobis scripsistis bene intelleximus. Probamus diligenciam et solicitudinem vestram: quam in negocio preposíture ecclesie de Jazow impendistis. Bene omnia a vobis sunt facta. Ita enim pro conservatione libertatis civitatis istius vestre facere convenit. Gracias etiam vobis habemus, quod ad nos hoc totum negocium prepositure istius reiecistis. Miserat ad nos etiam conventus ecclesie ipsius de Jazow hominem et literas suas, quibus nobis fratrem Valentinum priorem suum commendabant et significabant, quod eundem in prepositum eorum elegissent. Scitis quot et quante dissensiones difficultatesque fuerunt etiam annis superioribus ratione ipsius prepositure de Jazow. Ne igitur etiam deinceps tales differencie fierent, visum est nobis, ut paulatim no (így) in juspatronatus et authoritatem collacionis ipsius praepositure insinuemus et paulatim in dominium ipsius collationis veniamus. Postea cum in ipsa praepositura fundamentum habuerimus et dominium ac potestatem aliquam in collacione praepositure eiusdem pretendere poterimus, possumus facere id, quod voluerimus. Quapropter visum est nobis, ut huic fratri Valentino, ex quo est unus ex fratribus aliis, et est religiosus, prepositúram ipsam conferamus; conferimus

igitur ei eandem prepposituram vobiscum una. Sed ita, quod conventus ipse de Jazow det vobis literas, quod non ipsi hunc elegerunt, sed solummodo nobis et vobis suplicaverunt, nosque tanquam patronos preppositure ipsius rogaverunt, ut huic prepposituram ipsam daremus, ne postea successu temporum possint allegare, quod etiam antea ipsi prepositum de medio eorum elegissent et prepposituram ipsam ei contulissent cui voluissent. Quare huic fratri Valentino prepposituram ipsam vobiscum una dedimus, cum postea Deo auxiliante ostenderimus, videbimus, quomodo et qualiter serviciis ecclesie ipsius providebit. Ad reliquum est bene vos valere optamus. Ex possessione Kewlesd sabbato proximo post festum beati Briccii episcopi anno 1521.

Georgius,
episcopus ecclesie Quinqueecclesiensis etc.

Eredetije Kassa város levéltárában. 1021/X.

Közli: Bunyitay Vincze.

44.

Buda, 1521 november 19.

Az ország védelmére rendkívüli adózást elrendelő budai országgyűlésnek egyháziakra vonatkozó intézkedései.

Art. IX. Item ecclesiarum parochialium plebani et altaristae et aliae personae ecclesiasticae, quae gentes non conservant, pecudibus pecoribusque carent, decimam partem rerum eorum aurearum et argentearum ac pecuniarum paratarum contribuant. — Art. XVII . . . quum itaque periculum, quod Deus ipse misericors procul avertat! commune sit: communi etiam provisione et subsidio propelli et averti debet; unde visum et unanimiter conclusum est, quod universi DD. praelati et alii viri ecclesiastici, seculares et religiosi pariter, baronesque et nobiles ceterique possessionati homines, non obstante libertatis eorum praerogativa, directam medietatem seu aequalem mediam partem universorum proventuum suorum animalium, pecunialium, sive ex cibrionibus, sive piscinis, marothva dictis, sive fodinis auri, argenti, cupri, ferri, chalybis aliorumque metallorum, sive ex silvis glandiferis, vel undecunque aliter proveniant, ad ipsam expeditionem praenominatam pro hac una vice contribuant. Praeterea de vinis quoque, tam in propriis vineis eorum procreatis, qnam etiam nonalibus vel aliter pretio comparatis, quae adhuc restant et reperiri poterunt; de pecoribus quoque et pecudibus ipsorum contributionem . . . persolvant. —

Art. XXXIV. Item, quia ecclesiae maiores et specialiores in praesenti vacant, earumque carent praelatis, qui banderia insigniora tenere deberent: ideo maiestas R. dignetur pro regni defensione beneficia illa ecclesiastica, iuxta contenta decreti, personis nobilibus et bene meritis ex nunc et de facto distribuere, ut illi quoque banderia sua erigere et gentes suas sine mora ad confinia, loca scilicet necessaria, destinare possint, debeantque et teneantur. — Art. XXXV. Item, quod R. maiestas intelligat statim testamenta reverendissimorum quondam DD. Thomae Strigoniensis ac Gregorii Colocensis[1] archiepiscoporum; unde sua maiestas non parum utilitatis et commodi habere posse videtur. — Art. XXXVI. Item, sunt insuper aliorum praelatorum testamenta, videlicet quondam Sigismundi Quinqueecclesiensis[2], Lucae Zagrabiensis, Francisci Iaurinensis[3], Dominici et Sigismundi Varadiensis[4], Nicolai Vaciensis[5]; viderentur esse intelligenda; quorum testamentarii aliqui licet sint mortui, prout quondam D. Thomas Strigoniensis, qui fuit dispositor Dominici, Francisci et Lucae episcoporum: res tamen superesse debent, de quibus una cum aliis rebus eius est providendum. — Art. XXXVII. Item de taxa presbyterorum superioribus diebus exacta, de qua hactenus nulla constat certitudo, quantam summam fecerit et quo dispensata sit; exquiratur igitur certitudo, quo taxa ipsa devenit... Art. XXXVIII. Item ad providendum de iam scriptis testamentis et taxa praenotata, eligantur ad hoc aliqui statim tam de medio DD. praelatorum et baronum, quam etiam regni nobilium per Regiam maiestatem idonei, qui de praemissis omnimodam experiantur certitudinem: et res argenteae ipsius quondam domini Strigoniensis, adhuc in civitate ista Budensi in exili pretio et summa impignoratae, per maiestatem R. redimantur et ad necessitates convertantur.

Kovachich, Vestigia Comitiorum 513 kk. *Katona* (ki ez országgyűlést hibásan 1522-re teszi) XIX. 320 kk.

45.

Gyöngyös, 1521 november 20.

Somlyai Bernát, a ferenczrendűek magyarországi tartományi fejedelme Derencsényi Györgyöt Ágota nejével és eddigi, valamint ezután születendő gyermekeivel szerzete rendtársai közé fölveszi.

In Christo sibi charissimo Magnifico Domino Georgio de Derenchen, Ordinis Beatissimi Patris nostri Seraphici Francisci

[1] Gróf Frangepán Gergely. † 1520. — [2] Hampó Zsigmond. † 1504. — [3] Bakócz Ferencz. † 1509. — [4] Kálmáncsehi Domokos † 1502 és Thurzó Zsigmond † 1512. — [5] Báthory Miklós. † 1506?

benefactori precipuo, Frater Bernardinus de Somlyo dicti Ordinis de regulari observantia Professor ac in provincia Hungarie Minister.. Te una cum Generosa Domina Agatha coniuge tua, necnon liberis tuis, videlicet Wolfgango ac Katharina, Barbara, Margaretha, Effrosina et etiam in futurum nascituris ad nostram confraternitatem... in vita recipio, pariter et in morte... Datum in loco nostro de Gyengyes vigesimo die Novembris anno salutis millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Frater Bernardus, qui supra m. p.

Papir, hátán gyönyörű metszésű csúcsíves pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23593.*

Közli: Bunyitay Vincze.

46.

Kassa, 1521 november 29.

Kassa városa a jászai prépostságot Bálint premontrei szerzetesnek adományozza.

Nos iudex et iurati cives civitatis Cassoviensis significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos litterarum sciencia, vite ac morum honestas, aliaque virtutum merita, quibus religiosum fratrem Valentinum de Jazow, ordinis Premonstratensis, ab altissimo insignitum cognovimus, nos excitant et inducunt, ut eundem digno prosequamur favore. Cum itaque prepositura honorabilis conventus ecclesie beati Johannis baptiste de prefato Jazow, per mortem et decessum religiosi fratris Gregorii, eiusdem conventus prepositi, ad presens de iure et de facto vacet: auctoritate iuris patronatus nostri, quam post reverendissimum dominum dominum Georgium, Dei et apostolice sedis gracia episcopum ecclesie Quinqueecclesiensis, dominum nobis graciosissimum superinde nobis datum et concessum habeamus, premissorum dicti fratris Valentini meritorum intuitu, preposituram ipsam de Jazow, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, eidem et nemini alteri dandum et conferendum duximus ac illi, cuius interest vel intererit, ad confirmandum presentandum; ita tamen, quod ipse sufficientes fratres sui ordinis iuxta proventuum suorum quantitatem servare et tenere debeat et adstrictus sit ad divinum cultum in claustro memorato beati Iohannis peragendum; immo damus et conferimus atque presentamus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Cassovie feria quarta ante festum

sancti Andree apostoli, anno millesimo quingentesimo vigesimo primo.[1]

Eredetije rányomott pecséttel, Kassa sz. k. város titkos levéltárában. C. 17. — Közölte *Fraknói Vilmos*, Oklevéltár a m. kir. kegyuri jog történetéhez. XV.

47.

Esztergom, 1521 deczember 18.

Nyásy Demeter esztergomi általános helytartó elrendeli Hédervåry István nyilvános, az egész nép előtt történő és szertartásos kiközösítését, mert elébbi elmarasztaló ítélete daczára sem fizette meg adósságát a pannonhalmi monostornak.

Vicarius Strigoniensis excommunicationem Stephani Hédervåry coram populo et solitis caeremoniis praecipit.

Egykorú másolat a pannonhalmi főapátsági levéltárban. C. 68. 1. L.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

48.

1521.

A Szent-Ferenczrend általános fejedelme elrendelte, hogy a rendtagok a négy év előtt föllépett lutheránus pestis ellen mindennapi imádsággal és buzgó tanítással küzdjenek.

«Hoc (anno 1521) ad pium votum Leonis P. X. actis capitularibus praemisit (nempe Minister Generalis Ordinis S. Francisci) et observari mandavit, ut contra pestem ante quadriennium enatam Lutheranae dogmatisationis piis et devotis precibus primitus occurratur et quotidie in omnibus horis canonicis post dictum *Salve Regina* suffragium hoc adiiciatur videlicet *Gaude Maria Virgo cunctas haereses sola interemisti in universo mundo* etc. W. *Ave Maria* cum orationibus: *Gratiam tuam* et *Ecclesiae tuae*; et quando in Missa conventuali ordinarie oratio tertia defecerit, dicta oratio: *Ecclesiae tuae* addatur. 2-o Divini verbi gladio et sacrae theologiae telo eidem usque ad sanguinem resistatur.»

A Szent-Ferenczrendűek levéltára Csík-Somlyón. Losteiner Leonard kézirata: Chronologia 31^b folio.

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Hibásan: quinto.

49.

1521.

Máté pannonhalmi apát és a magyarországi Benedekrendűek főelüljárója Kanizsay Lászlót nejével és jelen s jövendő gyermekeivel rendtársaknak fölveszi.

Mattheus Dei et Apostolice Sedis gratia Abbas monasterii Sancti Martini Sacri Montis Pannonie, totiusque Ordinis Sancti Benedicti per Regnum Hungarie Presidens Generalis, et conventus loci eiusdem Magnifico Domino Ladislao de Kanysa salutem... nos vestram Magnificentiam ad supplicationem Venerabilis [...][1] cum coniuge et liberis vestris presentibus et futuris in Confratrem Ordinis nostri predicti recepimus... Datum [...][2] mo vigesimo primo.

Egy ív papirnak egyik oldalán, alján nagy kerek pecsét. — *Budai országos levéltár: D. L. 23598.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

50.

Segesvár, 1521.

Nemes Kenderijs (Kenderessy?) János testvérét Endrét, ki a székelyeknek Zapolyay János vajda ellen való támadásakor elesett, a segesvári domonkosiak templomának szentélyébe temettetvén, a konventnek a többi között két lovat, egy 100 forint értékű drága ruhát s egy másik, arany virágokkal átszőttet ajándékozott s még sokkal nagyobbakat igért, miértis érette és testvére lelkéért misézni és imádkozni fognak.

Item tempore Prioratus memorati fratris Petri de Ruppe 1·5·2·1 Nobilis et Egregius dominus Andreas Kendriis in conflictu Ciculorum contra Magnificum Dominum Johannem de Zapolia Wayuodam Transsiluaniensem fraudulenter decubuit. Quem frater suus uterinus, videlizet Egregius Johannes Kenderijs, fecit et ordinavit sepeliri prope maius Altare in Sanctuario huius Conventus ad latus sepulcri Reverendissimi domini Gabrielis Episcopi[3], non absque gemitu ipsius et suorum. Contulitque idem Egregius dominus Johannes Conventui certam elemosinam absque offertorio, in quo offertorio fuerunt adducti duo equi, pensati ecciam ultra quin-

[1] A név az oklevél nagy részével együtt kiszakadt.
[2] Ismét hézag.
[3] Polner Gábor boszniai, majd szerémi püspök.

quaginta fl.: attamen Conventus non illam potuit exigere pecuniam; venit denique ecciam Conventui nobilissima ipsius vestis de purpura veneciana centum fl. appreciata, necnon et aliam donavit floribus aureis contexta[m], et multo maiora spopondit. Quare conventus se obligavit eidem ad satisfaccionem tot et tantis bonis, quousque divina clementia noverit eis satisfactum, tam in Missis persolvendis, quam ecciam aliis oracionibus; necnon animam ipsius Egregii domini Endree Kenderis consignare registro ambonis perpetuis temporibus.

Frater Fabri Antal egykorú feljegyzése (v. ö. a 19. számot). *Fabritius* Archiv des Vereins N. F. V. 18—19. XXIII. szám. — Magyar Sion V. 664—665.

51.

1522 január 22.

Kerekii Aczél István és neje Erzsébet Gygynch nevű egész birtokukat a Bold. Szűz családi templomának és következésképen az ottan lakó pálosoknak adják egy, a füssi hegyen levő szőlővel együtt.

Eodem die [feria quarta in festo Beati Vincentii Martyris 1522] idem Egregius Stephanus Achel de Kereky in sua ac Domine Elizabeth consortis sue persona fassus est: quod ob spem, quam habet ad Beatam Virginem Mariam et refrigerium animarum suarum totale predium Ghygynch vocatum in [Comitatu] Barsiensi situm simulcum cunctis utilitatibus etc. ecclesie Beate Marie Virginis de Chalaad et per consequens Fratribus Heremitis in ibidem degentibus ac unam vineam in promontorio possessionis Fyws similiter in Barsiensi, ... pro perpetua missa dicenda dedit et donavit perpetualiter, onera filii et filiorum suprascriptorum[1] ac fiendorum in se assumpmendo.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum I. fol. 19.

Közli: Bunyitay Vincze.

52.

Buda, 1522 február 21.

Lajos király a kolduló szerzeteseket és pálosokat, kik alamizsnából és kézi munkájokból élnek, fölmenti azon országgyűlésileg a szerzetesekre is kiter-

[1] Igy.

jesztett kötelezettség alól, hogy az ország védelmére ők is segítséget adjanak (v. ö. 43. sz.); de marháikból, melyekkel kolostoraik birtokán vagy majorságaikban vagy akármely helyen bírnak, segítséget adni tartoznak.

Comissio propria Domini Regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris et Nobilibus universitati Nobilium omnium et singulorum Comitatuum citra Danubium habitorum presentibus requirendis salutem et gratiam. Constat vobis in articulis in dieta pro festo Beate Elyzabet proxime preterito celebrata confectis inter alia id quoque contineri, ut etiam Religiosi Fratres de suis rebus pro Regni defensione subsidium contribuere debeant. Quoniam autem diversi sunt Ordines, ex quibus alii ex mera eleemosyna, alii ex laboribus coniuncta etiam eleemosyna vivere solent: ita ex totius consilii nostri deliberatione iste punctus de Religiosis est limitatus, ut a mendicantibus Fratribus et de his rebus, quas nomine eleemosyne collegerunt, vel quas etiam ex laboribus manuum suarum acquisivissent et in claustris suis collocassent, nullum subsidium exigatur, et hoc ea ratione, quod armis ipsorum Fratrum, que sunt orationes et preces ad Deum devote, pericula Regni et conatus hostiles non minus, quam viribus nostris repellentur et dissipabuntur; verum ex pecudibus, quas erga claustra ipsorum vel in allodiis vel in aliis quibuscunque locis habeant, subsidium detur. Quoniam autem iste punctus inter alios Fratres Religiosos Fratres Heremitas Divi Pauli concernit, volumus et firmiter vobis mandamus, ut de rebus, quas iidem Fratres Heremite nomine eleemosyne collectas vel laboribus manuum suarum acquisitas in suis claustris collocaverunt, nullum subsidium exigere aut exigi permittere audeatis. Aliud nulla ratione feceritis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quinta proxima ante diem Cathedre Divi Petri Apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Nyilt levél egy félív papir egyik oldalára keresztbe írva, alján középütt nagy kerek pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 34466.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

53.

Róma, 1522 február 25.

Lőrincz főpoenitentiárius Cser Ferencz volt ágostonrendű remetét fogadalmai alól fölmenti.

Laurentius Summus Poenitentiarius Franciscum Cher monachum prius ordinis Eremitarum s. Augustini a votis in minorennitate nuncupatis liberat.

Lőrincz kardinalis apostoli főpenitentiarius megparancsolja «Johanni de Lazo archidiacono Thilegdiensi in ecclesia Albensi Transilvana, Sedis Apostolice penitentiario ad presens in Romana Curia residenti», hogy szalankemeni születésű Cher Ferencz bács-egyházmegyei papot, a ki gyermekkorában az ágostonrendű remeték szent Anna tiszteletére avatott bács-egyházmegyei (?)[1] újlaki kolostorában szerzetesi fogadalmat tett, e fogadalmaitól, ha igaz, hogy azokat még kiskorúságában tette le, mentse föl s engedje meg, hogy mint világi pap szolgálhasson.

Pergamenre irt eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. C. nr. 50.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

54.

Holics vára, 1522 márczius 6.

Lajos király Prágába utaztában köztudomásra hozza, hogy Magyarországnak a törökök ellen adandó segítség végett Nürnbergbe összehívott birodalmi gyűlésre Fiumey (de Flumine) Ferencz zengi püspököt és Deésházy Istvánt követekül küldi. Fölkérte a lengyel királyt is ilyenek küldésére. Inti az ország ügyeinek intézőit, hogy távollétében se mulaszszanak el semmi, a haza védelmére szükséges intézkedést, különösen pedig a belláztók megtörésére mindent elkövessenek.

Comissio propria Domini Regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Spectabiles ac Magnifici fideles nobis sincere dilecti. Sciatis, quod nos usque modo hic in Holych sumus. Causa autem huius nostre more fuit, quia due sunt vie hinc versus Pragam, una, que vadit ad Hradysch, hac nos ire statueramus, sed metu pestilentie, que ibi vigere dicitur, propositum nostrum mutavimus; altera, que per fluvium Morwa ducit, hic fluvius propter glacierum et nivium resolutionem multum inundans et exuberans, naves pauce, per quas traici debet et vadum fervens, nostrum progressum tantum retardavere; hodie tamen peracto prandio hinc nos movebimus et iter nostrum Pragam usque, Deo duce, continuabimus, quo ubi per-

[1] Igy. Helyesen pécs-egyházmegyei. — V. ö. Csánki: Magyarország történeti földrajza. II. 288.

venerimus, de celeri reditu nostro sollicite curabimus, et antequam redeamus, mittemus aliquem numerum peditum ad defensionem huius Regni, pro quibus iam et scripsimus et nunciavimus Bohemis, ut eos quam citissime expedire debeant. Ceterum cum eramus Bude, ex literis Cesaris ad nos datis intellexistis Maiestatem suam Nuremberge conventum generalem pro iuvandis rebus nostris indixisse; cum autem essemus in itinere a Principibus Imperii literas alias habuimus, quarum exemplum de germanico in latinum traductum vobis misimus, quibus declaratum est prima die Martii presentis conventum ipsum pro habendo tractatu contra Thurcos et ferenda nobis ope inchoari; monemur eisdem literis, ut et nostri et Serenissimi Regis Polonie Oratores ad huiusmodi conventum mittantur: nos igitur ad hanc legationem deputavimus Reverendum Patrem Franciscum de Flumine Episcopum Segniensem et Egregium Stephanum de Deeshaza, nam alios habere non potuimus. Scripsimus autem et per postas quoque misimus ad Regiam Maiestatem Polonie, rogantes fraterne, ut ipsa etiam velit ad predictum conventum Nurembergensem Oratores suos mittere. Preterea miseratis ad nos Magnificum Gasparem de Raska pro rebus nostris aureis, et licet litere Thezaurariorum Regni vise nobis non fuerint sufficientes, nos tamen utique res ipsas aureas dedimus. Hec ideo voluimus vobis significare, ut intelligeretis, nos habere singularem curam ad ea omnia, que Regni nostri defensionem concernunt et ut sciretis ea, que post nostrum a vobis discessum hic acta fuerunt, nihilque nobis magis cordi esse, quam Regni salutem. Non dubitamus autem quin Dei optimi, maximi nutu et providentia Principes quoque christiani ad ferendam nobis opem propensi inveniantur et pro tuenda salute Regnorum nostrorum in nostri auxilium concurrant. Quare fidelitates vestras hortamur et rogamus, velitis vos quoque interim, dum aberimus et dum auxilia venient, sollicite curare, ut subsidium citissime exigatur, ut gentes conducentur, ut confinia tueantur, ut ea, que necessaria sunt ad Regni defensionem, expediantur; nos vicissim nihil pretermittemus absentes, quod vel cura vel labore prestari a nobis pro bono Regni et salute subditorum nostrorum poterit. Demum in hoc itinere nostro intelleximus pro certo a plerisque: qualiter quidam, qui rebus novis student et qui seditionibus cum Regni periculo rebus suis consulere consveverunt, conventiculas aliquas fieri statuissent ad hunc finem, ut que nuper in dieta festi Beate Elizabeth pro Regni defensione ordinata publico totius Regni consensu fuerunt, perturbarent et novum aliquid statuerent, quod nobis non potest non vehementer displicere;

fieret enim hoc et contra bonum publicum et contra nostram dignitatem, authoritatemque vobis per nos concessam, nam conventiculam sine voluntate nostra nemo fidelis facere potest; deinde ex hoc nihil aliud nasceretur, quam seditio, que plerumque citius solet evertere rempublicam, quam hostis externus; fieret etiam ignominiosum toti Regno, si pauci illi, quicunque sunt, per licentiam turbarent illa, que pro tuenda salute Regni in preterita dieta fuerunt ordinata, presertim cum iam constitutiones illas ad Pontificem, ad Cesarem, ad Regem Polonie aliosque Principes miserimus; mirarentur enim et maximam omnibus ordinibus levitatem ascriberent, quando audirent ordinationes totius Regni salutares tam subito fuisse levissimorum hominum factionibus immutatas, nam si priores ille constitutiones observentur, non est dubium quin Regnum conservari possit, donec a Principibus christianis fuerimus adiuti, que res cum absurda minus sit et a fide bonorum aliena: non convenit, neque pati volumus, ut in effectum ducatur. Quare fidelitates vestras hortamur rursum et rogamus, nihilominusque vobis mandamus, quatinus acceptis presentibus, modis omnibus prohibeatis seditiosos illos, ne contra nostram vobis per nos concessam authoritatem preter consensum nostrum aliqua conventicula fiat et in ea aliquid tale statuatur per ipsos seditiosos, quod in Regni ruinam et excidium redundare possit; nam si aliter factum fuerit, nos etiam aliter de remedio opportuno cogitabimus; si quid autem contra authoritatem nostram, prohibitionemque tentatum a quibuscunque fuerit, nobis fideliter rescribatis, nam conculcari authoritatem nostram a nemine patiemur, super quibus etiam ad omnes Comitatus literas dari statuimus. Secus non facturi. Datum in arce Holych feria quinta proxima post Cinerum, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Papir, a király nagy kerek zárópecsétjével. — *Budai országos levéltár: D. L. 23618.*

Közli: Bunyitay Vincze.

55.

Szászváros, 1522 május 1.

Oláh István, a szászvárosi szék és város királybírájának végrendelete.

In Nomine Domini Amen. Ego Stephanus Olah Iudex regius oppidi et sedis Zazuaras, mortis in articulo positus, corpore quidem eger et infirmus, mente tamen sanus, rationisque mee compos. Consideranti mihi quod vita hominis super terram nedum dubia, sed et fluxa et fragilis sit. Ne itaque dissenciones vel discordie meis in

diuitiis vel bonis, que Deus per acquisicionem, laborem et fatigia mihi dedit, inter coniugem scilicet, quam secundarie de Jodgia duxi, et priuignos, filios et filias meas, orirentur: testamentum hoc meum coram Venerabili Domino Joanne Teoreck plebano oppidi Zazuaros, et coram prouidis et circumspectis Thoma literato iudice sedis eiusdem oppidi, Sigismundo Kathona constituti[1] iudice regio, Nicolao Moldai, Georgio Baÿnas, Paulo Pethe, Bartholomeo Winczi conciuibus de eadem Zazuaros, rite ordinare, constituere et facere decreui. Primo itaque[2] lego pro salute anime mee florenos 3 pro triginta missis a sacerdotibus in plebania constitutis legendis. Secundo pro sepultura, quam in ecclesia parrochiali sancti Nicolai elegi, florenum 1. Tercio pro requiem dacione legenda et psalterio fl. 1j. Quarto domum Cibinij constitutam, cum quadam domo in Thorda extructa, filijs meis inter se diuidendam, habendam et possidendam lego. Quinto argenteria, quorum nomina et copiam filius meus minor natu Matheus nomine scit, simul cum vestibus, quas idem nouit et scit esse impignoratas fl. 100 d. 21 apud prudentem Joannem Rapold conciuem Cibiniensem, filijs meis ea lege, vt si iidem filii mei has exemerint inter se dividant, lego; sin secus, extunc ibidem remaneant. Item sexto pro necessarijs et vsu habendis in tumulatione et sepultura, item pro septimo, tricesimo, et anniuersario peragendo, et in aliis quibuscunque iustis exequendis lego coclearia 8 argentea, pocula seu picaria maiora argentea 3, item et vnum paruum, que in ladula vna reperta sunt. Septimo vxori mee de Jogda ductam,[3] vineam quandam in promontorio Warhedg circularem vulgo Kereeksőlő, cum quodam quartali circumlocato lego specialiter sine omni iuris inquisicione habendam, possidendam et in vsum suum conuertendam, cum tunica quam eidem pro dote dedi ante nuptias, habendam et possidendam. Octauo omnia bona mobilia in districtu sedis et oppidi Zazuaras scilicet domum, agros, prata et alia huiusmodi ea lege lego, vt debita, que teneor (que quidem debita ciues de eadem et consulatus sciunt et noscunt) ex illis soluantur, de remanenciis vero, si quid supererit, dualitatem filijs meis, tercialitatem coniugi mee lego.... Acta sunt facta et conclusa per me Stephanum olah iudicem regium in Zazuaras, in domo mea propria, irreuocabiliterque roborata Anno incarnacionis 1522 die vero diuorum Apostolorum Philippi et Jacobi...

Eredeti papír, alján három gyűrűpecsét töredékeivel. — Kismartoni herczegi levéltár. 4. C. 19.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Igy. — [2] Két szó törölve. — [3] Igy.

56.

Selmeczbánya, 1522 május 19.

Frankfurter Bertalan levele Györgyhöz, Körmöcz városa jegyzőjéhez, melyben többi újságok közt tudósítja, hogy Luther a norimbergi birodalmi gyűlésen megjelent.

Reversus ex Babilone bonis avibus te salutat tuus ille frater et amicus Bartholomeus, secum pleraque nova adferens. Sunt de hoste nostro rumores, qui occupationem regni nostri promittunt; facit hoc cecitas nostratium, avexit proxime miseram plebem et barbaram Croatiae catervatim, avexit ex Carintia plurimos magis miserandos, conatus proposito in mari ad Zegniam et Sanctum Vitum in Flumine, repulsus tamen viginti galeis venetis contranitentibus, de quo et... graviter. Gallus proximis diebus Mediolanum Civitatem occupasse fertur, qui prius de castro triumpharat. Summus Pontifex hactenus Romam cum Petro non vidit. Imperator cum Imperio Neuremberge Concionem celebrat, adest illic vocatus Lutterus noster,[1] cui Dominus Jesus benevelit, cum nomenclator suus sit constantissimus; De Rege autem nostro quod scribo, accipe et hoc paucis. Diadema regium Sabbato ante Jubilate sponse *Marie meritissime* a Boemis concessum est, cuius reditus incertus est, nam nunc primum indicta est Boemis dieta, cur? non satis constat. Deus tamen opt. max. bene vertat. Vaivoda noster (vel suus potius), ut alii referunt, graviter Turce contrasistit, ut alii Transilvanis, qui se dice presenti opponunt sub pacto, quo nulla Civitatum Transilvanarum ab eis sentiat, alioquin communi sententia cuncte relique in ultimum excidium frangentis tale fedus machinaturas constanter asseruerunt. Placet hactenus cunctis Sententia. Haec habui ad te, frater mi, paucis barbarice hec mea illota et quantumvis impolita scribere. Salutabis meo nomine (si apud vos est, nam ex fama quottidie hic ad vos exspectatur) *Cunradum nostrum*,[2] ad quem litteras meas dedissem, ni eum expectarem, is tamen si aderit, sit novorum presentium te iudice particeps. D. Paulum volo salvere plurimum. Sicque valebis feliciter in Christo Jesu, mei (ut sis memor) tuque, si me amas, rescribe familiarius et grandiloquentiam tuam erga me posthabueris denuo. Vale. Datum Sembnicie XVIIII. Mai Anno Domini MDXXII.

Tuus ut frater Bartholomeus
Frankfordinus Pannonius.

[1] Ez tévedés. Wormsba volt híva. — [2] Hihetőleg Conradus Cordatus.

Tot in Litteris meis obeliscos
ne abhorrueris, cum volanti
et animo et calamo hec scripserim.

Kívül czím: Prudenti ac Ingenuo Georgio N. Notario Crembniciensi dignissimo suo amicissimo Amico Crembnicie.

Eredetije Körmöcz városa levéltárában. Fons 19. Fasc. 1. Nr. 26. — Kiadva nyomtatásban *Magyar Sion* 1867. évf. 124. lap.

57.

Csanádi egyház templomudvara, 1522 május 21.

Megyericsey Péter, apostoli közjegyző és társa előtt Vásárhelyi János káplán Csaholyi Ferencz csanádi püspök megbízásából tiltakozik Báthory István nádor azon tette ellen, hogy Peregy Albertet marosontúli esperesnek és csanádi kanonoknak kinevezte és Budai Cserbokor László álprépost közvetítésével a megfélemlített káptalanban beiktattatta. Tiltakozásához mellékeli a nevezett nádor három levelét; ezek elsejében a káptalan javadalmainak elvesztése alatt megparancsolja Peregy beiktatását, a káptalanhoz intézett másodikában és a helytartóhoz írt harmadikában a törvényesen kinevezett Ráskay Mihály beiktatását megakadályozván, pártfogoltjáét újból sürgeti.

In nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis... sit notum, quod anno... millesimo quingentesimo vigesimo secundo... vigesima prima mensis Maii... in nostrorum Notariorum publicorum, testiumque infrascriptorum presentiis personaliter constitutus Discretus vir Johannes Presbyter de Wasarhel, Capellanus videlicet Domini Plebani Chanadiensis, Procurator et eo nomine procuratorio Reverendissimi Domini Francisci de Chahol Electi et confirmati ecclesie Chanadiensis... per modum protestationis... proposuit... dicens: quod licet prefatus Reverendissimus Dominus Franciscus Electus et confirmatus in dicta sua ecclesia et Diocesi Chanadiensi ex concessione, donatione et translatione Domini Regis Hungarie tanquam generalis Patroni Regni plenum iuspatronatus in conferendis universis beneficiis, quum ea in ecclesia et Diocesi suis predictis vacare contigit, habuerit, fueritque in eorum semper libera conferendi possessione, institutio quoque canonica atque mandatum inducendi presentatos a Patronis ad beneficia de iure ad eandem suam Reverendissimam Dominationem vel eius in spiritualibus officialem pertineat, quod palam est et publicum; nichilominus tamen cum superioribus proximis diebus sancte ebdomade Dominus Palatinus Regni Hungarie ac in absentia Domini nostri Regis locumtenens etc. licet manifeste contra ius

patronatus et collationis dicti Reverendissimi Domini protestantis se ingerens, quendam Albertum literatum Pereky nuncupatum assertum distributorem hospitiorum dicti Domini nostri Regis ad archidiaconatum et canonicatum per obitum quondam Magistri Stephani, dum vixit dispensatorem eiusdem Domini Regis, in ecclesia ipsius Domini Reverendissimi protestantis Chanadiensi vacantes in absentia sue Reverendissime Dominationis Capitulo dicte ecclesie Chanadiensis presentasset, mandassetque in persona Regia eidem Capitulo ad instituendum et installandum eundem in eisdem, quod cum idem Capitulum interim, donec super his dicti Domini Reverendissimi deliberationem et licentiam haberet, facere merito recusasset, sicuti de iure id nec pertineret ad idem Capitulum: tunc quidam Ladislaus Cherbokor de Buda, qui se pro Preposito dicte ecclesie Chanadiensis ac pro Capellano Accolito Sanctissimi Domini Pape gereret, huiusmodi recusatione installationis ipsius Capituli intellecta, auctoritate obedientie et iurisdictione ordinaria ipsius Reverendissimi Domini protestantis spreta, potestati seculari solertius inherendo, statim personaliter et festivus dictum Dominum Palatinum adivit seu accessit, qui Dominus Palatinus ad suas blanditias, incitationes, suggestiones et cooperationes motus, una cum eodem Ladislao asserto Preposito certum suum hominem Chanadinum misit cum nonnullis penalibus et etiam occupatoriis literis infrascriptis, per quas quidem literas palatinales, sic per ipsius pretensi Prepositi suggestiones procuratas, Capitulum Chanadiense metu pene in eisdem contente quendam Clericum nomine ipsius pretensi Alberti ad beneficia prenotata instituit ac installavit, si institutio seu installatio dici meretur, cum de iure id ad eos non spectabat. Quarum quidem literarum penalium ipsius Domini Palatini nobis Notariis publicis ad transsumpmendum exhibitorum *(így)* tenor sequitur et est talis:

Amicis suis Reverendis Capitulo ecclesie Chanadiensis Stephanus de Bathor Regni Hungarie Palatinus... Accepimus admodum displicenter, qualiter Honorabilem et Egregium Magistrum Albertum de Perek hospitiorum Regalium distributorem, eiusque nomine procuratorem suum legitimum in realem, actualemque possessionem archidiaconatus Ultra Marusiensis, canonicatusque cum prebenda in ista ecclesia Chanadiensi, per mortem et decessum honorabilis quondam Magistri Stephani de Nagh Bessenyew ultimi veri et legitimi possessoris eorundem archidiaconatus canonicatusque cum prebenda de facto vacantium, honorabilis Magister Thomas Bosnyak Canonicus istius ecclesie Chanadiensis, nunc Locumtenens Vicarii eiusdem ecclesie, ignoratur quibus respectibus, ad literatorium man-

datum nostrum vigore donationis nostre, auctoritate prefati Domini nostri Regis in hac absentia sue Maiestatis inter cetera nobis superinde concessa, eidem Magistro Alberto super prescriptis archidiaconatu canonicatuque cum prebenda legitime facte vobis iniunctum canonice instituere recusasset in contemptum mandatorum nostrorum manifestum; proinde requirimus vos et hortamur diligenter, nihilominus etiam in persona et auctoritate prefati Domini uostri Regis, qua in presentiarum fungimur, vobis committimus et mandamus firmissime, quatinus statim habita presentium notitia, huiusmodi literas nostras donationales pro parte ipsius Magistri Alberti superinde ad vos cum presentibus dandas sub amissione beneficiorum vestrorum debite executioni demandare debeatis, si bui autem ex vobis contrarium facere attemptaverint, commisimus huic Nobili Magistro Andree de Zolcha, stili nostri palatinalis Notario, presentium videlicet ostensori, ut tandem ipse talium rebellium facta, gestaque et dicta nobis, superinde opportune providere volenti, in scriptis suo modo reportare teneatur. Volumus preterea, ut prefatum Magistrum Thomam Bosnyak consocium vestrum capitulariter ammoneatis, ut ipse quarto die diei exhibitionis presentium vobis fiende computando, coram nobis ubicunque tunc Deo duce constituemur, personaliter et non per procuratorem modis omnibus comparere debeat et teneatur, rationem non observationis prescriptorum mandatorum nostrorum redditurus, et post hec huiusmodi ammonitionis ac totius negotii inibi peragendi seriem nobis suo modo rescribatis. Datum Bude feria sexta proxima post Dominicam *Judica*[1] anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Per quas quidem penales literas preinsertas palatinales dictus Dominus Thomas Archidiaconus, surrogatus Vicarius, per eas evocatus multipliciter in curia ipsius Domini Palatini et extra turbatus et molestatus ac iniuriatus extitit; tandem dum prefatus Reverendissimus Dominus Franciscus Electus et confirmatus, protestans tanquam verus Patronus et Ordinarius, ad quem prescriptorum archidiaconatus Ultramarusiensis et 'canonicatus cum prebenda ac aliorum beneficiorum in sua ecclesia omnimoda provisio pertinet, postquam sua Rssma D. eos sic, ut prefertur, sensisset vacare, eadem beneficia Egregio viro Michaeli literato de Raska, consangvineo suo, canonice contulisset et cum eundem Honorabilis Dominus Matheus de Zeech Cantor et Canonicus ecclesie Chanadiensis,

[1] 1522. ápril 11.

necnon Vicarius dicti Domini Electi protestantis in spiritualibus generalis, de mandato eiusdem Sue R. D. in ecclesia ipsa Chanadiensi in eisdem beneficiis canonice instituere et cum Capitulo eiusdem ecclesie solito more installare ac in corporalem possessionem eorundem inducere habuisset: tunc suprascriptus Ladislaus assertus Prepositus huiusmodi institutionem, installationem et inductionem interturbare contra suum superiorem ordinarium non erubuit, inhibendo et protestando contra ipsam institutionem et installationem ac inductionem ex parte potestatis secularis, cui, ut supra, semper inhesit. Contra quem Ladislaum, pretensum Prepositum, licet ibidem propterea idem Dominus Vicarius coram me Petro Notario publico subscripto protestatus fuit et mox postquam huiusmodi installatio et inductio facta extitit, proprium suum famulum misit erga dictum Dominum Palatinum sibi querulose notificando huiusmodi sui Ordinarii collationem, et nihilominus per eundem famulum suum quasdam binas alias literas preceptoriales et evocatorias a dicto Domino Palatino contra dictum Matheum Vicarium ipsius Domini protestantis propter huiusmodi installationem impetrari procuravit, quas quidem literas dictus procurator ibidem nobis ad transsumpmendum exhibuit talismodi sub tenore:

Amicis suis Reverendis Capitulo ecclesie Chanadiensis Stephanus de Bathor Regni Hungarie Palatinus... requirimus et hortamur vos diligenter et nihilominus in persona et auctoritate prefati Domini nostri Regis, qua fungimur, vobis committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, alias literas nostras preceptoriales Venerabili Magistro Matheo de Zeech Cantori et Vicario istius ecclesie vestre sonantes pro parte honorabilis et egregii Magistri Alberti de Perek distributoris hospitiorum Regalium confectas et cum presentibus vobis exhibendas per vestrum testimonium fidedignum eidem exhiberi et presentari faciatis et quitquid ad contenta querimoniarum fecerit vel responderit, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude in festo Beati Alberti Episcopi et Martyris[1] anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Aliarum vero continentia talis erat:

Stephanus de Bathor Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum ac Comes Themesiensis, Serenissimique Principis et Domini nostri Domini Ludovici Dei gratia Hungarie et Bohemie

[1] 1522 ápr. 23.

etc. Regis Domini nostri gratiosissimi in hac absentia sue Maiestatis Locumtenens etc. Venerabili Matheo de Zeech Cantori et Vicario ecclesie Chanadiensis salutem cum favore. Dicitur nobis in persona honorabilis et egregii Magistri Alberti de Perek distributoris hospitiorum Regie Maiestatis, quod quamvis nos beneficium archidiaconatus Ultramarusiensis et canonicatus cum prebenda in ista ecclesia Chanadiensi fundata per mortem et decessum honorabilis et egregii quondam Stephani dispensatoris Regie Maiestatis ultimi veri, legitimi et immediati possessoris eorundem de iure et de facto vacans mediantibus aliis literis nostris prefato exponenti contulerimus, vigore quarum legitimus procurator ipsius exponentis nomine eiusdem se in reale et pacificum dominium eorundem archidiaconatus, canonicatus et prebende installari etiam fecerit et per certos dies eadem ipsa beneficia pacifice possederit; tamen tu, nescitur quibus respectibus, quove usus consilio, parvipendens nostra mandata, eundem procuratorem dicti exponentis in contemptum literarum et mandati nostri de archidiaconatu ac canonicatu et prebenda prescriptis indebite et preter viam iuris exclusisses et eiecisses in preiudicium et dampnum ipsius exponentis manifestum; et quia nos hanc ipsam rebellionem tuam ac presumptionem et mandati nostri non observationem presertim in hac absentia Regie Maiestatis surda aure pertransire nullo pacto volumus: proinde requirimus te ac nihilominus in persona et auctoritate Maiestatis Domini nostri gratiosissimi, qua fungimur, etiam committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus quinto die a die exhibitionis presentium tibi fiende computando coram nobis ubicunque tunc Deo duce constituemur, personaliter et non per procuratorem tuum legitimum modis omnibus comparare debeas et tenearis, rationem non conservationis mandatorum nostrorum redditurus. Secus nullo modo, nullaque ratione facere presummas. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo Beati Alberti Martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Qui quidem Matheus Vicarius similiter per easdem literas ad presentiam dicti Principis et potestatis secularis evocatus, gravissimas fatigias, expensas, molestias et iniurias perpessus extitit, per quasdam suas pravas suggestiones et incitationes idem Ladislaus assertus Prepositus dictum Dominum Palatinum ac nonnullos alios principes seculares movit et per ipsorum principum secularium universorum bonorum episcopatus Chanadiensis invasiones et occupationes potentissime et atrociter secutas, in ablatione, sublevatione, direptione et distractione rerum temporalium idem Dominus Reve-

rendissimus dampna plusquam mille florenorum passus est, salvis iniuriis atrocissimis exinde sue Reverendissime Dominationi et ecclesie eiusdem secutis illatis, quas ad animum sua Reverendissima Dominatio revocavit et revocat etiam de presenti, easque pro suo et ecclesie sue interesse estimavit et estimari suis loco et tempore vult et intendit ad quinquaginta millia florenorum, salva iudiciali taxatione de et super omnibus et singulis premissis dictus Johannes Presbyter, procurator, solemni protestatione et iniuriarum ad animum revocatione per eum prehabitis petiit et requisivit sibi et pro parte dicti Domini Reverendissimi protestantis per nos Notarios publicos subscriptos unum vel plura publicum seu publica instrimentum seu instrumenta confici et tradi, quod et fecimus officio nostri tabellionatus incumbente. Acta sunt hec et facta in cimiterio et ante fores cathedralis ecclesie Chanadiensis anno... quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Dominis et Magistris Seraphin de Zegedino Preposito collegiate ecclesie Sancti Salvatoris et Archidiacono cathedrali Chanadiensi, necnon Prothonotario Apostolico, Matheo de Zeech Cantore, Clemente de Gywla, Michaele de Paloch Canonicis eiusdem ecclesie Chanadiensis, Ladislao de Gyge, Andrea de Kowazy Canonicis collegiate ecclesie Sancti Salvatoris predicte Chanadiensis, Michaele de Bathmonostra Rectore altaris Sancti Michaelis Archangeli, Mathia Presbytero de Chomorkan, Capellano Plebani Chanadiensis, Martino Presbytero de Egres, Johanne pulsatore ecclesie Chanadiensis, item Providis Simone Bodogh, Paulo Deak civibus Chanadiensibus, Johanne Jane et Petro Horwath hostiariis castri Chanadiensis eiusdem Diocesis, aliisque fidedignis testibus ad premissa convocatis et rogatis.

Et ego Petrus de Megerechie Clericus Diocesis Zagrabiensis, auctoritate Apostolica Notarius publicus, quia protestationi et iniuriarum ad animum revocationi aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum subscripto Notario comite et testibus prescriptis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi: ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum cum Notario infrascripto confeci ac in hanc publicam formam redegi... signoque et nomine meis solitis et consvetis obsignavi... rogatus et requisitus.

Et ego Mathias Baali Johannis Presbyter Diocesis Quinqueecclesiensis et Plebanus de Makofalwa sub Diocesi Chanadiensi

auctoritate Apostolica Vicecomes et Tabellio iuratus, quia protestationi... (mint fentebb).

Hártya, mind a két jegyzőnek tollrajzú jegyével. — *Budai országos levéltár: D. L. 25018.*

E perben a püspök ellenére Peregy Albert lett győztes s még 1528-ban is maroselvi főesperes. V. ö. Borovszky: Csanádmegye története. II. 103.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

58.

Jászó, 1522 május 31.

Henckel János lőcsei plébános, tornai főesperes, Kassai Péter jászai prépost és konventje előtt bevallást tesz néhai Szemercsényi Kristóf szepesi olvasókanonoknak ugyanazon káptalan javára tett végső rendelkezéséről.

Nos Petrus de Cassouia artium liberalium Magister, Prepositus, et conventus Ecclesie Beati Johannis Baptiste de Jazow memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quomodo venerabilis dominus Magister Johannes Henkel de Lewchovia, Archidiaconus de Thorna, nostri veniens in presenciam, nobis significandum curavit in hunc modum: Quod licet venerabilis olim dominus Christophorus de Zemerchen lector et canonicus Ecclesie Scepusiensis, tempore vltime sue voluntatis, hijs superioribus temporibus, circa scilicet festum Beati Mathie Apostoli, in anno, cuius iam quarta vel citra instaret revolucio, transacto preteritum, coram ipso domino Johanne Henkel, tanquam principali testamentario, ac venerabilibus dominis Stanislao artium liberalium doctore, custode, et concanonico dicte Ecclesie Scepusiensis, veluti notario publico, Laurencio de Yglo, predicatore de Kesmark, necnon discreto Johanne literato de Warallija, quandam testamentariam fecerit legacionem, ac vniuersas et quaslibet totales porciones suas possessionarias in possessionibus Gergew, Gewbelffalwa, Hrwsso, alio nomine Kerthwelijes, Granth, Petrocz, Ragÿolcz, necnon Brwthowycz et predio Zenthgÿergh; item totalem et integram possessionem consimiliter suam Wÿthkowcz vocatas, omnino in Comitatu Scepusiensi existentes habitas, preterea molendinum suum intra veras metas predicte possessionis Wÿthkowcz in fluvio Hernad vocato, in dicto Comitatu Scepusiensi existente decurrente constructum, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet.... honorabili Capitulo annotate Ecclesie Scepusiensis ac dominis canonicis pro tempore in eadem constitutis et Deo iugiter

famulantibus vigore cuiusdam publici instrumenti superinde confecti in perpetuam elemosinam dederit, donaverit et perennaliter contulerit inscripseritque, prouti in quibusdam alijs literis superinde emanatis clarius et limpidius continetur, verum aliquibus negocijs ipsis testamentarijs non solum intentis et occupatis, verum eciam vniverse carnis viam ingressis, de huiusmodi testamentaria legacione ipsius quondam domini Christophori lectoris non potuisse hactenus fassionem fateri: petens nos debita cum instancia idem dominus Magister Johannes Henkel archidiaconus de Thorna, in sua ac Egregiorum Michaelis Pannonii artium et Medicine doctoris, Benedicti de Zenth Marija, secretariorum Spectabilium et Magnificorum dominorum Johannis et Georgij de Zapolya Comitum perpetuorum Terre Scepusiensis, et Magistri Bernardi de Zenthÿwan, predicte Ecclesie Scepusiensis canonici nominibus et personis, contestamentariorum scilicet et coexecutorum suorum, uti dicto Capitulo predicte Ecclesie Scepusiensis literas superinde fiendas ad fassionem suam per nos dare dignaremur iuris eiusdem ad vberiorem cautelam. Vnde nos eidem Capitulo Ecclesie Scepusiensis ad fassionem predicti domini Magistri Johannis Henkel archidiaconi, presentes literas nostras superinde fiendas, sigillo nostro autentico consignatas, duximus concedendas iuris ipsorum ad cautelam, iureque et iusticia mediantibus. Datum Sabbato proximo post festum ascensionis Domini. Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Vigesimo secundo.

Egykorú másolat a szepesi kápt. levéltárában. Scrin. 4. fasc. 2. nr. 18. — A birtokrészek kihagyásával kiadta *Wagner*, Analecta Scepusii I. 372.

Ujra közli: Dr. Rapaics Rajmond.

59.

Pozsony, 1522 junius 3.

A pozsonyi káptalan Keck Simon selmeczbányai plébános kérésére átírja a domonkosrendűek magyarországi fejének azon 1475-iki levelét, a melyben ez a selmeczbányai domonkosrendűeknek megszabja az istentisztelet rendjét.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus... quod venerabilis dominus Sÿmon Kek plebanus Schemniciensis ad nostram personaliter veniens presentiam exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras venerabilis et religiosi fratris Johannis Episcopi, sacre Theologie professoris, prioris provincialis per regnum Hungarie fratrum dicti (így) ordinis Predicatorum in papiro paten-

ter emanatas et sigillo officij sui provincialatus in inferiori margine impressive consignatas... petens nos... ut easdem... transcribi... dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor et continentia sic habetur.

In Dei filio sibi Charissimis priori ceterisque fratribus conventus Sebnicensis (így) presentibus et futuris ordinis Predicatorum frater Joannes Episcopi, sacre theologie professor, prior provincialis per Regnum Hungarie fratrum dicti ordinis Predicatorum, salutem et illam, quam mundus dare non potest, pacem. Quieti et perpetue paci inter honorabilem dominum plebanum Schebnicensem et fratres nostri ordinis in dicto Sebniczensi (így) conventu pro tempore constitutos sincero affectu providere cupiens tenore presentium ordinationem alias per venerabilem patrem fratrem Augustinum visitatorem dicti conventus factam approbo, ratifico pariter et confirmo, talem videlicet, ut post primam missam in parochia et sermonem ibidem factum prior cum fratribus suis in monasterio divina celebrare debeat et non ante, quodque predicator monasterii pro tempore nonnisi post prandium predicare verbum Dei populo poterit.[1] Quare... mando in virtute sancte obedientie priori presenti ac futuro unacum fratribus aliis omnibus et singulis in dicto monasterio pro tempore existentibus, quatenus dictam ordinationem... inviolabiliter tenere et observare debeant... Datum Bude feria secunda proxima post festum beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum. Anno Domini M. CCCC-o LXX-o quinto.[2]

Nos enim petitionibus prefati domini Sÿmonis Keck Plebani Schemniciensis... inclinati prescriptas litteras... transcribi... fecimus: ... Datum feria tertia inter octavas festi Ascensionis Domini. Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo vigesimo secundo.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XXV. Fasc.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS

60.

Selmeczbánya, 1522 junius 13.

Schneyder Péter selmeczbányai polgár végrendelete.

Ich Peter Schneyder mitburger des Stadth Schebnitz... mach unnd verschaff gutwillicklich eynn solches Testament

[1] Az eredetiben ismét: predicare.
[2] 1475 ápr. 17.

Zw dem ersten... auff dy barmherzykeyt Gottes, meynem Schöpfer meyne arme sele, denn Leychnam zu cristenlichen begrebnis noch ordnung ***der heyligen Römyschen Kirchenn***

Item zw dem andernn, das man aus Lewthenn sal mit allen glockenn auch enkegenn und gancz vigilienn syngen

Item dreyssig selmessen

Item czw dem selhaus fl. 10 czw dem dem paw fl. 5 czw auffenthaldung der armen lewth, dy dorynnen synd fl. 5

Item in das Kloster czw dem paw fl. 5

Item czw gemeyner Stadt fl. 80 also das gemeyne Stadth davonn jerlichenn czyns fl. 4 und mit demselbigen hald das allemalh, als offt man mit Gottes Leynam gehet, vir Knaben vorangehenn sollen nur alleynn so Got vorhyng eynen grossen Sterbenn do knaben geprochenn

Item czw geczeugnus unnd ausrichtung seynn gepetten vnnd gefordert worden, der erwirdig herr Herre Symon Kek pfarrer auff der Schebnitz...

Actum 13 Junnij anno 1522.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXVI.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

61.

Garam-Szent-Benedek, 1522 junius 27.

Lajos, az ipolysági prémontrei konvent fogadalmas tagja, a maga, a sági prépost és konvent, valamint a többi magyarországi premontrei prépostok és konventek nevében a garam-szentbenedeki konvent előtt tiltakozik Kassai Péter világinak a jászai prépostságra György, esztergomi érsek által történt jogtalan kineveztetése ellen.

Nos conventus ecclesie Sancti Benedicti de Juxtagron memorie commendamus per presentes, quod religiosus frater Ludovicus Ordinis Premonstratensis professus de Saag, ad nostram personaliter veniens presentiam in sua ac Prepositi ac totius conventus eorum de dicta Saag, sed et aliorum Dominorum Prepositorum et conventuum eiusdem Ordinis intra Regnum hoc Hungarie ubivis consistentium nominibus et personis cum sufficientibus literis procuratoriis eorundem Prepositi et conventus de Saag per modum protestationis et inhibitionis significare curavit eo modo: quod licet ex concessione Divorum Regum Hungarie, ultime vero Serenissimi quondam Principis et Domini Domini Wladislai Dei gratia Regis Hungarie et Bohemie etc. Domini nostri gratiosissimi pre-

dicto Ordini gratiose facta et in usu continuo existente hactenus inconcusse semper observatum fuerit, ut dum et quando aliquam ex ecclesiis eiusdem Ordinis per mortem, translationem aut alias quoquo modo vacare contigisset, prefati Domini Prepositi habito inter se, ut moris est, diligenti tractatu, aliquem e medio ipsorum aut unum ex Fratribus dicti Ordinis ad regimen ecclesie taliter vacantis eligere habuerint, inque huiusmodi electos possessionem vel quasi hucusque prestiterint; nichilominus tamen cum his diebus proximis ecclesiam Sancti Johannis Baptiste de Jazow per mortem et decessum venerabilis et religiosi fratris Gregorii eiusdem ecclesie ultimi et immediati Prepositi vacare contigisset: Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Georgius Archiepiscopus Strigoniensis, nescitur unde motus, nullo penitus prefatorum Dominorum Prepositorum consilio et consensu requisito, quendam Magistrum Petrum de Cassovia, secularem, in prepposituram et regimen dicte ecclesie Sancti Johannis Baptiste violenter et de facto intrusisset, possessione vel quasi electionis Prepositi ad eandem ecclesiam prefatos Dominos Prepositos et dictum eorum Ordinem privando et spoliando, in iurium et privilegiorum prelibatis Dominis Prepositis et eorum Ordini, ut prefertur, per Divos Reges Hungarie concessorum derogamen manifestum. Cum autem dictus Dominus Georgius Archiepiscopus apud Serenissimum Dominum Ludovicum modernum Regem Hungarie magnopere acceptus sit, ita, ut omnia nutu suo procedere videantur, qui et alias post suam Maiestatem primus in dicto Regno haberetur: non auderent dicti Prepositi via iuris, quod alioquin in presentiarum inter arma silerent, contra prefatum Magistrum Petrum intrusum ob metum prefati Domini Archiepiscopi intentare, quin potius ad aliquod tempus silentio pertranseundum, quam quitpiam attentandum arbitrati extitissent. Facta itaque talismodi protestatione, ne prefati Domini Prepositi et eorum Ordo predictus prefatam intrusionem penitus silentio pertransire viderentur: prefatum Dominum Reverendissimum Archiepiscopum a collatione prepositure dicte ecclesie de Jazow seu quavis dispositione de eadem, prefatum vero Magistrum Petrum ab acceptione eiusdem prepositure de manu iamfati Reverendissimi Domini Archiepiscopi vel cuiuscunque alterius, seque in dominium et gubernationem eiusdem huiusmodi collationis vel quocunque alio titulo intromissione, fructuumque, proventuum et emolumentorum eiusdem prepositure perceptione et percipifactione et eius tota administratione quomodolibet iam factis vel fiendis inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram

nobis harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum in festo Beati Ladislai Regis et Confessoris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Egy féliv papir egyik oldalán, hátán nagy kerek pecsét nyomaival. — *Budai orsz. levéltár: D. L. 23643.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

62.

Buda, 1522 augusztus 26.

Rozgonyi István sárosmegyei Kajáta nevű birtokát 1200 aranyforintért eladja Nyási Demeter santoriai felsz. püspöknek, esztergomi érseki helytartónak, oly kötelezettséggel, hogy a vevő az egész birtokot örök mise-alapítványul a nyársi parochiális egyháznak átadni tartozzék.

Nos Capitulum Ecclesiae Budensis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod magnificus dominus Stephanus de Rozgon coram nobis personaliter constitutus, onera et quaelibet gravamina generosarum, dominae Catharinae consortis magnifici Andreae de Báthor comitis comitatuum Szathmár et de Szabolcs, et puellae similiter Catharinae, filiarum, aliorumque quorumlibet haeredum, fratrum, proximorum et consanguineorum suorum super se assumendo, proposuit et sponte confessus est in hunc modum: Quomodo ipse, bona ac matura intra se deliberatione praehabita, totalem possessionem suam Kajatha vocatam, in comitatu de Sáros existentem et habitam, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis... ac similiter cum omnibus literis et literalibus instrumentis, factum eiusdem possessionis tangentibus et concernere debentibus, quibus ipse hactenus tenuisset et possedisset, Reverendo in Christo patri et domino, domino Demetrio de Nyárs, decretorum doctori, episcopo Sanctuariensi ac vicario metropolitanae ecclesiae Strigoniensis, pro mille et ducentis florenis auri in monetis usualibus, plene iam ab eodem domino Demetrio episcopo levatis et receptis, dedisset, vendidisset et adscripsisset, imo dedit, vendidit et adscripsit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, tali conditione et eo pacto: quod idem dominus Demetrius episcopus eandem totalem possessionem Kajatha, simul cum praescriptis omnibus suis utilitatibus... ecclesiae parochiali beati Demetrii martyris, in praescripta possessione Nyárs fundatae, in eleemosynam pro missa perpetua tum pro praefati Stephani de Rozgon, tum pro suae

suorumque praedecessorum et omnium progenitorum animarum salute et refrigerio dare, dedicare et assignare debeat et teneatur, atque sit adstrictus. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, praesentes literas nostras privilegiales pendente sigillo nostro consignatas, ad fassionem annotati domini Stephani de Rozgon duximus concedendas. Datum feria tertia post festum beati Bartholomei apostoli, anno Domini 1522.

Wagner, Diplomatarium Comitatus Sárosiensis. (Posonii et Cassoviae, 1780.) 493—494.

63.

Várda, 1522 október 10.

Várday Ferencz erdélyi püspök kéri a kassai bírót és esküdteket, hogy Bezdédi Miklós orvosnak, kinek elveszett dolgaiból orvosi műszereit visszaadták, többi javait is visszaadják, vagy legalább ottani szabadon megjelenését biztosítsák, hogy igazát megkereshesse.

Prudentes et circumspecti domini et amici honorandi. Miseramus proximis diebus ad dominationes vestras Petrum de Agard, provisorem curie nostre Vardensis, in favorem Nicolai doctoris de Bezded, phisici magnifici domini Sigismundi de Lossoncz, et easdem d. v. rogaveramus, velint res et bona doctoris occupata et presertim curandis infirmitatibus nostris, quibus impresentiarum laboramus, res et species aromaticas restituere. Intellecta petitione nostra d. vestre, retentis aliis rebus doctoris, cetera artis medicine amicicie nostre gratia restituerunt, propter quod d. vestris magnas agimus gratias. Rursus eisdem omni bona amicicia, dum usu venerit, in simili vel etiam maioribus gratificaturi sumus. Reliquis autem rebus doctoris d. vestre responderunt sese dare inducias certorum dierum et assecurationem de impunitate persone sue, quibus diebus istic coram eisdem ageret iure pro recuperatione rerum suarum, quod vel nos non improbaremus; sed rogamus d. vestras tanquam bonos amicos, velint super hoc negotio doctoris ita deliberare atque consulere, ut sublatis omnibus curis, impensis et laboribus ultro citroque fiendis, restituantur doctori omnia bona occupata una cum uxore sua. Accipiant potius d. vestre amiciciam dominorum, quibus doctor fideliter servivit ac servit in dies. Nam doctor ipse pluribus et potioribus dominis huius regni summa fidelitate et magna animi dexteritate servivit ac servit. Eo fit, ut neque nos neque alii domini sibi temperare possunt, quin pro eo quam diligentissime laborent, donec res ipsius recupera-

buntur. Hoc autem quantum pro doctore, non minus pro d. vestris scribimus, ut rebus bene perspectis, d. vestre facilius commodiusve, nunc sese ab eiuscemodi cura exonerare possint, ne si negocium hoc ulterius progrediatur, generetur vel nobis ipsis aliquid curarum vel dominis et doctori expense et labores. Si autem d. v. tantis peticionibus nostris morem gerere nollent, velint saltem prestare inducias unius mensis et eam cautionem seu assecurationem, quo doctor et sui servitores infra spatium unius mensis possint libere et secure Cassoviam venire, redire, die, nocte et quocunque tempore ac quoties necesse fuerit; has autem inducias et huiuscemodi cautionem seu assecurationem dent d. v. et firment ac roborent literis suis sub sigillo consulatus. Ita, quod d. v. in eisdem literis promittant ad honorem et humanitatem ac sub fide christiana, quod infra hunc terminum unius mensis doctor cum suis servitoribus erit tutus et securus et a nemine illius civitatis Cassoviensis hominibus cuiuscunque sint status, gradus et conditionis, ipsi doctori infertur aliquid iniuriarum vel quevis violentia seu impedimentum aliquod. Hiis conditionibus sic stantibus paratus est doctor coram d. vestris venire et ius suum prosequi. Hec sunt, que a d. vestris magnopere iterum atque iterum rogamus. Reliqua dicet is, qui presentes literas d. vestris restituet, cuius verbis velint fidem facere. Et easdem feliciter valere optamus. Datum ex domo nostra Vardensi feria sexta proxima post diem beati Dionisii martiris. Anno domini 1522.

Franciscus
episcopus Transilvaniensis etc.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici et iuratis civibus civitatis Cassoviensis amicis nobis honorandis.

Félív papir egyik oldalán, zárlatán friss pecsétbe nyomott záró gyűrűpecséttel. — Kassa város levéltára 1048. sz. Másolta *Kemény.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

64.

Kassa, 1522 október 25.

Bezdédi Miklós doktor fogadja, hogy kassai vásárlott házát bizonyos idő tartama alatt a város szabott törvényei és előjogai ellenére nem fogja eladni.

Ego Nicolaus Doctor de Bezdid fateor et recognosco per presentes: domum meam emptitiam Cassovie habitam infra tempus expurgationis mee ex illa diffamatione, quam preteritis temporibus

per Fratres claustri Beati Nicolai, ibidem Cassovie habiti, minus iuste incideram, nemini me contra eiusdem civitatis Cassoviensis statuta et approbata privilegia nec dono nec precio venditurum vel quovis modo alienaturum harum literarum manu mea propria scriptarum, sigilloque meo munitarum testimonio mediante. Datum Cassovie sabbatho in die Crispini et Crispiniani Martyrum anno 1522.

Egy kis negyedív papir egyik oldalán, alatta veres viaszba nyomott gemmás gyűrűpecséttel. — *Kassa városa levéltára:* 1037.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

65.

Kassa, 1522 október után.

Kassa város tanácsa felvilágosítja Losonczy Zsigmondot Bezdédi Miklós orvos, s állítólag szökött domokosrendű szerzetes viselt dolgairól.

Post serviciorum nostrorum recommendacionem. Magnifice domine, domine, nobis graciose. Accepimus literas magnificencie vestre credencionales, simul et egregium Czapy familiarem vestrum, cuius dictis et relatibus iusta fide accessimus. Hic enim nomine et verbo m. v. nobis plane exposuit, quo pacto doctor Nicolaus de Bezdyd, m. vestre retulisset (et quidem satis inverecundo et minus veridico ore) nos tam in rebus ipsius quam persona et honore suo turbasse, quod revera doctori, cuius titulum ipse gerit, aliud, quam veritati conforme sit, dicere, potissimum tam magnifico domino et veritatis patrono, inhonestum ac turpe est. Quapropter M. domine, ut rem et acta eius apertius cognosceretis, altius et a principio exordire opere precium duximus. Postquam illi prenominato doctori nostrum in gremium venire et se nobis associare cordi fuit, eum iuxta iura et decreta civitatis nostre iuramento fidei obligavimus, ut serenissimo principi domino et domino nostro gratiosissimo, Ludovico regi Hungarie etc. ac iudici et iuratis civibus civitatis nostri omni fidelitate atque obsequio tum publicis tum privatis in rebus parere velit, hic inter nos vivere et conversari, ut civis noster cepit, verum in dies rumor et fama de vita eius irreligiosa et minus christiana wulgo spargebatur, qui neque confessione neque communione sacramenti uteretur, quod ut iam certo authore intellexeramus, nos tanquam vere christiane fidei cultores et boni exempli amatores, predictum doctorem ad nos accersire fecimus sibique famam ab hominibus de eius vita predi-

cantem narrare et obicere paterno et pio sermone cepimus, ut se christianum non modo nomine, verum vita et opera exhiberet, quod coram nobis tunc publice se deinceps facturum bona fide pollicitus erat; post hec proximis diebus elapsis religiosi patres de monasterio divi Nicolai ad nos venerunt, nobis de prefato doctore narrarunt, quomodo ipse sacris iniciatus esset, sepius missam celebrasset et de eorum ordine apostotasset (így), quod ipsi patres veris auctoribus et fidedignis testibus comprobaturi essent, insuper et muliere, qua ut uxore hactenus usus fuit, ad fidem christianam attestante, que iam e triginta et aliquot annis vitam saluti adversam egisse cognoscens, amplius deo devotam habere cupit. Nos volentes huic rei honesto consilio, ne tantum facinus in publicum daretur, occurrere, et cum predicto doctore in secreto ob honoris titulum loqui, misimus ergo semel et iterum, ad nos ut veniret, qui, ut promisit, neque primo neque secundo venire curavit, verum forte facinoris sui conscius rebus suis compositis et curribus oneratis fuga occulta per equum sibi consulere intendebat, quod quamprimum intelleximus, tandem per homines nostros in domum nostram eques inductus est et obicientes, quidnam ageret et quo fuga properaret, cur honori proprio non parceret, et honesta nostra vocacione ad nos non venisset, atque ibi seriem tocius eius vite ostendentes et petentes, ut se ad[1] tam inhonesta et non christiana vita purgaret, qui non coactus non compulsus se sua sponte et bona fide se purgaturum spopondit, et ab ea die ad paternas edes soluturum,[2] unde honesti exitus usque ad nos et vite sue literas testimoniales adducturum promisit, neque interim res et bona sua a nobis amotura[3] nisi prius de perniciosa sui nominis fama se immunem et liberum faceret. Super quo literas obligatorias propria manu scriptas et eius sigillo munitas nobis tradidit, in eisdemque literis res et bona, que apud nos reliquit, in domo propria consignavit. Nihil neque in auro neque in monetis pecuniarum relinquens, sed quidquid pecunie in paratis tunc habens secum abstulit. Nam ducentos in auro florenorum M. vestre esse dicebat, quos ut res ad M. v. nupcias ordinaret, eciam recepit. Quare M. domine vos maiorem in modum rogamus et obsecramus, ne singula predicti doctoris verba fide accipiat.

Fogalmazvány vagy egykorú másolat egy ív papiros két oldalán, czím nélkül, Losonczy Zsigmondhoz küldött levél. A fent említett Miklós doktornak Kassa város tanácsához 1519-ben irt levelében ily aláirás olvasható: «Nicolaus de Besdid, doctor ac phisicus m. d. S(igismundi) de Lossoncz.» — Némi hibákkal *Kemény:* A reformáczió Kassán. 45—47. ll.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Igy, helyesen: ab. — [2] Igy; helyesen tán: profecturum. — [3] Igy.

66.

Kapornak, 1522 november 7.

Gerencsér Miklós kapornaki polgár végrendelete.

In cimiterio seu capella defunctoria ad latus ecclesie beatorum Cosme et Damiani martirum fundate constructa ego magister Nicolaus ollipar wlgo Gherencher presentibus domino Luca plebano et vicearchidiacono necnon discreto Simone presbitero et provido Benedicto Mezaros et Paulo Zabo, Thoma Fu, Andrea Kechel, Benedicto litterato Kechel, Nicolao similiter litterato de Bebews, Sebastiano tunc scolastico et domino Oswaldo presbitero... facio tale testamentum, quod ego... et uxore et filiis et filiabus orbatus... domum et vineam... lego ecclesie beatorum Cosme et Damiani et rectoratui altaris in ecclesia prefata constructi et per dominum vicearchidiaconum et plebanum nostrum *pro refrigerio anime mee ordinato* pro perpetua elemosina et patrimonio Crucifixi...

Item domino abbati unum florenum lego de pretio equi, quem debent dari Georgio in Salonwar commoranti cuidam mihi sororio, ita tamen, ut prefatum florenum domino abbati solvere teneatur et habeat sibi equum.

Item quoddam vas vini habeo, quod pro sepultura lego plebano.

Fogalmazvány a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. nr. 8.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

67.

Esztergom, 1522 deczember 9.

Nyási Demeter esztergomi helytartó Zámbó Miklóst adósságának és a perköltségeknek megfizetésére ítéli s arra egyházi fenyítékekkel kényszeríti.

Demetrius, vicarius Strigoniensis, Nicolaum Zámbó de Mezőlak ad solvendum debitum et litis sumptum poenis ecclesiasticis stringi praecipit.

Nyási Demeter sanctuariumi püspök, az esztergomi érseknek főpapi és lelki dolgokban helytartója és ügyhallgatója előadja, hogy Mezőlaki Zámbó Miklós győregyházmegyei lakos, Veszprémmegye vásárhelyi székének volt alispánja, a vásárhelyi székre az ország törvényei szerint kivetett katonaság fizetésére 260 frtot vett kölcsön Jakab bakonybéli apáttól s ennek kifizetése végett átengedte neki a vásárhelyi székre kivetett hadi adó beszedését, de aztán, midőn

az adóbehajtásra került a sor, az apát embereit abban megakadályozta, sőt a székgyűlésen az apátot hazugnak mondotta. E miatt Jakab apát Zámbót az esztergomi szentszék, mint a bakonybéli monostor följebbvalója előtt perbe vonta s Nyási, mint e törvényszék feje, Zámbót a 260 forint megfizetésében, a becsületsértésért pedig 100 forintban elmarasztalta. Föllebbezett ugyan Zámbó az apostoli szentszékhez, de a kitűzött határidő alatt föllebbezését nem nyujtotta be s így az esztergomi szentszék itélete itélt dologgá vált s az alperes az 53 forint 77 dénár perköltségekben is elmarasztaltatott. Megparancsolja ennélfogva Nyási Demeter: «de Papa, de Thapolczha... Wazar, de Wgod, de Wasarhely, de Kwp, de Norap, de Beeb, de Cholth, de Bedege, de Leweld, de Rennek, Sancti Nicolai, Sancti Johannis et Sancte Margarethe de (Wesprimio) sancti Stephani prothomartiris, sancti Adalberti et sancti Benedicti de Jaurino, de Felpecz, de Kayar, de Lowazpathona, de Barathy, de Nywl, de Nagech, de Sancto Martino, de... Petherd... ecclesiarum plebanis», hogy Zámbót 24 nap alatt háromszor szólítsák fel adósságának és a bíróságnak meg a perköltségeknek megfizetésére; ha nem teszi meg, akkor 10 nap mulva közösítsék ki; ha ekkor sem engedelmeskedik, 10 nap mulva újra közösítsék ki; ha erre sem hajlik, 10 nap mulva szólítsák fel az összes hiveket és különösen Zámbó szolgáit s embereit, hogy vele semmiben se érintkezzenek s végül teljes megátalkodottság esetén ismét 10 nap mulva mindazon helyeken, a hol Zámbó megfordul, egyházi tilalmat kell tartani.

Eredetije a pannonhalmi rendi lt. c. 48. 1. Hh.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

68.

1522.

Bucsó Simon berenhidi jobbágy ajándéka a veszprémi szent László-oltárnak.

András alesperes és Benedek vinyolai plébános tanúvallatást tartanak: Paulus Kozma de Mama... fassus est: quod prefatus Simon Bwcho (jobbagio de Berenhÿda) coram ipso prefatam vineam suam de Mama legasset et commisisset altari beati Ladislai regis in ecclesia cathedrali Wesprimiensi fundato. Et cum idem testis increpasset ipsum Simonem, quare potius nollet legare et committere ecclesie beati Petri de Berenhyda, ubi omnes parentes, fratres et consanguinei sui requiescunt, idem testans: nolo — inquiens — ipsi ecclesie

legare, eo, quod etiam tempore emptionis deputavi prefato altari beati Ladislai...

Eredetije töredékben veszprémi kápt. mag. lt. capsa 16. f. Vesprim. eccl. nr. 77.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

69.

Prága, 1522.

Piso Jakab Erasmusnak.

Hogyan védelmezte meg Lajos király asztalánál Erasmust azon vád ellen, hogy Luther kezdetben mindent Erasmustól kölcsönzött, s hogy egymással jól megegyeznek.

— — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — —

Cęnabant Pragę cum Rege et Regina forte nuper Andreas Burgus Cęsaris orator, raro vir ingenio, ac illustrissimi Marchiones Brandenburgenses fratres, Albertus Prussię Magister et Georgius, Bohemique proceres duo. Ibi casu nescio quo obortus de Lutero sermo, non admodum gratus 'principibus meis. Id vbi obseruaret ex Marchionibus alter, vt principum Erasmo regie fauentium animos leniret, adiecit, principio Luterum omnia ex Erasmo hausisse, et probe inter sese conuenire. Id ego ingenue audisse me quidem a multis, etiam non negabam. Cęterum longe se rem aliter habere, non paucis argumentis ostendi, pręsentissimo autem eo, quod ex tuis ad me literis recens tunc mihi redditis proferebam. Tuebantur nihilominus priorem nonnulli sententiam. Iussi interea literas tuas afferri. Allatas primum Regina pręripuit, agnoscendę manus avida, mox et Rex ipse, hanc tamen prius cognouerat, ex iis, quas ad me adhuc Romam olim Sena dederas. Volat deinde epistola per omnium manus, fit silentium, legitur, lentescit vulgaris opinio. Hic e uestigio, qui stabant, stabat autem aulę corona pedibus, qui item sedebant, manibus in meam omnes iuere sententiam. Videbar hic mihi coronam, si non triumphalem, certe ciuicam optimo iure meruisse, vt qui eodem tempore et clarissimum ciuem de republica optime meritum seruassem, et tam pręfractum hostem, iam non vnum strangulassem, neque tamen relicto in ea pugna loco. Sed hęc fusius forte, quam oportuit, in re pręsertim plus quam seria, non enim non video, quam nihil omnino ludicrum patiatur, vt quę gravissimum in proximo minetur exitum, et vehementer profecto vereor, ne sera nimium futura sit quęuis consultatio, ipso etiam Lutero palynodiam iam

nunc cantare incipiente. Errant, errant magnopere mea quidem sententia omnes, qui huius mali finem ita circumscribant, vt postquam in sacra et clerum populariter sęuitum fuerit, profanis protinus abstineatur. Longe profecto aliter hęc cadet alea, nempe, vt semel armatas hoc tandem prętextu manus in omnium dignitatum et magistratuum, adeoque etiam (si diis placet) in principum ac regum iugulos et ceruices stringi et mergi audiamus aut etiam videamus ipsi. Quid enim sanctum, quid saluum, quid postremo tutum esse poterit, soluto semel religione et legibus populo.

Burscher J. F. «Spicilegia autographorum etc.» XII. 13. — Közölte dr. *Bauch* Gusztáv a Történelmi Tár 1885. évf. 340. l.

70.

Lőcse, 1522.

Henckel János kassai plébánossá választatván, helyére Henckel Sebestyén váradi kanonokot hívták meg a lőcseiek.

Anno MDXIII. die 2. Februarii M. Joannes Henckel vicarius Varadiensis electus est in plebanum Leutschoviensem, qui anno MDXXII. per mortem M. Joannis Röbel plebani Cassoviensis, factus est plebanus Cassov. Henckel, amatus ab omnibus Leutschoviensibus, pro quo invitando venit Joannes Verber iudex Cassoviensis, Michaël Engelbrecht senior de Consulatu cum compluribus de praecipuis civibus, qui nisi cum duodecim equitibus et tribus venissent curribus, non fuisset passus se induci ad acceptandam plebaniam Cassoviensem. Introductus ad Cassovienses, summa cum pompa exceptus est. Ostensi Henckelio horti plebanales et allodia, quae omnia per praedecessorem fuerunt annihilata et vastata et fere in nihilum redacta ex incuria eius. In locum Joannis Henckel ad Cassovienses promoti electus est per Leutschovienses Sebastianus Henckel canonicus Varadiensis, qui in Bihar repertus, accepta vocatione venit Cassoviam, ad quem deputati cum duobus curribus et duodecim equitibus abierant. Die 11. Decembris Leutschoviam introductus cum 80 equitibus et sex tectis curribus.

C. Sperfogel Contracti Annales. *Wagner:* Analecta II. 142—3. ll.

71.

1522.

Speratus (von Spretten) Pált, Luther barátját Budára hitszónoknak hívják meg, de állását nem foglalhatta el. Maga mondja: «war

gleich daran, sollt mich hinab rollen lassen (Bécsből), da fingen die tollen Theologen zu Wien ein Spiel mit mir an, damit mein Zug gen Ofen hinterging».

Idézve *Cosack:* Paul Speratus Leben und Lieder. Braunschweig, 1861. 16. lap.

72.

Nyitra, 1523 január 6.

Morthályos Lőrincz, custos és Báchiai Lőrincz, a nyitrakülvárosi ferencz-rendű kolostor gvárdiánja e kolostor egyik rétjét négy forinton eladják Gercseli Sebestyén kanonoknak azon föltétel alatt, hogy a rét a vevő elhaltával vagy Nyitráról való eltávoztával a kolostorra visszaszálljon.

Item in festo Epiphania Domini [1523] Religiosi Fratres Laurentius de Morthalyos Custos custodie Nitriensis ac alter Laurentius de Bachia Gvardianus conventus Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci in claustro Beate Virginis in suburbio civitatis Nitriensis fundato degentium in eorum et omnium Fratrum inibi commorantium personis urgentibus necessitatibus ipsorum et predicti claustri unum pratum dicti claustri in metis civitatis Nitriensis, infra pretactum suburbium, infra flumen Nitra, in vicinitatibus pratorum ab oriente providi Valentini Mezaros, ab occidente ecclesie Sancti Michaelis adiacens cum cunctis etc. Honorabili Magistro Sebastiano de Gerchel concanonico nostro pro quatuor florenis vendiderunt et asscripserunt, ita, ut quum ipsum Magistrum Sebastianum mori aut hinc exire et recedere contingerit, extunc idem pratum ad idem claustrum condescendat et devolveretur ac Fratres tunc ibidem degentes vigore presentium occupare et tenere possent et valerent.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum I. fol. 32.

Közli: Bunyitay Vincze.

73.

1523 január 7.

Salgay Barnabás bevallja, hogy a galgóczi ispotály igazgatójától száz forintot vett fel kölcsön és azon esetben, ha a kitűzött időben nem fizethetne, zálogul köti le köpösdi birtokát.

Eodem die [feria tertia in octavis Epiphanie Domini 1523] Egregius Barnabas de Salgo onera Thome, Georgii et Joannis filiorum suorum in se levans, fassus est: quod ipse a Magistro

Paulo rectore hospitalis Sancti Spiritus de Galgoch centum florenos accomodasset, quos eidem ad festum Beati Anthonii Confessoris in anno proxime veniente futuro post Nativitatem Domini cadens, restituere promisisset, quod si non posset etc. extunc vigore presentium... *(két szó olvashatatlan)* portionem possessionariam ipsum proprie et precise concernentem in possessione Kewpewsd, in Nitriensi, condescendat et titulo pignoris teneat, donec sibi dictos C florenos restituat etc.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocoll. I. fol. 32.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

74.

Buda, 1523 februárius 4.

Paulus de Várda Episcopus Vesprimiensis «iuris patronatus et ordinaria nostris auctoritatibus» annuit concambio rectoratuum altarium, quod «Blasius de Kermend canonicus ac rector altaris Omnium Sanctorum et discretus vir Franciscus presbiter de Bijkaad rector altaris sancte crucis in ecclesia Wesprimiensi fundatorum» contrahebant.

Eredetije veszprémi kápt. mag. lt. c. 16. Vesprim. ecla. nr. 79.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

75.

Esztergom, 1523 februárius 28.

Nyási Demeter megparancsolja, «de Bersen, de Papa, de Kertha, de Zewlews, de Izkaz, de Doba, de Wasarhel, de Kis-Jeneu, de Zenthbenedekalya, de Zenthantalfalwa et de Zenthbereczkfalvwa» plébánosoknak, hogy a 10 adóst, a kik a győri egyházmegyéhez tartozó s Mária Magdolna tiszteletére avatott nagy-jenei pálos kolostor javára tett hagyományokat nem akarják lefizetni, megintsék és szükség esetén 15 nap mulva kiközösítsék.

Demetrius, Vicarius Strigoniensis, admonitione, imo, si necesse fuerit, excommunicatione compelli iubet nonnullos ad pia legata claustro de Nagy-Jenő reddenda.

Eredetije a Nemzeti Muzeum levéltárában. Véghely gyüjt.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

76.

Esztergom, 1523 márczius 4.

Szatmáry György, esztergomi érsek tudomásul veszi azon, Simon, selmeczi plébánostól bemutatott pápai engedélyt, mely szerint a selmeczi bányászok csak is

a szükség és munka idején és a jelen nagyböjtben tejes-ételekkel, tojással és vajjal élhetnek, úgy azonban, hogy abból a többi hivek közt botrány ne keletkezzék.

Honorabilis in Christo nobis Dilecte. Intelleximus literas tuas ad nos datas super gratia Apostolica de esu lacticiniorum illis, qui in laboribus montanarum occupantur concessa. Bene a te est factum, quod nobis irrequisitis et absque informatione nostro te ad hanc rem non intromisisti. Vidimus bullam Apostolicam eiusque continentiam perlegimus. Poteris illos parochianos tuos, qui sunt in laboribus in sacrarum tempore solummodo necessario et laboris, penes gratiam Apostolicam conservare et eis concedere, ut iuxta continentiam gratie Summi Pontificis laboratores minerarum tempore laboris eorum, temporibus hiis quadragesimalibus lacticiniis, ovis et butiro vescantur, ita tamen, quod grave aliquod scandalum ex hoc inter alios non oriatur. Ex arce nostra Strigoniensi feria quarta proxima post Dominicam Reminiscere anno 1523.

Georgius,
Archiepiscopus Strigoniensis, Primas Hungarie, Legatus natus, Summus Cancellarius Regius etc.

Kívül: Honorabili Magistro Simoni Plebano civitatis Sebniciensis in Christo nobis dilecto.

Papir, veresviasz záró gyűrűpecsét nyomával.—*Budai országos levéltár: D. L. 23722.*
Közli: Bunyitay Vincze.

77.

Prága, 1523 márczius 8.

Lajos király értesíti Báthory István nádort, hogy hathatós kérésére a cseh urak elhatározták, hogy Remete szent Pál feje, mely állítólag Carsyn várában van, neki azon feltétel alatt átadassék, ha azt megtalálja. A király elfogadván a feltételt, a — költött névvel jegyzett főt megtalálta ama várban és elhozta, hogy Magyarországon a szentnek testéhez csatolja.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Spectabilis ac Magnifice fidelis nobis sincere dilecte. Nequid fidelitatem vestram de his, que hic aguntur, lateat, significandum eidem duximus heri ad instantem, ardentemque petitionem nostram a Dominis Bohemis esse decretum, ut caput Sancti Pauli Primi Heremite, quod in arce Carsyn esse dicebatur, nobis concedatur, ea lege, si inveniretur. Acceptavimus conditionem, hodieque primo diluculo profecti sumus ad Carsyn et caput ipsum, ficto licet titulo desi-

gnatum, Deo ita volente, invenimus et Pragam eodem die deduximus, quod nobiscum una ad Hungariam propediem deferemus, corpori suo, si Deo sic placitum fuerit, restituendum. Datum Prage in Dominica *Oculi* anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio. *Ludovicus Rex*, m. p.

Papir, nagy, kerek zárópecséttel. — *Budai országos levéltár D. L. 23725.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

78.

Prága, 1523 márczius 9.

A váczi püspök Báthory István nádort arról értesíti, hogy Remete Szent-Pál fejét Prágában, őrzés végett, átvette és azon van, hogy azt Magyarországra vigye.

Spectabilis ac Magnifice Domine honorandissime. Ex literis Regie Maiestatis Domini nostri gratiosissimi iam Magnificentia vestra intellexit, quod ex Dei voluntate caput Sancti Pauli Primi Heremite ad manus Maiestatis sue devenerit, quod scilicet apud Dominos Bohemos in arce Carsyn simul cum corona tenebatur. Caput hoc sanctum non sine diligentia quesivimus et cum magna solertia invenimus, heri illud cum magno gaudio Pragam ex Carsyn deduximus et iam iam ad Hungariam deferemus. Est nunc sub custodia mea et in manibus meis ex mandato Regie Maiestatis. Laudetur Deus in omnibus Sanctis suis et in hoc suo Paulo Heremitarum avo in secula seculorum Amen. Datum Prage feria secunda post *Oculi* 1523.

Iam vadimus. *Servitor Vaciensis.*

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Stephano de Bathor Comiti et Palatino, Capitaneo Generali et Locumtenenti Regie Maiestatis, Domino suo observandissimo.

Papir, záró gyűrűpecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 25676.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

79.

1523 márczius közepe táján.

II. Lajos király Csehországból (hol nejét megkoronáztatta) visszajövet, Szalkai László váczi püspök tanácsára, a maga elé, Olmüczbe idézett morva-iglóiakat keményen megfeddette, a miért Luther tanához szitottak stb.

Confectis — in Bohemia rebus, in Pannoniam reverti, ac in itinere ad Stanislaum Turzonem Olomucium divertere constituit.

Ad quam urbem potiores ex Iglavia cives ad certum diem ad se convocandos censuit, quos quum advenissent, severissimis verbis castigavit, quod spretis veteribus divinarum legum interpretibus, ad novas et depravatas, ob idque a summo Pontifice et Caesare damnatas Lutheri opiniones transiisse dicerentur. Se illis sub extremi supplicii poena mandare, ut quam primum ad sanitatem redeant, et illius dogmatis sectatores procul a se et civitate arceant. Interim vero Paulum[1] Speratum, qui illis mutandae religionis occasionem attulisset, captum et vinculis constrictum Olomucii reliquit.

Istvánfy Histor. Lib. VII. pag. 64. (1758-iki bécsi kiadás.) — Ugyanerről *Dubravius* Historia Boemiae lib. 33.: Rex (Ludovicus) praeposito ... Boemiae Carolo duce, rursus in Hungariam temonem vertit, transiensque per Moraviam, Olomucii substitit; dum Iglavienses ad se accersitos severissimis verbis castigat: quod levitate ingenii novarumque rerum studio veterem religionem deponere inciperent, a Sperato quodam plane desperato fascinati, et non crediderint veritati, sed attenderint pseudo-prophetarum mendacio, a quo nisi resipiscerent, poenam perfidiae debitam regem a civitate exacturum esse. Captusque interim Speratus et in vincula coniectus. (*Katona* XIX. 389.)

80.

1523. márczius 26.

A pannonhalmi apát és konvent Héderváry Istvánnal kiegyezik és Héderváry megigéri, hogy adósságát bizonyos levonásokkal lefizeti. A békítő volt köztük főként Albert sebastei püspök és győri nagyprépost.

Abbas et conventus sacrimontis Pannoniae et Stephanus Héderváry invicem, agente imprimis Alberto, Praeposito Jauriensi, concordant.

Egykorú másolata a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 72. 1. T.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

81.

Kolosmonostor, 1523 márczius 27.

Ó-tordai Müllye Benedek előadja, hogy a tordai Szent-Miklós-templomban bírt három oltárigazgatóságot, egy kőházat, egy szőlőt, egy halastavat a péterlaki völgyben és egy az Aranyos folyón épült háromkövű malom negyedrészét Gyarmathy Mihály miséspapnak azon kötelezettséggel engedte át, hogy e javadalmakhoz kötött officiumokat és miséket elvégezze s elvégeztesse.

Conventus monasterii Beate Marie Virginis de Colosmonostra... ad universitatis vestre harum serie volumus devenire notitiam, quod honestus Benedictus Baccalaurius, filius circum-

[1] Hibásan: Joannem.

specti Philippi Millye de Veteri Thorda, coram nobis... retulit in hunc modum: quomodo ipse non vi, dolo, fraude, metu, favore, precio, dono seu alia quavis sinistra machinatione circumventus, ex certa scientia et non per errorem illum rectoratum altarium beatorum Joannis Baptiste, alterius Joannis Apostoli et Evang. et tertii similiter Joannis Elemosinarii, quem ipse in ecclesia parochiali beati Nicolai Episcopi et Confessoris Thordensi legitime possidebat, simul cum domo lapidea in eadem Thorda prope eandem ecclesiam, inter vicinitates discreti Marci Presbyteri, Rectoris altaris beatissime Virginis Marie in eadem Thorda ab una, parte siquidem ex altera circumspecti Joannis Zabo sita, et una vinea in promonthorio Thordensi, inter vineas Providi Petri Berzenczey ab una ac capelle beatissime Trinitatis in cimiterio praefate ecclesie beati Nicolai Episcopi et Confessoris constructe ab alia partibus adiacente; necnon una piscina in valle Petherlaka vocata existente; item quarta parte molendini trium rotarum in fluvio decurrente, Aranyas vocato, habitum et aliis utilitatibus... honorabili Michaeli Presbytero de Naghghyarmath ac in eius et non alterius personam, semota omnis simoniace pravitatis scintilla, pure et simpliciter, sponte et libere resignasset, cessissetque eidem eundem rectoratum perpetue possidendum... ita, quod idem Michael Presbyter divina officia et missas de eodem rectoratu celebrari ordinatas iuxta et secundum continentiam literarum prudentum et circumspectorum Iudicum et Iuratorum civium Thordensium, sub sigillo eiusdem civitatis exhinc confectarum, celebrare et observare, celebrarique et observari facere debeat et teneatur. In cuius rei testimonium... Datum feria sexta proxima post festum Annuntiationis Beatissime Virginis Marie, anno Domini 1523.

Budai országos levéltár: D. L. 36400. — Kolosmonostori protocollum 114. l.

Közli: Bunyitay Vincze.

82.

Buda, 1523 április 24.

A szentgyörgynapi országgyűlésen a rendek egyhangúlag Tomory Pált kívánják a kalocsai érsekségre kineveztetni.

— — Sirmio et ei regni parti, quae inter Savum et Dravum per ripam Danubii iacet, Paulus Tomory archiepiscopus Colocensis praeerat, ex ordine eorum, quos fratres minores de observantia vocamus, vir strenuus, et qui antequam eam religionem intrasset,

plurima exhibuerat, nec modica, suae virtutis argumenta, cum hoste saepius congressus. Vacante postea archiepiscopatu Colocensi, quum ea bona, amisso paulo ante Belgrado, non minus defensore, quam sacrorum ministro indigere viderentur: postulatum fuit in publico regni conventu ab omnibus, ut Paulus e religione, si exire abnueret, etiam vi et auctoritate summi pontificis Romani extractus, illi ecclesiae illisque locis ab hoste defendendis praeficeretur. Diu multumque ac vere, non simulate reluctatum, tandem voluntati regis ac regni parere coëgerunt. In qua praefectura confessione omnium, perperam etiam de eo iudicantium (ut nulla excellens virtus sine invidia est) ita se gessit, ut nihil praetermiserit, non solum quod ad strenuum militem et imperatorem, sed etiam quod ad virum religiosum et bonum archiepiscopum pertineret: nihil de priore vitae austeritate neque in cultu corporis, neque in ulla alia re remittens aut immutans.

Brodarics: De conflictu Hungarorum cum Turcis ad Mohach. *Katonánál* XIX. 414.

83.

Buda, 1523 április 24.

A budai országgyűlés végzéseinek 54-ik czikke (Ludovici II. Decr. V. art. 54.) a lutheránusok ellen.

«Omnes Lutheranos, et illorum fautores, ac factioni ipsi adhaerentes, tanquam publicos haereticos, hostesque Sacratissimae Virginis Mariae, poena capitis et ablatione omnium bonorum suorum, Maiestas Regia, veluti catholicus princeps, punire dignetur.»

Corpus Juris Hungarici. Tomus I. Tyrnaviae, 1751. pag. 348.

84.

Székes-Fejérvár, 1523 április 26.

Ilona, néhai Onari László özvegye székesfejérvári kőházát maga és férje, szülei, testvérei és atyafiai lelki üdvösségéért a zsámbéki pálosoknak ajándékozta.

Nos conventus Cruciferorum domus hospitalis ecclesie Beati Regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod generosa Domina Elena relicta egregii quondam Ladislai de Onar... quandam domum lapideam in civitate Alba Regali habitam... religiosis Fratribus Heremitis in monasterio de Sambok degentibus et toti conventui eorundem Fratrum dedisset, donasset et contulisset pro sua ac dicti quondam Ladislai Onary, parentumque ac fratrum et

consanguineorum suorum animarum salute... Datum die Dominico proximo post festum Beati Georgii Martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Papir, hátán tojásdad pecsét nyomával. — *Budai országos levéltár: D. L. 23743.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

85.

Róma, 1523 június 1.

VI. Adorján pápa de Vio Tamás kardinálist, erején haladó pénzsegélylyel, Magyar-, Cseh- és Lengyelországba stb. követül küldi s őt Perényi Ferencz váradi püspöknek ajánlja.

Venerabili fratri Francisco, episcopo Waradiensi, Adrianus PP. VI. — Laborantibus reipublicae Christianae rebus ob rabiem immanissimi Turcarum tyranni, Schardona, Belgrado, Rhodo, quae tanti sunt, proxime potiti, illam nunc totam occupare intenti, nos, pro nostro pastorali officio, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere volentes: dilectum filium nostrum Thomam, tit. S. Sixti presbyterum cardinalem, consilio, experientia, doctrina et religione praestantem ad Hungariae, Bohemiae et Poloniae, nec non ad universam Germaniam ac alia regna et loca, in finibus Turcarum existentia, de ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, nostrum et Apostolicae Sedis legatum de latere, cum facultatibus et auxilio supra vires nostras, mittimus; sperantes etiam, domino concedente, maiora facere. Itaque fraternitatem tuam hortamur et in domino obsecramus, ut eundem legatum grato animo reverenter suscipias, illum audias, illique, saluti religionis Christianae ac omnium et tuae studenti, assistas, arma induas, vitam et quaecunque tibi Deus dedit, pro ipsius fide ponas. Dat. Romae — die 1. Junii, MDXXIII. Pontificatus nostri an. I.

A Bullarium Ordinis Praedicatorum-ból közölte *Katona* XIX. 410.

86.

Buda, 1523 június 2.

Mária királyné levele Albrecht brandenburgi őrgrófhoz, a német lovagrend nagymesteréhez.

Lieber pöser Vetter! Ich glaub Ir habt die frumme Mum gar vergessen, dasz Ir nun so lang nit geschriben habet. Ich hab Euch

in mein andechtig Gepet nit fergessen. Ich hab Gott alle Tag fleisiglich gepeten dasz er Euch well frumm machen als ich pin. Ich pitt Euch Ir wellt mir schreiben ob mein Gepet geholfen hat oder nit? Wo es nit geholfen hat, wollt Ir mir um ein Pfennich oder zwen Frumkait abkaufen, will ichs Euch gern verkaufen, wenn ich hab vil zu vil Frumkait. Ich wollt Euch gern mer schreiben, so musz ich in Euers Bruders Marggraf Jorg Garten gen essen, so will der Pot nit lenger warten. Datum Ofen eilens am Sunntag nach unsers Herrn Fronleichnamstag anno Domini im XXIII-ten. Euere frumme Mum Maria.

Az egészen sajátkezű levél eredetije a müncheni állami levéltárban. — Nyomtatásban kiadta *Fraknói*, Magyarország a mohácsi vész előtt. Budapest, 1884. 119. l.

87.

Buda, 1523 június 18.

Lajos király Ferdinándot, spanyol infanst, osztrák főherczeget, birodalmi helytartót és sógorát kéri, hogy a borsmonostori (Máriahegyi) apátságra a tőle kijelölt Désházy István tinnini püspököt nevezze ki.

Ludovicus Dei gratia Hungarie et Bohemie Rex etc. Serenissimo Principi, Domino Ferdinando eadem gratia Principi et Infanti Hispaniarum, Archiduci Austrie, Duci Burgundie et Sacri Imperii Locumtenenti, Sororio nostro charissimo salutem cum honoris et benevolentie incremento. Vacavit novissime abbatia Montis Sancte Marie per obitum Abbatis loci eiusdem; nos hinc oportunitate accepta contuleramus prefatam Abbatiam alteri cuidam Ciriaco, qui quoniam, ut percepimus, minus iusto processu in hac parte volens procedere cum altero Polidoro Italo, quem Vestra Serenitas in Abbatem loci illius declaraverat, in forum iudiciale causam et negotium abbatie deduxit. Ut igitur odium inter illos subortum sopiatur, considerantes nos preclaram fidem et fidelium servitiorum merita fidelis nostri Stephani Deeshazy, Electi Thinniniensis[1], cuius opera cum in diversis negotiis nostris usi sumus, tum in hoc calamitoso Regni nostri statu non parum indigemus, qui, ut suam in nos fidelitatem ostenderet, Episcopatum predictum pro onere non commodo suscepit, in dies enim oves suas a rapacissimis lupis gladio defendere et cruentas ex inde decimas referre[2] cogitur;

[1] Az eredetiben: Thinniensis.
[2] Az eredetiben: refferre.

ut igitur digne retributionis solatio ad maiora servitia subeunda sit propensior: eum Abbatem loci prefati declaratum iri duximus et matura deliberatione idoneum iudicavimus, qui et dignitatem abbatie illius et curam pro voto nostro suscipiet. Vestram igitur Serenitatem rogamus ac petimus, ut voluntas eiusdem ad hoc accedat et prefato Stephano Deeshazy abbatiam pretactam conferat. (*A következő sorok felülről lefelé áthúzvák többszörösen.*) Ad hoc enim divini consilii altitudo, supra cuncta tenens imperium in orbe terrarum, Regum, Principumque constituit potestates, ut ipsi levatis oculorum aspectibus, illos potissimum subditos liberalitate munifica amplificent, quos et fidei integritas, devotionisque sinceritas, et virtutum, fideliumque servitiorum merita ac gesta preclara super ceteros commendant. Valere serenitatem optamus felicissime. Ex Buda XVIII. Junii, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Kívül: Serenissimo Principi Domino Ferdinando, Dei gratia Principi et Infanti Hispaniarum, Archiduci Austrie, Duci Burgundie et Sacri Imperii Locumtenenti Generali, sororio nostro charissimo.

Egykorú másolat, papir. — *Kassa város levéltára:* 1051.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

88.

Róma, 1523 június 19.

VI. Adorján pápa Szalkai László váczi püspököt az egri püspökségre áthelyezi.

Adrianus Episcopus etc. Venerabili fratri Ladislao Episcopo Agriensi, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et Episcopus animarum, potestatis plenitudine sibi tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut circa cuiuslibet ecclesie statum sic accurate cogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam... ecclesiis ipsis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur... Sane ecclesia Agriensi, quam bone memorie Yppolitus S. Laurentii in Lucina diaconus Cardinalis ex concesssione apostolica in administrationem nuper obtinebat, administratione huiusmodi per obitum dicti Yppoliti Cardinalis, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, cessante, adhuc eo, quo dum idem Yppolitus Cardinalis ipsi ecclesie administrator deputatus fuerat, pastore carebat modo pastore carente, nos, in quorum manibus dilectus filius noster Iulius tituli sancti Laurentii in Damaso presbiter Cardinalis sancte

Romane ecclesie Vicecamerlingus, asserens sibi alias ecclesiam predictam tunc certo modo etiam pastore carentem, per eum, quoad viveret, tenendam, regendam et gubernandam apostolica auctoritate in administrationem concessam fuisse, administrationi sibi concesse huiusmodi hodie sponte et libere cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam, verum et ultimum dicte vacationis modum,... presentibus pro expressis habentes, ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Episcopum Vaciensem... direximus oculos nostre mentis. Volentes igitur tam eidem ecclesie Agriensi, quam eius gregi dominico salubriter providere, te, licet absentem, a vinculo, quo eidem ecclesie Vaciensi, cui tunc preeras, tenebaris, de fratrum eorumdem consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te, pro quo carissimus in Christo filius noster Ludovicus Ungarie Rex illustris nobis super hoc per suas litteras humiliter supplicavit, ad dictam ecclesiam Agriensem... transferimus, ac illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Agriensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, etc. etc. Datum Rome etc. anno etc. millesimo quingentesimo vicesimo tertio, XIII. Kal. Iulii. Anno Primo.

Theiner, Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia II. 629.

89.

Garam-Szentbenedek, 1523 június 22.

Egyházasmaróthi Bernát miséspap és Antal, néhai Anglisnak, Devecseri Székely György özvegyének fiai, két unyatini jobbágytelküket Pál bozóki prépostnak nyolczvan forinton eladják.

Nos conventus monasterii Sancti Benedicti de iuxta Gron memorie commendamus... quod honorabilis et nobiles Bernardus Presbyter et Anthonius de Eghazasmaroth, filii quondam Domine Anglis, relicte olim Georgii Zekel de Dewecher... coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum: quomodo ipsi... duas sessiones suas iobagionales populosas in possessione Wnathyn vocata, in Comitatu Honthensi existente, habitas... venerabili Paulo, Preposito Sancti Regis Stephani de

Bozok pro octaginta florenis numeratis in pecuniis moneta hungaricali modo currente, plene, ut dixerunt, iam levatis... dederunt, vendiderunt et inscripserunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter... Datum feria secunda in die decem millium militum Martyrum, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Esztergomi kápt. orsz. levéltár: Szent-Benedeki Protocol. B. pag. 21.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

90.

Eperjes, 1523 július 2.

Chwnys (Kunsch) Mátyás bölcselet-doktor és hittudományi baccalaureus, «electus suffraganeus Agriensis futurus» (?), kéri Szalkai László egri püspököt, védje meg Eperjes városa polgárait Mihály pap jogtalan támadásai ellen, a ki őket az egyházmegyei rendes bíróság mellőzésével, egyenesen a római curia itélőszéke elé akarja idéztetni.

Reverendissime Praesul et Domine gratiosissime, post humillimam servitiorum meorum commendationem. Ut eadem paucissimis rem omnem teneat, neutiquam sine causa reditum meum hactenus distulisse putet, quoniam quidem nec omnibus tum paramentis, tum aliis necessariis paratus usque nunc eram, fortuna non undique obsecundante, infelici omine Cracoviae damnificatus igne, ubi in absentia mea et rerum supellectilia, tametsi curta, et librorum bibliothecam funditus exustam amisi, addicto mihi multo incola in extremam inopiam Vulcani facibus perculso, ut breviusculis diebus a me eadem plenius capiet; quod quidem longe melius in sinum Reverendissimae Dominationis Vestrae effundere opinor, quum coram loquendi felix copia dabitur. Ceterum iumento interdum ineptiori manticae et sarcinae imponuntur. Sic et mihi, Reverendissimae Dominationis Vestrae modico clientulo et minus idoneo, sodalitas circumspectorum iudicis et iuratorum civium civitatis Eperies (homines omnis doli prorsus vacui, religionis christianae zelatores diligentissimi, Revmae denique Dominationis Vrae dioecesani, industria eorum pro viribus ad quaevis licita paratissimi, qui mecum eandem et colunt, et amant), id oneris imposuit, ut precibus instarem, fortasse scintillam gratiae Revmae Dominationis Vrae in me relucere percipiendo, quo ab impetitione sacerdotis frivola tuerentur, iam iam Agriae vinculis nescio ob quam contumaciam detenti, qui Romam petiit illos innocentes (ut alias consueverat) pro prima instantia citare vexandos, in praeiudicium et dedecus

iurisdictionis Revmae Dominationis Vrae non parvum: quandoquidem fertur mille, ut ita dicam, criminibus sacrilegii accusatus, a domino insuper vicario Strigoniensi anathemate obstrictus, a sacrificio neque abstinens, plusculis modis obstinato spiritu irregularitatem incurrit in salutis suae dispendium. Proinde Revmae Dominationi Vrae humillime supplico, tanquam domino et Maecenati meo gratiosissimo (ob quem omnia iam vel saltem aliunde secunda et prospera nihil facio, eidem soli placere volens), eadem praefatos iudicem et cives, intuitu meorum tametsi exiguorum servitiorum, commendatos habere velit gratiose et dignaretur ab impetitione iniusta dicti sacerdotis Michaelis Romae ipsos defendere et tueri, quo tanquam minus idoneus impetitor vel saltim forma iuris castigatus obligaretur et prohiberetur a tali et sui simili vexatione civium dictorum. Quod mihi hoc nomine accideret iucundius, quo Revmam Dominationem Vram mihi non modo afficere conspicerem: imo potius gloriari possim vel ausim, me dominum habere et Maecenatem gratiosissimum. Polliceor equidem omni in re longe praegnantiori pro viribus Revmae Dominationi Vrae fidelissime inserviturum, quam ita et colo, et observo, obductus metu, ne vel hoc temporis mihi prorsus eripiatur. His sic tumultuanter effusis, quandoquidem nec alias peritus scribendi sum artifex, eandem pancratice valere aveo, et Nestoreos felicissime vivere annos. Ex Eperies, secunda die Julii, anno ab orbe redempto 1523. E. R. D. V. humilis capellanus Mathias Chwnys, artium magister et sacrae theologiae baccalaurens, alias per Reverendissimam Dominationem Vestram electus Suffraganeus Agriensis futurus.

Kívül: Reverendissimo in Christo Patri et Domino Ladislao Zalcano Episcopo Agriensi, nec non Cancellario Regio Supremo, Domino nostro gratiosissimo.

Wagner, Diplomatarium Comitatus Sárosiensis 247—249. *Katona* XIX. 403—406.

91.

1523 július 3.

Bonzagno János, egri őrkanonok és helytartó jelenti, hogy Mihály eperjesi misespap, ki Meszléni Orbán panaszára 200 forintra és a perköltségek megtérítésére elítéltetett volt, a börtönből megszökött.

Johannes Baptista Bonzagnus custos et vicarius Agriensis Egerből feria 6-a post festum Visitationis Mariae 1523. jelenti Eperjes

..ájának s tanácsának: «Michaelem presbyterum, quem d. v. e. ..ptum in manus tradiderint, istinc e carceribus nocturno tempore .auffugisse magna cum displicentia et sine scitu tum nostro, tum Rmi domini nostri Episcopi Agriensis».

Eperjes város levéltára: Cub. II. Loc. 5. Fasc. D. — Nevezett «Michael presbyter de Eperies . . . ad instantiam nobilis Urbani literati *de Mezlen* sententialiter convictus extitit in florenis cc et expensis litis . . . Datum die tertia mensis Maii a. d. 1522.» — Ugyanaz ugyanannak. U. o.

Közli: Bunyitay Vincze.

92.

Veszprém, 1523 július 7.

Pethry Miklós veszprémi püspöki helytartó megparancsolja Füred, Várda, Hetes, Alberti, Egres, Csokonya, Pat, Mérő (Meree) és Geszt helységek plébánosainak, hogy 6 zarányi (de Zarmy) jobbágyot, a kik a pannonhalmi apátnak és konventnek nem akartak engedelmeskedni, nyilvánosan kiközösítsenek és ha 32 nap alatt nem tesznek eleget, akkor azon helyeken, hol e hat kiközösített ember lakik, egyházi tilalmat tartsanak.

Vicarius Vesprimiensis, Nicolaus de Pethry, 6 colonos de Zarány censuris compelli vult ad obediendum abbati sacrimontis Pannoniae.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban. C. 59. I. I 3.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

93.

Esztergom, 1523 július 12.

Szathmáry György esztergomi érsek Kaplyon László mestert, esztergomi kanonokot biztosul küldi a szebeni dekanátus papságához.

Honorabiles fratres in Christo nobis dilecti. Intimavimus nonnulla per venerabilem Magistrum Ladislaum Kaplyon, canonicum huius Ecclesie nostre Strigoniensis presentium ostensorem, nomine nostro vobis referenda. Committimus igitur vobis, vt hijs, que idem Magister Ladislaus nomine nostro vobis rettulerit, fidem indubiam adhibere, et que per vos obeunda iusserit, sub debito salutaris obediencie exequi et effectui mancipare debeatis et teneamini. Secus nulla ratione facturi. Ex arce nostra Strigoniensi die Dominico proximo post festum beati Briccij Episcopi, Anno Domini 1523.

Georgius

Archiepiscopus Strigoniensis, Primas Hungarie,
Legatus natus, Summus Cancellarius Regius.

Kívül: Honorabilibus Dominis, Ecclesiarum Parochialium, Capellarum, Hospitalium et Altarium Rectoribus, aliisque beneficiatis sub Districtu decanatus Cybiniensis existentibus in Christo nobis Dilectis.

Eredetije papiron egy vörös viaszba nyomott gyűrűpecséttel, a szebeni káptalan levéltárában I, 32. vagy 72. szám alatt az új lajstromozás szerint. — Közölve *Fabritius Károly,* Pemfflinger Márk szász gróf élete. Budapest, 1875. 120—121. ll.

94.

Székes-Fejérvár, 1523 július 26.

Juthasi Nemes Miklós juthasi nemes birtokát részint örök alamizsnául, részint huszonöt magyar forintért a veszprémi káptalannak eladta.

Nos conventus Cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod nobilis Nicolaus Nemes de Jwthas... ob singularem devotionem, quam erga beatum Michaelem Archangelum habet, ad cuius honorem ecclesia cathedralis Wesprimiensis fundata existit, salutemque anime sue, quandam sessionem seu curiam nobilitarem suam in predicta possessione Jwthas in comitatu Wesprimiensi existente habitam... cui videlicet ab australi Benedicti Nemes, que nunc apud manus Capituli Wesprimiensis titulo pignoris habetur et hospitalis de Wesprimio, ab aquilonari vero partibus Johannis et Francisci Gyerghdyak vocatorum de predicta Jwthas sessiones vicinarentur, simulcum cunctis suis utilitatibus... prefate ecclesie Beati Michaelis Archangeli, consequenterque honorabili Capitulo eiusdem ecclesie Wesprimiensis partim pro elemosina perpetua, partim vero pro viginti quinque florenis hungaricalibus plene et integre persolutis et per dictum Nicolaum levatis dedisset, vendidisset et perpetuo inscripsisset... Datum die Dominico in festo beate Anne, matris Marie, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Papir, hátán tojásdad pecsét nyomával. — *Budai országos levéltár: D. L. 23787.*

Közli: Bunyitay Vincze.

95.

Buda, 1523 augusztus 15.

II. Lajos király Pécsi Balázs theologiai lector és ercsi ágostonrendű remete perjel kérésére az ercsi klastromnak adja Ercsi falut.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie... memorie commendamus... quod nos cum ad supplicationem religiosi Fratris Blasii

Quinqueecclesiensis, Sacre theologie Lectoris, Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini, moderni videlicet Prioris claustri dicti Ordinis in insula Erchy vocata in honorem sancti Nicolai Episcopi et Confessoris fundati, tum vero et maxime ob illam spem et devotionem nostram singularem, quam erga eundem sanctum Nicolaum Christi Presulem gerimus et habemus, totalem possessionem prescripti Ordinis... Erchy vocatam... memorato claustro Sancti Nicolai... dedimus... Datum Bude in festo Assumptionis beatissime Marie Virginis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio, regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno octavo.

János király 1531-iki átiratában. *Budai orsz. lt.* D. L. 23795.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

96.

Buda, 1523 augusztus 18.

Lajos király Pest városának bíráját és esküdteit azon okon, hogy a margitszigeti apáczáknak a rákosi mezőn lekaszált és összegyüjtött szénáját elhordatták, felelősségre vonja és maga elé idézi.

De commissione Domini Regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie... Capitulo ecclesie Budensi... Dicitur nobis in personis religiosarum Dominarum Elene Priorisse et ceterarum Sanctimonialium in claustro[1] sancte Margarethe Virginis et Martyris de Insula Leporum, quod quamvis ipse ab honorabili Martino Presbytero, nunc in ecclesia sancti Michaelis Archangeli, Ordinis Premonstratensis de eadem Insula Capellano, quasdam terras et fenilia ad predictam ecclesiam attinentes, in campo Rakos in Comitatu Pesthiensi existentes in feudum arendassent ac easdem terras et fenilia falcari fecissent et in cumulum congregari; tamen prudentes et circumspecti Iudex et iurati cives civitatis nostre Pesthiensis circa festum beate Marie Magdalene proxime preteritum missis et destinatis quampluribus apparatibus curruum, eadem fena defalcata et insimul congesta in currus ipsorum levari et asportari fecissent, in quibus, demptis actibus potentiariis, prenominatis Dominabus actricibus plus quam quinquaginta florenorum auri dampna intulissent... Cum autem iuxta constitutionem... in dieta... generali pro festo beati Georgii Martyris

[1] Az eredetiben e szó kétszer fordul elő.

proxime transacto Bude de mandato nostro regio celebrata factam... universi actus potentiarii a festo Beate Margarethe Virginis et Martyris in anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo transacto, a tempore videlicet motionis generalis expeditionis contra Thurcos per Maiestatem nostram instaurate per quoslibet et contra quoslibet illati... pro quintodecimo die amonitionis exhinc fiende discuti debeant et adiudicari: pro eo... presentes literas nostras prefatis Iudici et iuratis civibus... per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis,... committentes eisdem verbo nostro regio, ut pro prescripto quintodecimo die a die exhibitionis presentium literarum nostrarum ipsis fiende computando, personaliter vel per procuratores ipsorum legitimos coram nostra personali presentia comparere debeant et teneantur ad querimoniam, actionemque et acquisitionem prenominatarum exponentium predeclaratam responsuri et exinde iudicium et iustitiam recepturi... Datum Bude feria tertia proxima post festum Assumptionis sacratissime Virginis Marie anno Virginei partus eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Papir, alján kerek pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23801.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

97.

Vizsegrád, 1523 szeptember 1.

II. Lajos király nagy dicséretekkel halmozza el Szathmáry György érseket. Felemlíti ennek már atyja, II. Ulászló király alatt szerzett érdemeit s ezután áttér a főtárgyra, hogy t. i. ő maga a király, midőn Szolimán hadaival az országba csapott és Belgrád várát megtámadta, az ostrom visszaverése végett, a roppant költségek fedezéséül kénytelen volt Bakócz biboros hagyatékához, melyet ez leginkább a káptalannak szánt, nyúlni. Elsorolja a király, hogy neki György érsek készpénzben negyvenegyezer aranyforintot, ezenfelül értékes ezüst asztal-készletet és sok más kincset adott át; a király tehát némi kárpótlásul Damásd várát minden hozzátartozó birtokkal az érseknek s általa a káptalannak és a Bakócz-kápolnának örök időkre átadja.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod quamvis Regie liberalitatis exuberans benignitas cunctos suo regimini subiectos favoribus soleat prosequi opportunis, in eos tamen propensius gratie sue munera deflectere consuevit, a quibus gratissima devotionis obsequia iuxta ingruentium negotiorum et temporum qualitates certa experientia se cogno-

scit accepisse. Considerantes itaque iugi meditatione intra mentis nostre archana multimoda obsequiorum et sincere fidei merita fidelis nostri Reverendissimi in Christo Patris Domini Georgii Archiepiscopi Ecclesie Strigoniensis, locique eiusdem Comitis perpetui, Primatis Regni huius nostri Hungarie et Apostolice Sedis Legati nati, ac Aule nostre Sumni et eximii Cancellarii, que ipse sacre imprimis Regni huius nostri Hungarie Corone, serenissimoque quondam domino Wladislao Regi genitori nostro charissimo felicis memorie ab ineunte etate, tandem nostre quoque Maiestati studio vigilanti et accuratissimo in omni rerum nostrarum statu et varietate exhibuit et impendit; non immemores eius quoque rei, quod dum superioribus annis Cesar Thurcarum, Soltanus Soleymanus nuncupatus, duodecimus Otthomane familie Tyrannus, fidei nostre sacrosancte hostis crudelissimus, regnum hoc nostrum aperto Marte invasisset et Belgradum arcem nostram hostibus limitaneam dira obsidione cinxisset, pro obsidione eiusmodi propulsanda coacti fuimus, necessitate inevitabili cogente, ad res et bona Reverendissimi quondam Domini Thome tituli sancti Martini in montibus Sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis, Patriarche Constantinopolitani, Archiepiscopi Strigoniensis et Apostolice Sedis Legati de latere sub id tempus vita functi (quarum rerum idem Reverendissimus Dominus Georgius Archiepiscopus exequutor primarius erat) manum apponere et ex illis in pecunia numerata florenos auri Hungaricalis quadraginta unum mille, argenti vero caelati in scutellis, discis, coclearibus, furcellis, cyphis, cuppis, pelvibus, fusoriis lagenis, cantaris, salinis, candelabris, ac chatenas et annulos aureos, lapides preciosos, pannos laneos, lineos, sericeos, aulea, cortinas, peristromata, tapetia, aliaque domus supellectilia, ad magnam pecuniarum summam se extendentia, per ipsum Reverendissimum quondam Dominum Thomam Cardinalem partim in dotem capelle Annunciationis beatissime Virginis Marie per eum ad latus meridionale dicte Ecclesie Strigoniensis fundate, partim vero pro refrigerio salutis anime sue in usus et alimenta pauperum cultusque divini incrementa ex testamento eiusdem per dictum Reverendissimum Dominum Georgium Archiepiscopum exequutorem erogari commissa, auferre et ad adparatum belli contra eundem Tyrannum convertere. Volentes igitur de solida fidei et fidelitatis eiusdem Reverendissimi Domini Georgii Archiepiscopi constantia uberrimisque meritorum obsequiis ac pecuniarum et bonorum dicti Reverendissimi quondam Domini Thome Cardinalis per nos ad prescriptas regni nostri necessitates ablatorum particularem saltem aliquam recompensam facere: castrum nostrum

Damas appellatum in comitatu Hontensi habitum ac possessiones Damas, Zob, Lethkes, Hellemba et Thewlgyes nominatas prediaque universa ad idem castrum Damas possessionesque easdem pertinentia, omnino in eodem Comitatu Hontensi adiacentia, quod et quas fidelis noster Egregius Stephanus de Deeshaza apud manus suas vigore certarum litterarum nostrarum fassionalium impignoratitiarum pro duobus millibus et sexingentis florenis in eisdem litteris nostris fassionalibus clare denotatis titulo pignoris a nobis habebat, tandemque idem castrum et possessiones predictas dictus Stephanus de Deeshaza cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet pro eadem duorum millium et sexingentorum florenorum summa bone et antique monete prememorato Reverendissimo Domino Georgio Archiepiscopo et aliis exequutoribus testamenti eiusdem Reverendissimi quondam Domini Thome Cardinalis et per eos Capitulo dicte Ecclesie Strigoniensis ac prefate capelle Annunciationis beatissime Virginis Marie infra tempus redemptionis illarum inscripserat, simul cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris ut puta arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum earum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentibus, omnibusque iuribus et libertatibus, quibus incole illarum dum apud manus Maiestatis nostre erant, uti et gaudere consueverant; tum ob gratuitam prescriptorum fidelium servitiorum eiusdem Reverendissimi Domini Georgii Archiepiscopi nobis et sacro diademati nostro impensorum exhibitionem, summeque quadraginta unius millium florenorum auri et aliorum bonorum dicti Reverendissimi quondam Domini Thome Cardinalis, ut premittitur, ablationem; tum etiam pro predictis duobus millibus et sexingentis florenis per prefatum Reverendissimum Dominum Georgium et ceteros exequutores eiusdem Reverendissimi quondam Domini Thome Cardinalis, consequenterque Capitulum Strigoniense, nomine dicte capelle ad redemptionem castri eiusdem Damas et possessionum prediorumque prescriptorum prefato Stephano de Deeshaza solutis, aliisque similiter duobus millibus florenis auri Hungaricalis pro remissione et relaxatione totalis quarte partis Oppidi Gyewngyews in Comitatu Hevesiensi habiti, [ad] petitionem Maiestatis nostre per eundem Dominum Georgium Archiepiscopum et exequutores predictos magnifico Ladislao More de Chwla dapiferorum nostrorum regalium

Magistro nomine eiusdem Capelle facta, quos duo millia florenos aliis litteris nostris super eo emanatis super nos receperamus et eidem Domino Georgio Archiepiscopo et exequutoribus ac Capitulo Strigoniensi, consequenterque capelle predicte reddere et persolvere debebamus, memorato Domino Georgio Archiepiscopo exequutori et Capitulo Strigoniensi dicteque capelle Annunciationis gloriosissime Virginis Marie dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno, nullum ius iurisque et dominii proprietatem in predictis castro Damas et pertinentiis suis possessionibusque Damas, Zob, Lethkes, Hellemba et Thewlgyes et eorum pertinentiis prediisque universis nobis et successoribus nostris Regibus relinquendo, sed totum et omne ius in prefatum Capitulum, consequenterque capellam Annunciationis beatissime Virginis Marie pretactam effective transferendo. Harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Curia nostra Wyssegradiensi in festo Beati Egidii Abbatis, Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. Anno octavo. Ludovicus Rex manu ppria. (L. S.)

Közölte *Szántóffy Antal*, Magyar Sion V. évf. 514—517.

98.

Szeben, 1523 szeptember 4.

Pemfflinger Márkné, Tabiássy Klára végrendeletéből.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo vicesimo tertio, Indictione undecima, die vero quarta Septembris, in domo et habitatione solitae residentiae egregii Domini Marci Pempflinger Iudicis Regii et Camerarij civitatis Cibiniensis, Milkoviensis Dioecesis, hora decima vel quasi ante meridiem, pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini Domini Adriani divina providentia Papae sexti,[1] anno eius secundo, in mei, notarii publici, et testium subscriptorum praesentia constituta et lecto aegritudinis decumbens generosa Domina Clara, conthoralis praefati Domini Marci Pempflinger legitima, licet aegra corpore, mente tamen et ratione sana, cupiens mature, antequam scilicet

[1] A másolatban: undecimi.

ipsa mortis periculo praeveniretur, vel alias voce destitueretur, libere rebus suis providere et consulere, sentiens denique et perpendens hanc vitam suam caducam, variis procellis hucusque agitatam, longo tempore inter mortales durare non posse, idcirco suam ultimam voluntatem testamentariamque dispositionem diu antea deliberate praeconceptam ... in hunc ut sequitur modum constituit et solemniter per me, notarium publicum, transscribi et consignari fecit.

Primo itaque habere voluit et commendavit, ut postquam exuta corpore ab hoc seculo migraverit, corpus suum ad sacellum eiusdem, parochiali Ecclesiae annexum, ubi scilicet primus maritus eius urna repositus quiescit, decentibus funebriis et exequiis praemissis, humo sepeliatur. Deinde pro refrigerio animae suae et Missarum celebratione tam in Ecclesia Parochiali civitatis Cibiniensis et utroque Monasterio, quam etiam in hospitali, item et pauperibus, egenis flor. mille distribuen. Item ipsis pauperibus hinc inde pannus pro fl. centum distribuatur, et itidem egenis pannus griseus pro fl. 25 exponatur. Item quod omnia frumenta in domo allodiali inferiori habita hinc inde pauperibus dividantur. Item ad singula Monasteria tam monachorum quam monialium in eadem civitate Cibiniensi fundata existen. flor. centum distribuantur. Item ad singula Monasteria civitatum Megyes, Szászsebes, item Szászváros et Thywys fl. decem. Item ad fabricandam imaginem S. Sebastiani argenteam Marc. decem. Postea prefata Domina Clara prae omnibus constituit, ut testamentum condam egregij Johannis Lulay, alias prioris mariti et domini sui, suo in vigore permaneat. — — — Acta sunt haec et facta anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu quibus supra. Praesentibus ibidem venerabilibus Thoma capellano Ecclesiae Parochialis et confessore eiusdem Dominae Clarae, et Laurentio presbytero; nec non Egregiis Gregorio Bornemisza familiari Reverendissimi Domini Episcopi Agriensis[1] et Michaele Altemberger, testibus ad premissa vocatis rogatis et specialiter requisitis. Quorum signeta propria presentibus pro maiori rei securitate et testimonio subappressa sunt et reservata.

Et ego Georgius Reicherstorffer Cibinianus, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius publicus et Tabellio iuratus ... hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum in autenticam formam redegi.

Másolat. Eder: Analecta, fasc. V. a Széchenyi orsz. levéltárban (M. N. Muzeum) fol. lat. 2241. V. — Közölte *Fabritius Károly*, Pemfflinger Márk szász gróf élete. Budapest, 1875. 121—124. ll.

[1] Szalkay László.

99.

Buda, 1523 szeptember 5.

Tamás biboros pápai követ a nyulakszigeti apáczáknak megengedi, hogy boldog Margit tetemét mostani, árvizeknek kitett helyéről klastromuk templomába átvihessék.

Thomas, miseratione divina tit. S. Sixti S. R. E. presbyter Cardinalis, ad Hungariae, Bohemiae et Poloniae regna Sedis Apostolicae Legatus de latere, dilectis nobis in Christo priorissae et monialibus monasterii BB. V. Mariae Insulae Leporum, sub cura fratrum praedicatorum degentium prope Budam, Vesprimiensis dioecesis. Quum nuper apud monasterium vestrum diverteremur, ostensa nobis per vos fuerunt ossa B. Margaritae virginis, monialis vestrae, filiae quondam cl. mem. Belae IV. Regis Hungariae, in loco, ut asserebatis, exposito aquarum inundationibus. Et quoniam illam vitae sanctimonia non minus quam prosapia claruisse asserebatis, nobis humiliter supplicastis, ut illa inde transferri et in loco decentiori, in quo inundationes huiusmodi non officerent, poni permitteremus. Nos igitur... (permittit in ecclesiam eiusdem monasterii transferri). Dat. Budae, anno incarnationis Domin. MDXXIII. die V. mensis Septembris, pontificatus praelibati SS. D. N. Domini Adriani PP. VI. anno II.

A Bullarium Ordinis Praedicatorum-ból közölve *Katona* XIX. 411.

100.

Esztergom, 1523 szeptember 24.

II. Lajos király tudtul adván a bártfaiaknak, hogy Várday Pál veszprémi püspököt Turzó Elek helyébe kincstárossá nevezte, megparancsolja, hogy a püspök által küldött embereket harminczadosokul elismerjék.

Ludovicus — Quia nos officium thesaurariatus nostri, quod hactenus fidelis noster, magnificus Alexius Thurzo de Bethlenfalva tenuit, fideli nostro, reverendo D. Paullo de Varda episcopo Vesprimiensi dedimus et contulimus, et proventuum nostrorum omnium administrationem commisimus: dantes sibi in mandatis, ut omnes tricesimas nostras aliaque vectigalia nostra omnia et proventus ubique quamprimum pro maiestate nostra occupari facere et fideliter administrari faciat et debeat. Volumus igitur et fidelitati vestrae

horum serie firmissime praecipientes committimus et mandamus, quatenus mox visis praesentibus et amodo deinceps homines praefati D. episcopi, thesaurarii nostri, per eum ad id deputatos pro tricesimatoribus nostris tenere et recognoscere, eisdemque in occupatione istius tricesimae nostrae Bartfensis omni iuvamine, auxilio et assistentia adesse modis omnibus debeatis et teneamini. Datum Strigonii, feria quinta proxima post festum B. Mathaei apost. et evang. anno Domini MDXXIII.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 272. *Katona* XIX. 406.

101.

Nagy-Várad, 1523 október 6.

Lippai Ferencz, a ferenczrendűek magyarországi tartományi fejedelme, Bajoni Benedeket nejével Annával, és Bajoni Annával együtt, valamint halottaiknak lelkeit rendtársakul fölveszi.

In Christo sibi charissimo egregio Domino Benedicto de Bayon Provisori curie Waradiensis, benefactori nostro singulari, Frater Franciscus de Lippa Ordinis Minorum regularis observantie provincie Hungarie Sancte Marie Minister et servus quamvis inutilis salutem in Domino et pacem sempiternam cum orationum suffragio salutari. Quamvis ex charitatis debito omnibus teneamur in spiritualibus, illis tamen longe amplius obligamur, quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentius experimur: proinde devotionem vestram laudabilem, quam ob Dei omnipotentis amorem, sanctissimeque Virginis Marie reverentiam ac beatissimi Patris nostri Seraphici Francisci merita ad nostrum geritis Ordinem specialem, sicuti veridica Fratrum meorum relatione cognovi, affectu sincere charitatis acceptando, Christoque non immerito acceptabilem fore credendo, dignum duxi, ut ab ipso Ordine spiritualium gratiarum specialem sentiatis prerogativam. Verumque nudi temporalibus bonis, nudum Christum crucifixum Salvatorem nostrum sequimur, charitatis vestre subsidiis dignam rependere vicem nequaquam valemus temporaliter; spiritualibus nichilominus beneficiis ipsam recompensare affectamus: eapropter ego, qui licet indignus curam prefate provincie gero, vestram egregiam Dominationem unacum generosa Domina Anna devota consorte vestra ac generosa Domina Anna de Bayon, necnon et animas defunctorum vestrorum in confraternitatem nostri Ordinis ac ad universa et singula nostre sacre

Religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte, plenam vobis participationem omnium spiritualium charismatum, videlicet missarum, horarum canonicarum, divinorum officiorum, ieiuniorum, vigiliarum, abstinentiarum, peregrinationum, studiorum, sanctarum meditationum, predicationum, disciplinarum, penitentiarum, contemplationum et omnium aliorum spiritualium bonorum, que per Fratres meos et Sorores Sancte Clare ac tertii Ordinis in Regnis Hungarie, Sclavonie et Transilvanie degentes[1] operari et acceptare dignabitur clementia Salvatoris, unacum indulgentiis et gratiis a Sumpmis Pontificibus prefatis Ordinibus benigne concessis, tenore presentium gratiose conferendo. In quorum omnium premissorum testimonium, perpetuamque memoriam presentes sigillo mei officii ministeriatus duxi muniendas. Valeat vestra devota et fervens charitas in Christo Jesu Domino nostro. Datum in sacro conventu nostro Waradiensi die sexta mensis Octobris anno salutis millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Idem Frater *Franciscus,* qui supra, Minister acceptat manu propria.

Hártya, veres-kék selyemzsinórról függő, csúcsíves pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23837.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

102.

Kolosmonostor, 1523 október 12.

Csáni Nagy Mihály és neje Lucza tancsházi birtokukat István ujtordai plébánosnak kétszáz forinton eladják.

Conventus monasterii beate Marie Virginis de Kolosmonostra... Nobiles Michael Nagh de Chan et Domina Lucia consors sua... quoddam predium Thanchhaza vocatum, in Comitatu Thordensi existentem et habitum... honorabili Magistro Stephano Presbytero, Plebano ecclesie parochialis beati Ladislai Regis in Wythorda constructe, ad missam beate Katherine Virginis et Martyris in eadem ecclesia celebrari solitam, pro florenis ducentis, pecuniis scilicet propriis ipsius Stephani Plebani, plene, ut dixerunt ab eodem receptis... vendiderunt... Datum feria secunda proxima ante festum Beati Galli Conf. anno Domini 1523.

Az egész fogalmazat keresztül van húzva s elejére írva: litere infrascripte vacant. — *Budai országos levéltár: D. L. 36,400.* Kolosmonostori Protocoll. 166. l.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Az eredetiben hibásan: degentibus.

103.

Pozsony, 1523 november 6.

Thomas «tituli s. Sixti s. Romane ecclesie presbyter cardinalis ad Hungarie, Bohemie et Polonie regna ... Sedis apostolice Legatus de latere» Ioanni Rosos de Körmend acolytho dioecesis Jauriensis facultatem tribuit ordines maiores a quocunque cath. episcopo suscipiendi.

Nyalkai Albert sebaste-i püspök és mint látszik, győri főpapi helytartó 1523 nov. 18-iki átiratában. Ennek eredetije Veszprémi kápt. magán lt. capsa 109. misc. n. nr. 80.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

104.

Várda, 1523 november 23.

Várday Ferencz erdélyi püspök Udalrik kanonok végrendeletének megerősítését és a végrehajtók kinevezését Erdélybe való érkezéseig elhalasztja.

Venerabiles Domini fratres nobis dilecti. Literas vestras, quibus de morte condam venerabilis Udalrici custodis, de qua non mediocriter dolemus, et ut testamentariam ejusdem disposicionem confirmare executoresque ad exequendum testamentum admittere dignaremur, scribitis, accepimus, et licet tam ejus fidelissima seruicia quam eciam peticiones vestre nos movere deberent, tamen cur usque ingressum nostrum nobis id facere non liceat, due se in medium nobis non leves offerunt rationes. Quarum prima vestram maxime concernit industriam, miramurque, quod antequam dispositionem testamentariam exequi cupitis, res ecclesie, que sibi tamquam officiali jam ab aliquot annis secundum numerum et regesta fuerant credite, manibusque suis assignate, an aliquid ex eis sit deperditum, nec ne, intelligere negligitis, et ultra hoc datur nobis intelligi, nonnullorum ecclesie nostre beneficiatorum res plerasque et inexecuta aput eundem remansisse testamenta. Quodsi ita se habet, quemadmodum nobis dicitur, non debebat profecto in testamento suo hoc subticere, sed unicuique, quod suum est, testare et legare. His igitur moti racionibus, ita improvise ad confirmacionem testamenti procedere non possumus. Ante festa tamen Natalis Domini et nos Transsilvaniam ingrediemur. Cumque in Gyalo pervenerimus, executores ipsos istuc accersiri faciemus et in presens per literas nostras eisdem significavimus. Ubi unacum ipsis de executione testamenti, quod iustum erit, decernemus. Nec testamentum ejus infringere intendimus, eoque solo, quod nobis ex ultima volun-

tate sua testamentaliter legavit, contentabimur. Recordamur siquidem et nos de serviciis suis, que sepe sepius in negociis nostris fidelissime exhibuit. Nichilominus tamen, quam de testamentis inexecutis, prout nobis dicitur, et rebus ecclesie casu aliquo dissipatis non superintenderetur, in hoc neque decessorum votis, neque dampnis ecclesie foret consultum. Ex oppido nostro Várdensi in die Clementis pape anno 1523.

Franciscus,
episcopus Transsilvaniensis.

Kívül: Venerabilibus Dominis Capitulo ecclesie nostre Albensis Transsilvane, fratribus nostris dilectis.

Eredetije papiros az erdélyi püspöki levéltárban, Gyulafehérvárott.

Közli: Beke Antal.

105.

Takácsi, 1523 deczember 14.

Kolos Ambrus és társai a bakonybéli apátot a Zámbóval való per elintézése végett decz. 21-re Bakony-Koppányba hívják.

Ambrosius Kolos eiusque collegae Abbatem Bakonybéliensem ineundae concordiae causa cum Stephano Zámbó ad 21-um d. Decembris in villam Bakony-Koppány invitant.

Kolos Ambrus, Kapuchij Ferencz és Hathalmj Lázár írják Jakab bakonybéli apátnak, hogy nemsokára a tőle való elválás után találkoztak Zámbó Istvánnal. Ez ugyan nagy esküvel állítja, hogy «non habet, quid solvat» az apátnak, de mégis megigérte, hogy ha deczember 21-én a föntírtak és az apát Koppányban lesznek, ő is odajön. Kérik tehát az apátot, hogy «pro solo omnipotenti Deo et sue matris intemerate virginis Marie» (így) deczember 21-én ott legyen Koppányban és így «negotium istud pessimum determinetur». A többit Noszlopy Pál nemes elmondja.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 49. l. Qq.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

106.

1523.

Kisfaludy Mihálynak a csákberéni Mária-egyházban átadott templomi ruházatok, edények, képek, kereszte k és gyűrűk stb. lajstroma.

Res, que ostense sunt Michaeli Kysfalwdi in ecclesia Beate Virginis in Chakberen.

Item indumenta altarium sunt	XXIIII.
Item casule habentur	XVI.
Item suprapellicia	VIII.
Item manutergia	LI.
Item pepla	XXXIII.
Item sepolla	I.
Item manutergia ex thaphota	XVIIII.
Item manutergia ad calicem pertinentia ...	VII.
Item camisie	IIII.
Item calices argentee	IIII.
Item tapecia, una tamen disrupta	III.
Item monstrancia argentea	I.
Item imagines Beate Marie Virginis de argento	III.
Item apud Thomam Presbyterum, Capellanum de etc. habetur imago Beate Marie Virginis de argento	
Item annulus de argento	I.
Item cruces de argento	II.
Item reliquie, ignoratur si sint de argento vel non	V.
Item legibulus de argento	I.
Item legibuli de carneolo	II.
Item legibuli mixtim de succino et carneolo	VI.
Item missale	IIII.
et quinta est in Sered apud Petrum Seredj	
Item psalterium	I.

Egy hosszában kétfelé hasított félív papir egyik oldalán. — *Budai országos levéltár: D. L. 26358.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

107.

1523.

Zabari Miklós anyavári porkoláb magyar nyelvű feljegyzése a hagymási kápolna pénze felől. 1523.

Nicolaus Zabari rationem reddit de pecuniis capellae in Hagymás.

En ky wolnek Zabari Myklos, anyawari porkolab, wetthettem zamoth az azonyom jobagywal, az Janyas (így) Pallal, az hagymasi kapolna pynze felol: marath azon Anyas Palnal keez pynz fl. XXXVIII.

Nyolczadrét nagyságú papirszeleten, pecsét nélkül. Fasc. I. nro 3. — Nyomtatásban kiadva: Géresi Kálmán: A gr. Károlyi család oklevéltárában. III. k. 149.

108.

1523.

Török Bálint nőül veszi Mária királyné udvarhölgyét, a lutheránus érzületű Pemfflinger Katalint.

«Dum castra metatus erat Rex (in Mohach),[1] erant cum Rege Ludovico principes et prelati Hungarorum... dicebant vt cujus culpa esset arx Nandor-Alba perdita... et arbiteri ita inuenerunt, quod culpa inesset Valentini Therek. Quod audiens wlgus imppetum fecerunt ad tentorium suum, vt interficerent; et equum habebat... et celeriter ascendit... et euasit de Hungaria. Et erat adhuc adolescens in continencia sua... Extunc fugam dederat sub potestate Joannis vaivode in Transsilvaniam, et post biennium gratiam impetrauerat Regina Maria a Rege et a regnicolarum, quod si ancillam Germanicam debet copulare. Et Valentinus spopondit et copulauit eam latronculam, que demum erat leona lutteriana, et post domini captum suum Valentini predicti in Debrechen mortua erat, et ibi sepulta est apud monachos.»

Szerémi György II. Lajos és János királyok házi káplánja *Emlékirata* Magyarország Romlásáról. Pest, 1857. (Magyar Történelmi Emlékek. Második osztály: Irók. Első kötet.) 99—100. l.

109.

Buda, 1524 január 2.

Guidoto velenczei ügyviselő jelenti, hogy hír szerint az udvarnál is vannak lutheránusok s hogy a király és királyné kedveznek nekik.

Si dice de qui assai apertamente, perfino li predicatori ne le pergoli, che non meno ne la corte de la Regia et Reginal Maestá si atrovano Lutherani... et qui si dice, che vengono favoriti et aiutati da sua Maestá.

Fraknói, Magyarország a mohácsi vész előtt. Budapest. 1884. 119. l.

[1] 1521-ben.

110.

Esztergom, 1524 január 15.

Nyási Demeter esztergomi érseki helytartó maga elé idézteti a kassai ferencz-rendű kolostor gvárdiánját, hogy igazolja magát és társait az ellenük emelt vádakkal szemben.

Demetrius de Nyas decretorum doctor, Dei et Apostolice Sedis gracia episcopus Sanctuariensis reverendissimique in Christo patris et domini domini Georgii, miseracione divina archiepiscopi ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui ac summi et secretarii cancellarii regie maiestatis, primatis Hungarie et apostolice sedis legati nati etc. in pontificalibus et spiritualibus vicarius et causarum auditor ecclesie Strigoniensis generalis, dilectis nobis in Christo universis et singulis dominis ecclesiarum parochialium plebanis ac capellarum et altarium rectoribus ceterisque presbiteris quibuscunque in et sub Strigoniensi ac eius jurisdiccione spirituali, necnon Agriensi diocesibus ubivis constitutis et existentibus, qui cum presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino et nostris firmiter obedire mandatis. Noveritis ad nostram non sine gravi animi nostri displicencia pervenisse audienciam, qualiter religiosi guardianus et ceteri fratres conventuales nuncupati ordinis sancti Francisci in monasterio sancti Nicolai confessoris de Cassovia dicte Agriensis dioecesis degentes, norma et honestate regulari abiecta, Deique et hominum timore postposito, vitam ducentes scandalosam et dissolutam, superioribus diebus inter alias ipsorum insolentias quemdam civem Cassoviensem nulli penitus rei illicite operam dantem in monasterio ipsorum predicto gravissimis verberum plagis affecissent et plures alios in dies patrarent excessus in perniciem salutis animarum suarum ac detestabile exemplum et scandalum plurimorum. Unde nolentes premissa sub dissimulacionis velamine subticere, ne exinde maiora scandala alieque pravitates inter christifideles oriantur, de speciali commissione et mandato predicti reverendissimi domini Georgii archiepiscopi vestre et cuiuslibet vestrum discretionum insolidum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et alterum vestrum huiusmodi mandatum nostrum exequi recusantes seu recusantem trium dierum canonica monicione premissa a die exhibicionis presencium vobis fiendae computando ferimus, in hiis scriptis, districte precipientes committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus ac dum et quando cum presen-

tibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus ad predictos guardianum seu alium dictorum fratrum in ipso monasterio superiorem et dictos fratres personaliter accedatis, eosque in predicti reverendissimi domini Georgii archiepiscopi vel nostram peremptorie citetis presenciam, quos et nos harum serie sic citamus, ut ipsi tricesima secunda die a die huiusmodi citacionis de ipsis fiende computando, Strigonii coram predicto reverendissimo domino Georgio archiepiscopo vel nobis per dictum guardianum aut alios eorum procuratores vel excusatores de medio ipsorum cum plena informacione transmittendos legittime compareant ad respondendum super huiusmodi querelis vel saltem alias se legittime excusandum aut super premissorum veritate experiendum et experiri videndum et audiendum vel dicendum, et causam, si quam habuerint, racionabilem, cur premissa fieri non debeant, allegandum, certificando eosdem sic citatos, quod sive ipsi in dicto termino compareant, sicut prefertur, sive non, ipsis ulterius non citatis, servatis servandis, ad ulteriora procedemus ipsorum absencia vel contumacia in aliquo non obstante, et tandem seriem ipsius vestre citacionis cum nominibus citatorum ac quicquid in premissis feceritis, nobis suo modo conscienciose rescribatis, presentes in specie remittentes. Datum Strigonii quintadecima die mensis Januarii anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Valentinus de *Gyrmolth* notarius de mandato.

Eredetije papiroson, alján középütt piros pecséttel. ***Kassa v. lt.*** **18134. sz.**

Közli: Bunyitay Vincze.

111.

Róma, 1524 január 15.

VII. Kelemen pápa Ilona volt somlyóvásárhelyi apátnő panaszára megparancsolja a győri püspöknek, továbbá Lábady Pál és Kajáry István győri kanonokoknak, vizsgálják meg, jogosan fosztotta-e meg néhai Bakócz Tamás kardinális és pápai követ a benedekrendű apáczákat a vásárhelyi monostortól s jogosan adta-e át azt a premontrei apáczáknak, illetőleg kanonisszáknak? Ha nem úgy történt, akkor Ilona apátnőt helyezzék vissza.

Clemens VII. summus Pontifex episcopo Jauriensi et collegis demandat revisionem causae, ob legitime privavit ne quondam Thomas Cardinalis sanctimoniales ordinis sancti Benedicti monasterio Somlyó-Vásárhelyiensi.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 40. l. R.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

112.

Szeben, 1524 január 19.

Flaschner Farkas szebeni dékán, heltai plebános, a papság ellen intézett és éjnek idején mindenfelé elszórt gúnyiratok ismeretlen szerzőit és terjesztőit — miután ismételt idézésére meg nem jelentek — kiközösíti.

Volfgangus Flaschner arcium magister, Decanus Cibiniensis locique dicti in spiritualibus causarum auditor generalis et in Helta plebanus, uniuersis et singulis in Domino salutem ... Cum itaque, vt accepimus, luce clariore proditum est modico temporis decursu: quomodo quidam maligni spiritus consilio repleti, tanquam ignoti non tamen extra vehementen suspicionem positi, nocturno silencio, lucem odientes, in huius civitatis Cibiniensis plurimis locis criminum contestaciones latenter in chartis contra utriusque condicionis homines honoratos scribentes et honestati illorum detrahentes ac contradicentes proiecerunt. Quos ex cura nostre presidencie, cui immeriti presumus... in nostram per debita intervalla et per litteras nostras publicas in hijs valvis ecclesie Cibinien. peremptorie citauimus et evocauimus presenciam et audienciam... Sane autem huiusmodi terminis per nos omnibus prefixis atque decursis, ac dum pro tribunali sederemus, ad hoc nemine comparente aut exeunte, qui hec profiteri aut proponere voluerint: Nos nunc ex officio nostro ordinario... in hijs scriptis hac nostra sentencia diffinitiua mediante excommunicamus omnes et singulos, qui libellos famosos confinxerunt conscripserunt aut proiecerunt, ac etiam qui confictos conscriptos aut proiectos dolose publicauerunt aut consensum tante iniquitatis consilio prebuerunt. Et nihilominus eos a communione fidelium et perceptione corporis et sanguinis dominici excludimus ... Datum Cibinij feria tercia post veterem hominem in domo nostra consistoriali Cibiniensi, anno Domini Millesimo Quingentesimo vicesimo quarto. (P. H.)

Simon Schönman,
Notarius Capituli manu scripsit.

Eredetije a szebeni káptalan levéltárában I. 46. vagy 88. sz. az új lajstromozás szerint. — Egész terjedelmében közölte *Fabritius Károly:* Pemfflinger Márk szász gróf élete. Különös tekintettel a reformatió elterjedésére az erdélyi szászok között. Akadémiai székfoglaló értekezés. Budapest, 1875. 126—129. ll.

113.

Róma, 1524 január 22.

VII. Kelemen pápa értesíti II. Lajos királyt, hogy Campeggio Lőrincz biborost, mint pápai legátust, Németországba küldötte és hatáskörét egyszersmind Magyarországra is kiterjesztette. Ennélfogva Vio biborost Magyarországból viszszahivta, de Burgio báró mint pápai nunczius továbbra is ott fog maradni.

Cum ad nos per hos dies esset allatum, id Maiestati tuae propinquius et notius est, crescere in dies Germaniae tumultus haereticorum audacia concitatos, nos pro nostro officio, ad eos reprimendos, utque iis compositis, promtiorem tibi ac tuo regno defensionem pararemus, statuimus de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio dilectum filium nostrum, Cardinalem Campegium Legatum nostrum a latere illuc mittere, virum, ut tuae Maiestati notum esse potest, de illius provinciae moribus instructum, prudentia et doctrina conspicuum, Caesareaeque Maiestati et Archiduci Austriae, propinquis tuis, merito charissimum, eo quidem, et maxime, consilio, ut fortissima illa natione suae tranquillitati reddita, firmum tibi ex ea praesidium non ad sustinendos modo tuos nostrosque et sanctae fidei hostes, sed ad repellendos submovendosque nostra auctoritate tuorumque propinguorum favore procuremus.

Haec volentibus nobis, illud etiam venit in mentem, hanc tui regni et illius provinciae Legationem, ob coniunctionem animorum communemque fere causam, ab uno eodemque Legato nostro posse administrari, praesertim, cum tui regni securitas ab illius fere tranquillitate pendeat atque illic prius arma sedari oporteat, quam ad tuam defensionem converti; ipsum vero Cardinalem Campegium utrique rei parem et tuae Maiestati etiam amantissimum atque observantissimum esse. Quas ob causas dilectum filium nostrum Cardinalem S. Sixti, nostrum apud te Legatum, nobis plus hic quam ibi iam necessarium, ad nos vocandum duximus, ut eius opera et consilio, pro multa eius prudentia singularique doctrina, aliis in rebus utamur, quem sane primum omnem pecuniam, quam detulit, istic apud Fuggeros deponere iussimus, ad ordinationem nostram vel eiusdem Cardinalis Campegii promendam et erogandam.

Neve prorsus sine ullo nostro tua Regia sit, dilectum filium Io. Antonium de Burgio Baronem Siculum, istic cum eodem Legato degentem, de statu Legationis instructum, genere nobilem, moribus nobiliorem, doctrinaque et fide praestantem, Caesareae Maiestati

subditum et probatum, apud tuam Maiestatem remanere iussimus, ut illius dignitati et saluti studeat, mandataque hinc nostra, inde Cardinalis Campegii praedicti accipiat et exequatur. Haec nos pro tuae Maiestatis promtioribus commodis cogitavimus, sicut de nobis te opinari speramus, et nos te mereri fatemur. Nam non ideo Legatum istinc abducimus, quo tuarum rerum minor apud nos cura futura sit, cum tanto maior nobis impendeat, quanto illo decedente omne in nos onus recidit, quod illi istic manenti erat impositum. Quin potius Maiestas tua sibi persuadeat, si quid praesidii ab ullo Romano Pontifice tui praedecessores, si quid ipsa Maiestas tua a felicis recordationis Leone Papa X. praedecessore et patruele secundum carnem nostro, expectare aut consequi potuerunt, nos nulli praedecessorum nostrorum in amore erga Maiestatem tuam paterno, amorisque ipsius significationibus cessuros, sicut praestantia erga Deum tua ac tuorum merita, fususque pro sancta fide sanguis, sed etiam in nos atque hanc sanctam sedem beneficia expostulant. Quemadmodum etiam de his oratorem tuum alloquuti, scribere, dictumque Cardinalem Legatum Serenitati tuae coram exponere iussimus, cui cupimus per Serenitatem tuam plenam fidem adhiberi. Dat. Romae die 22. Januarii 1524.

Georg. Pray: Epistolae Procerum Regni Hungariae. Posonii, 1806. I. 166.

114.

Róma, 1524 február 20.

VII. Kelemen pápa tudósítja Szatmáry György esztergomi érseket, hogy báró Burgio Antalt újra nuncziusául küldi Magyarországba és buzdítja, hogy mint eddig, úgy ezután is szívén viselje a király javát és az ország védelmét.

— — Licet nuper fraternitati tuae iisdem, quibus ad tuas rescribebamus litteras, regni istius defensionem tutelamque commendaverimus, idque pro nostro potius officio, quam quod tua fraternitas, quae sua sponte in hoc fertur, hortationis indigeat, libenter fecerimus et frequenter facturi sumus: tamen revertenti in istud regnum dilecto filio Joanni Antonio Pulleoni, baroni Burgii, quem nos istinc nuncii nostri munere ob eius fidem et prudentiam dignum censuimus, mandavimus in eundem sensum nonnulla, quae tuae fraternitati, ad tuam quoque gloriam pertinentia, nostro nomine explicaret. Hortamur igitur illam, ut pro suo archiepiscopi et primatis dicti regni officio ac laudabili et Deo accepta consuetudine sua pergat, ut coepit, ac omni ope operaque invigilet ad illius

incliti regis, nostri in Christo filii charissimi, commodum, regnique eius a communi hoste defensionem: sicut de his tecum latius colloquetur idem nuncius noster, cui fidem adhibebis. Datum Romae, die XX. Febr. MDXXIV. pontificatus nostri anno I.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 251. *Katona* XIX. 429.

115.

Róma, 1524 február 20.

VII. Kelemen pápa üdvözlő, dicsérő és buzdító levele Tomori Pál kalocsai érsekhez.

— — Summa cum voluptate animi nostri audivimus, cum antea ab aliis, tum nuper a dilecto filio, Joanne Antonio Pulleone, barone Burgii, quem nuper istinc ad nos reversum, eodem nuncium nostrum remittimus, fraternitatem tuam ea esse fortitudine et pietate ac rei militaris scientia praeditam, ut quum isti inclito regi, nostro in Christo filio carissimo, eiusque exercitui dux adversus Turcas quaereretur: tu imprimis occurreris, cui et milites plurimum fiderent, et hostes virtutem reformidarent. Inde factum, ut quum tu ex veteri militia, praeclare a te olim gesta, in monasterium sub regula B. Francisci te inclusisses ac Deo altissimo famulareris: exinde rursus, flagitatione tui regis, ad militiam evocatus, ecclesiae Colocensi per fel. record. Adrianum PP. VI. praedecessorem nostrum in episcopum, a dicto rege in ducem exercitus constituereris; ibi scilicet, ut tuorum populorum animos salubriter regeres, hic, ut etiam corpora ab impio hoste defenderes. Benedictus igitur dominus Deus in sanctis et electis suis, pater misericordiarum et consolationis! qui etsi afflictiones permittat, in ipsis tamen afflictionibus refrigerium immittit. Nam ex milite monachum, ex monacho episcopum, ex episcopo ducem militum quum Deus te illi regno praestitit: facile suam benignitatem in eo ostendit, ducem suis fidelibus adversus suos hostes ex suo prope sinu et disciplina emittendo. In quo nos et pro caritate erga illud regnum nostra, et quod nostris temporibus datum videmus, summa in domino laetitia exultamus, gratiasque ei pro hoc munere agimus. Hortamur fraternitatem tuam potius ex affectu nostro, quam necessitate tua, ut pergas saluti et commodis sanctae fidei et istius incliti regis studere, ut antehac fecisti; neque enim plus aut maius possumus optare. Nam tua omnis vita, Dei servitio semper dedicata, nunc maxime pari pietate ac virtute

concludenda tibi est: quum et ducis exercitus, et pastoris animarum duplici te dignitate ipse Deus decoraverit. Nos quidem tibi quaedam, quae nuper a nobis postulasti, libentissime annuimus; verum altius animo et memoriae nostrae inhaeret inhaerebitque virtus tua, quam, ut debemus, peculiari amore prosequemur, quicquid occasionis in te ornando se obtulerit et per Deum nobis licuerit. Quemadmodum haec pluribus verbis dicet idem nuncius noster, cui fidem adhibebis. Deus te benedicat, venerabilis et fortissime frater, tibique ipse adsit et se ducem praebeat ad gloriam sui nominis et defensionem fidei sanctae. Datum Romae, die XX. Febr. MD. XXIV.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 255. *Katona* XIX. 430.

116.

Róma, 1524 február 20.

VII. Kelemen inti Várday Pál királyi kincstárost, hogy nunicusának, Burgio (Pulleo) Antal János bárónak mindenben, a mi Magyarország védelmére és közjavára szolgál, segítségére legyen.

Clemens Papa VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Redit in Hungariam nostro iussu dilectus filius Johannes Antonius Pulleo Baro Burgii, Nuntius noster, quem nos huic muneri ob fidem, prudentiam et solertiam eius parem iudicavimus. Is tecum nostro nomine aget nonnulla ad Dei honorem ac istius Regni, cuius peculiarem curam gerimus, tutelam et tuam quoque gloriam pertinentia. Hortamur te, ut sicut hactenus fecisti, ad istius inclyti Regis, nostri in Christo filii carisssimi, commoda et dignitatem, salutemque communem invigiles atque eidem Nuntio nostro plenam fidem adhibeas. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XX. Februarii M. D. XXIIII. Pontificatus nostri anno primo.

Be. El. Cremonensis.

Kívül: Dilecto filio Paulo de Vaarda nominato (elmosódott szó) Wesprimiensi, Regio Thesaurario.

Hártya, piros zárópecsét nyomaival. — *Esztergomi primási levéltár:* XII. 82.

Közli: Bunyitay Vincze.

117.

Róma, 1524 február 20.

Kelemen pápa meleghangú, magasztaló levele Bornemisza János ispánhoz s budai várkapitányhoz.

— Nobilitatis tuae studium ac pietas fidesque inconcussa erga maiestatem carissimi in Christo filii nostri Ludovici, Hungariae et Bohemiae regis illustris, tum erga hanc sanctam Sedem observantia, multis piis consiliis atque actionibus semper perspecta iam pridem nobis audita, nuper renovata in animo nostro est: tum lectis litteris ad nos tuis, tum dilecto filio Joanne Antonio Pulleone, barone Burgii, nuncio nostro, plenius referente. Ex eius enim sermone, id quod tuarum quoque litterarum exprimebat affectus, plane cognovimus, quam tuo regi fidelis et carus, quam Sedi Apostolicae obsequens, quam boni publici amator sis: ut neque te senes consilio, neque adolescentes sollertia superent in omni pia actione et suscipienda et perficienda. Iam vero, quod venerabilem fratrem Paulum Tomorium episcopum Colocensem, olim seculi militem, nunc animarum pastorem et militum ducem contra Dei hostes, ex tua disciplina et prope sinu emisisti, pro cumulo tuarum laudum et nostri in te amoris accedit. Cuius nos quidem episcopi postulata, et illius, et tui causa, libenter exaudivimus: prout aliis nostris litteris abunde expressum est. Te igitur, dilecte fili, quem tot piis, sanctis operibus clarum, tot etiam nobis testimonia carum efficiunt, quo affectu possumus, paterne hortamur ad extrema haec quoque tuae aetatis sanctis officiis atque actionibus concludenda, ut Deo, cui longitudinem dierum, cui tot dona felicemque vitae cursum debes, reddas pie et gloriose spiritum, in optimis et Deo acceptis rebus semper versatum. Nam quum ipsi omnipotenti Deo in sua sancta fide, in tuo inclito rege eiusque regno tuendis, animoque et corpore tamdiu in terris ac tam sedulo inservieris: reliquum est, ut gloriam palmamque pietatis tuae in coelis adipiscaris, quam Deus tui similibus promisit. Nos, qui istius regni peculiarem ac paternam curam gerimus, in tua probitate et virtute spem magnam reponimus et pro his nos tibi debere fatemur ac in dies fatebimur, nec unquam tibi pium assensum nostrum ulla in re, quoad per Deum licuerit, denegabimus. Quemadmodum haec tecum latius aget nostro nomine idem nuncius noster, cui plenam fidem adhibebis. Datum Romae — die XX. Febr. MDXXIV.

Schmitth, Episcopi Agrienses 253. *Katona* XIX. 433.

118.

Róma, 1524 február 20.

VII. Kelemen pápa levele Werbőczi Istvánhoz. Dicséri, hogy királyát és hazáját híven szolgálja.

Dilecto filio Stephano Verbőczy Locumtenenti personalis praesentiae regis Hungariae. — Dilecte fili, salutem etc. Dilectus filius Joannes Antonius Pulleo Baro Burgii, quem Nuncium istuc remittimus, cuique ob prudentiam, fidem et solertiam eius hoc munus recte mandari iudicavimus, plene nos docuit de tua prudentissima mente ac pia voluntate in isto regno, cuius cura nobis praecipua est, salubriter administrando et fortiter defendendo. In quo etsi tuum officium facis, ubique inclyto regi, a quo magna es consequutus et maiora sperare potes, operam et obsequium praestas: tamen scire te volumus, eorum, quae pie fecisti et facies in eiusdem regni commodis et dicti regis honore procurandis, nos gaudium ut pii patris capere, atque ob id tibi ac ceteris, qui in idem annituntur, paternae nostrae dilectionis debitores esse. Quare te, quem in minoribus constituti dileximus, et deinceps sumus uberius cum Domino dilecturi, de praeterita tua probitate in eodem Domino commendantes hortamur, de cetero similiter agas, et nostrum ac dicti regis, imo Dei omnipotentis, cuius fidei causa agitur, amorem ampliorem provoces, sicut alias ad te scripsimus, ac etiam de his latius eundem Nuncium nostrum tecum colloqui iussimus, cui fidem adhibebis. Datum Romae die 20. Febr. 1524. pontificatus nostri anno primo.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 250. *Pray*, Epistolae Procerum Regni Hung. I. 173.

119.

Szeben, 1524 február 23.

Flaschner Farkas dékán Mild Jánost, a szebeni iskola igazgatóját, kit a közvélemény a papok ellen intézett gúnyiratok szerzőjének tartott, márczius 1-re bírói széke elé idézi.

Volfgangus Flaschner etc. Honorabilibus et discretis N. et N. capellanis et presbiteris in Cibinio salutem in Domino... cum clamorosa fama passim apud graves et honestos sit divulgatum horribile crimen diffidencie contra et adversus reverendum Johannem Myldt ludilitterarii Cibiniensis gubernatorem, cuius opinio (ut intelligimus) apud bonos et graves multum lesa existit... mandamus

itaque atque committimus vobis... quatenus.. accedatis dictum Johannem Myldt atque ipsum ad instanciam officii et fisci nostri in nostram peremptorie citetis presenciam, quatenus feria tercia post Oculi[1] in domo nostra consistoriali compareat, crimen, de quo publica laborat infamia, legitime diluiturus et purgaturus, alioquin etc... Seriem vero execucionis vestre et quitquid in premissis feceritis, nobis suo modo conscienciose referatis aut rescribatis. Datum Cibinii vicesima tercia Februarii anno domini 1524.

(P. H.)

Kívül: Executio contra ludimagistrum Hioannem Myld per Ambrosium et Egidium Capellanos Cibinienses.

Eredetije a szebeni kápt. levéltárban Conv. I. 37. vagy az új lajstromozás szerint 78. sz. — Közölve *Fabritius K.* id. m. 129—130. ll.[2]

120.

Szeben, 1524 február 27.

Ugyanaz ugyanazon napra (márcz. 1.) megidézi Medgyesi Clementis János áldozópapot, hogy magát az erkölcstelen életmód vádja alól tisztázza.

Volfgangus Flaschner Decanus Cibiniensis, in Helta plebanus, honorabilibus et discretis N. et N. capellanis in Cibinio, ut qui presentibus requisiti fueritis, salutem in Domino. Quum magnis frequenter provocamur clamoribus de insolencia nonnullorum clericorum, qui vitam inhonestam dignitatique clericali turpem et contrariam transigere et ducere videntur, quatenus illorum excessus emendentur atque severitate canonica castigentur: itaque inter alia gravis querela nostras personuit aures, quomodo quidam Johannes Clementis de Megies assertus presbiter, anime sue salutem posthabendo, detestabilibus se negociis et actibus nephariis immiscet, horarum debitarum pretermissionibus notatus ac prophanorum operum temerarius executor. Que omnia nobis haud tolleranda videntur. Ob id vobis in virtute salutaris obediencie et sub excommunicacionis pena firmiter precipimus et mandamus, quatenus mox

[1] Márczius 1.

[2] A szebeni káptalan *A)* jegyzőkönyve 63. lapja szerint: «1524. Mart. 1. Reverendus Baccalaureus Hioannes Myld Rector scolarum Cibinien. citatus ex officio domini decani, ut se purgaret ab infamia contra ipsum volante, alias debeat castigari juridice. Qui petiuit terminum deliberandi, quem etiam obtinuit ad quindenam». *Fabritius* 43. lap.

receptis presentibus accedatis dictum Johannem Clementis de Megies eumque nomine nostro et ad instanciam officij nostri publice et peremptorie in nostram citetis presenciam, quatenus feria tercia post Oculi in domo nostra consistoriali compareat ad audiendum obiecta atque eadem diluiturus et purgaturus, alioquin eundem penam canonicam subiturum; certificantes eundem, quod sive in dicto citationis termino comparuerit sive non, Nos eo nihilominus non ultra nisi per edictum in valuis ecclesie Cibiniensis vocato, prout iustum fuerit, tanquam in contumacem et convictum procedemus. Datum Sabbato ante Oculi anno domini 1524.

Diem vero execucionis vestre una cum presente citacione nobis ad diem eundem referatis.

(P. H.)

Kívül: Presentata est presens execucio per Dominum Clementem anno domini 1524 prima die mensis Marcii in sede Capituli Cibiniensis.

Eredetije a szebeni kápt. levéltárban, Convol. I. 41. vagy az új lajstromozás szerint 80. sz. — Közölve *Fabritius K.* id. m. 130—131. ll.[1]

121.

Pannonhalmi vár, 1524 február 28.

Máté apát és a konvent «Georgius Gregorii de Korenycza diocesis Segniensis, aulicus regius, apostolica auctoritate Thabellio publicus» Alföldy Péter és Ettey János pannonhalmi várnagyok és Dögy István udvarbíró előtt meghatalmazottjaikká kinevezik: «Martinum de Thyrnavia alias Abbatem, Georgium de Rada priorem, Michaelem de Jaurino custodem, Michaelem de Lazy, et Urbanum presbiteros monachos, socios ipsorum conventuales».

Mattheus, archiabbas sacrimontis Pannoniae socios suos procuratores constituit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban. C. LIX. l. Cz.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Minthogy az első idézésre nem jelent meg, márczius 15-ére másodszor is megidézték; de ekkor sem jelenvén meg, a káptalan azt végezte, hogy ha Szebenbe jő, karhatalommal vezettessék elő. «1524. 15. Mart. Accusatur contumacia domini Hioannis Clementis de Megyesch evocati, qui dixit se omnino non velle comparere, et decernitur contra eum: Quod dum pervenerit Cibinium, adducatur manu violenta ad videndum se excommunicatum». Kápt. *A)* jegyzőkönyv 67. l. *Fabritius* 43.

122.

1524 elején (apr. 7. előtt).

II. Lajos király kéri a pápát, hogy a pannonhalmi főapátnak adott kiváltságokat vonja vissza.

Sanctitati vestre pauca perscriberem, que nisi ex me, cui ipsarum ecclesiarum cura precipua est, intelligeret, illarum commoditati, quietique ac bono statui[1] commode prospici non posset.[2] Sunt in regno meo Hungarie plures Abbatie ordinis sancti Benedicti, que omnes unum caput habent, fratrem Matheum, Abbatem sancti Martini sacri montis Pannonie. Is ubi habenas loci[3] gratia paterne Maiestatis adeptus est, ut relatione fidedigna didici, regnante ipsa paterna Maiestate et me tunc teneram puberemque[4] etatem agente, non contentus eo titulo, quo sui predecessores utebantur, apud Pontifices illius temporis procuravit effecitque, ut Archiabbas vocaretur. Que res michi molesti non fuit, cum id citra aliarum ecclesiarum preiudicium ordini decori ornamentoque esse videtur. Verum non contentus tam insigni titulo, non satis cognitum, quo pretextu, impetravit tandem multas alias immunitates exempcionesque et privilegia ab eisdem Pontificibus in preiudicium et magnum detrimentum omnium ecclesiarum episcopalium predicti regni mei partiumque eiusdem et imprimis ecclesie Strigoniensis, que et caput et metropolis est omnium aliarum. Per huiusmodi enim tanta acquisita privilegia maxime id egit, ut se suosque Abbates a prelatorum iurisdictione in quandam insolitam inconsuetamque[5] libertatem assereret ipsisque suis superioribus se parem redderet. Quo factum est, ut quantum sibi suoque ordini acquisivit incrementi, tantundem ecclesiis aliis detraxerit. Que res, etsi nescio quid utilitatis ordini attulerit, licentiam certe attulit, qua et fratres et patres eiusdem ordinis, a suorum Prelatorum exempti potestate atque cura, intra suos terminos liberius victitent idque, si non cum dispendio salutis eorum, at non sine predictarum ecclesiarum episcopalium et imprimis ecclesie Strigoniensis, que multis variisque modis tum a regibus tum a summis pontificibus retroacti temporis privilegiis decorate sunt, et que onera defensionis regni mei maxima ex parte sustinent, summo

[1] Az eredetiben: statu.
[2] Hibásan: posse.
[3] Hibásan: habens locum.
[4] Hibásan: puheremque.
[5] Hibásan: inconsuetudinemque.

detrimento. — Que omnia ecclesiarum gravamina et hanc ipsis per ipsum Archiabbatem ceterosque ordinis eiusdem Abbates procuratam iniuriam, fidelis noster venerabilis Stephanus Brodarius[1] utriusque iuris doctor, prepositus Quinqueecclesiensis orator meus fusius apertiusque coram Sanctitate vestra declarabit. Cum itaque Sanctitati vestre maxime intersit ecclesiarum quieti et paci atque etiam libertati consulere, ipsam plurimum rogo supplicoque eidem humiliter, dignetur pro sua singulari in ecclesias Dei sollicitudine et pietate pro meaque in Sanctam Sedem Apostolicam observancia oratorem meum clementer exaudire et re ab eodem intellecta paterne providere, ut[2] privilegia, quecunque vel prefatus Archiabbas vel alii eiusdem Abbates contra ius atque pium contra immunitates predictarum ecclesiarum episcopalium maxime autem ecclesie Strigoniensis vel a prioribus Pontificibus vel a Sanctitate vestra quocunque modo acquisivissent, revocentur et episcopi prelatique tum ecclesie Strigoniensis tum etiam aliarum ecclesiarum in suam dignitatem auctoritatemque et iurisdictionem restituantur, nec patiatur Sanctitas vestra, ut quispiam post hec simile fratribus ipsis donet.[3] Non autem peto novi quippiam, non ut aliquid ordini dematur et neque ut Abbatis iniuria fiat, verum hoc cupio, ut ea, quam ipsi aliis intullerunt, depellatur et regum[4] summorumque Pontificum concessa eisdem ecclesiis libertas vetustissima, iusta et sancta de cetero conservetur. Hoc pacto Sanctitas vestra episcopis nihil adiiciet,[5] abbatibus nichil adimet,[6] utrumque autem ordinem in sua quemque dignitate conservabit et controversiis, que ultro aut citro eius rei gratia non parve moveri cepte sunt, modum imponet etc. (Más kézzel és tintával 1523. Legalul pedig a másoló nevének kezdőbetűi: M. T.)

Máté főapát alul ezen megjegyzéseket teszi e folyamodványra:

«Ecce inimicus religionis tunc Georgius archiepiscopus Strigoniensis, quia, prout voluit, effecit apud Regem Ungarie. Regebatur per ipsum.[7] Scribit caput esse et Archiabbatem Abbatem sancti Martini.

[1] Igy. Helyesen: Brodarich.
[2] Az eredetiben hibásan: ac.
[3] Hibásan: donetus.
[4] Hibásan: regnum.
[5] Hibásan: adiciet.
[6] Hibásan: adivnet.
[7] E szavakból kétségtelen, hogy a fentebbi levelet Lajos még Szatmáry György érsek életében írta. Szatmáry pedig 1524 április 7-én halt meg. A levél másolata azonban már Szatmáry halála után jutott Tolnay Máté kezéhez, tehát 1524 elején kelhetett.

Si caput, cur non obtemperant membra capiti et sunt rebelles roganti? Ut auctoritas summi Pontificis et neque licet, ut inferior, ut ordinarii, suo velle et lucro derogent auctoritati superioris, Petri et Pauli apostolorum, vicario Christi».

Kívül egykorú kézzel még e jegyzetek:

«Iura communiter, pontifices et decreta conciliaria mandant omnibus archiepiscopis et aliis diocesanis compellere sub sua diocesi abbates ad capitulum. Hic autem Strigoniensis prohibet ne ad me quidem veniant contra omnes canones».

«Ultra hec omnia dominus Strigoniensis unum parum Breve, si non sit contrarius capitulo, prout neque contra, imo auxilio et favore, prout Sedi Apostolice placere et obtemperare et eius gratiam prosequi. Similes pulchre.»

«Et ad regem, sed apertius similes.»

«De uno bono aromatario.»

«Imago beate Virginis ad populum una.»

«Ex quo rex scribit pro confirmatione privilegiorum ecclesie ad Pontificem, experiantur (?) tam super capitulo celebrando quam electione canonica abbatum eiusdem ecclesie iuxta sua privilegia.»

«De fratre Blasio Augustino quatuor coronatorum referatur, si ille intruderetur, non remanerent fratres cum ipso, sed vel quatuor ille carnibus vesceretur (így) et deambularet et nostras sequeretur etiam ea paupertate. Quid tunc foret? Extingueret divinum cultum et nunquam recuperaretur.»

«Propterea regi papa scribit, quod conservet privilegia ecclesie secundum suam fundationem et in nullo infringat. Pulchre.»

«Ad Baronemque, ut efficiat et rex admittat successorem eligere et consentiat, prout consuevit.»

«Magna fieret confusio sic in ordine et destructio, imo ostendatur dispensatio subdola (?) de transeuntibus de religionibus ad religiones. Prohibent iura et bulla concilii Constanciensis, ne de ordine mendicantium acceptari possint ad ordinem sancti Benedicti, et ne acceptarentur. Ne promoveri possint in aliquam dignitatem, si qui tales essent. Ne acceptentur et ne promoveantur imo deponantur, si hij aliqualiter id effecissent apud Sedem Apostolicam. Sint rupte (?) tanquam mole exposita (így). Non propter Deum id fieret, imo causa sua...»

Egykorú másolat a pannonhalmi rendi levéltárban c. 61. l. X.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

123.

Buda, 1524 márczius 8.

II. Lajos király leveléből Brodarics Istvánhoz, római követéhez. — Vajha sikerüljön Campeggio biboros pápai követnek Németországot a lutheránus eretnekség ragályos betegségéből kigyógyitani.

— — — — — — — — — — — — — — —

«Reverendissimum Dominum Cardinalem Campegium in Germania Legatum tanta virtute atque auctoritate praeditum venire, qui de rebus quoque nostris agendi mandatum habeat, gaudemus non mediocriter, optamusque eiusdem adventum utilem rei publicae Christianae ac salutarem fore, ut pariter illam tabem et morbum pestilentissimam Lutheranae haeresis, qua laborat Germania, tollere ac sanare, et illos Principes ad arma in Turcos sumenda acrius et vehementius posset inflammare.»

Georg. Pray: Epistolae Procerum Regni Hungariae. Posonii 1806. I. 180.

124.

Buda, 1524 márczius 9.

II. Lajos király megrója Nagy-Szeben város és a szebeni szék elüljáróit, a miért az egyházi joghatóságot háborgatni, sérteni, annak ellenszegülni és abba beavatkozni merészkednek s felsorolván erre vonatkozólag több esetet (különösen, hogy a tanács a bongárdi plebánost önhatalmulag letette s helyébe mást erőszakolt be), kijelenti, hogy valamint őket jogaikban megvédeni kész, úgy viszont akarja, hogy senki az egyházi joghatóságot csak a legkisebb dologban is meg ne sértse; s ha mégis tenné, az érseket s a dékánt ezennel felhatalmazza, hogy jelen parancsa áthágói ellen az egyházi jog szerint járjanak el s őket minden úton és módon engedelmességre kényszerítsék.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris, prudentibus ac circumspectis Magistro civium, Judicibus nostris Regio et Sedis, ceterisque Senioribus et Juratis civibus Civitatis nostre Cibiniensis aliarumque civitatum, oppidorum, villarum et possessionum tam nostrarum, quam aliorum quorumcunque sub Decanatu Cibiniensi et iurisdictione Ecclesie Metropolitane Strigoniensis constitutis et existentibus, presentibus et futuris, presentes visuris, salutem et graciam. Ex querelis gravissimis fidelis nostri nobis sincere dilecti Reverendissimi in Christo Patris Domini

Georgii Archiepiscopi Ecclesie Strigoniensis, Primatis Hungarie, Legati nati, summi et secretarii Cancellarii nostri etc. non sine gravi animi nostri displicentia accepimus, multos ex vobis fore, qui non curantes libertatem, privilegia et iurisdictionem prefate Ecclesie Strigoniensis, primum a divis condam regibus Hungarie felicium recordationum ante multa secula eidem concessam, deinde a summis quoque Sancte Romane Ecclesie pontificibus roboratam et confirmatam turbare, violare et temerare in infrascriptis articulis aperte contra Deum et eius iustitiam veteremque consuetudinem semper observatam, contra denique ipsum Georgium archiepiscopum, decanumque sive vicarium suum in spiritualibus, isthic in medio vestri constitutum ac iurisdiccionem dicte ecclesie sue Strigoniensis semper hucusque observatam, vos ipsos opponeretis et in eandem iurisdiccionem intromitteretis. Primo quod, dum aliqua causa mere prophana inter clericos et personas ecclesiasticas suscitaretur, vos eam libere, non curata requisicione ipsius decani sui, apud vos propterea facta vel fienda, adiudicaretis, immo non modo adiudicaretis, sed litigatores eciam et causantes spirituales compelleretis ad standum coram vobis iuri, neglecta iurisdiccione ipsius decani. Deinde dum decanus ipse interdictum et censuras ecclesiasticas in rebus iustis alicui plebanorum vestrorum imponeret, vos eundem plebanum compelleretis ad divina coram vobis pro libito vestro celebranda; alioquin minaremini ei, vos eum de plebania ipsa deposituros, aliumque loco eius suffecturos. Item quod nunc eciam de facto in quadam possessione nostra Bongarth vocata, iurisdiccionis Strigoniensis, plebanum eiusdem loci propria vestra auctoritate et absque vlla Decani ipsius revisione vel inquisicione iuridica deposuissetis, et loco eius alium Plebanum contra Deum et eius iusticiam intrusissetis, a Decano ipso, prout moris esset et consuetudinis, non confirmatum; quem contra religionem Christianam nunc quoque isthic violenter teneretis et foveretis. Item quod, dum Decanus ipse in visitatione sua, vel in alijs preventionibus crimina notoria inter personas vobis subditas deprehenderet, vos resisteretis propria vestra auctoritate, ne eiusmodi criminosi homines et manifesti notorij de iure per Decanum emendarentur in animarum suarum salutem; et si qui etiam pro pena aliqua mulctarentur, mulctam eandem pro vobis accipere conaremini. Preterea in aliquibus locis decimas quoque frugum, bladorum, apum et aliarum rerum decimari solitarum, plebanis vestris, sub Decanatu ipso Cibiniensi constitutis, contra preceptum Salvatoris nostri, et eciam constituta sanctorum Patrum, atque eciam contra veterem et ab antiquo observatum

morem ac salutiferam consuetudinem exsolvere nolletis. Que omnia cum mere contra decreta summorum Pontificum et etiam singularia privilegia Ecclesie ipsius Strigoniensis, ab immemorabili tempore semper firmiter et inviolabiliter, tam in medio vestri, quam in alijs suis Diocesibus observata, per vos presumptuose fiant et committantur: non possumus non a vobis id gravissimo molestissimoque accipere animo. Nos enim vestigijs divorum condam Regum Hungarie inherere in omnibus cupientes, sicuti vos in vestris iuribus parati sumus conservare et defendere: ita volumus omnino, ut iurisdictio eciam Ecclesiarum Dei immunis et inviolata observetur, et ut privilegia libertatesque ecclesie prefate Strigoniensis, etiam in minima re, nostri tempore vel per vos vel per alios quoscunque subditos nostros non violentur aut perturbentur. Quapropter volumus et Fidelitati vestre vestrumque cuilibet harum serie firmiter committimus et mandamus, aliud nullo modo habere volentes, quatenus a modo imposterum vos ad iurisdictionem et libertatem eiusdem ecclesie Strigoniensis aliquomodo, sive directe sive indirecte, vel alio quovis quesito colore turbandam, nullomodo intromittere presummatis, sed more maiorum vestrorum in omnibus rebus iustis ad iurisdictionem eiusdem ecclesie Strigoniensis spectantibus vos servare et accommodare teneamini; et si etiam aliquid contra illa per vos hactenus fuisset attentatum, hoc ipsum statim rectificetis, reformetis et emendetis, et contra Decanum ipsius Domini Georgij Archiepiscopi in rebus spiritualibus iuste istic procedentem vos non opponatis. Nam si secus facere attemptaveritis et iurisdiccionem libertatemque ecclesie prefate Strigoniensis ac legittimas veteresque consuetudines Decanatus ipsius Cibiniensis violare vel turbare presumpseritis, vel aliquis vestrum presumpserit: annuimus et concessimus annuemusque et concedemus per presentes eidem Domino Georgio Archiepiscopo et dicto Decano suo, ut contra vos et quemlibet vestrum contra hoc mandatum nostrum attemptaturum, Iure Ecclesiastico agat, ac omnibus vijs et modis pro premissis omnibus faciendis, eciam per gravamina Ecclesiastica, contra vos procedat, et vos ad observanda premissa compellat, Auctoritate eciam nostra eidem in hac parte plenarie attributa, et Iurisdictione sua mediante. Aliud igitur in hijs nulla racione facere presummatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta proxima post Dominicam Letare. Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quarto. (P. H.)

A szebeni káptalan levéltárában 81. sz. a. levő eredetiről közölve *Fabritius*, Pemfflinger Márk 131—133.

125.

Buda, 1524 márczius 9.

II. Lajos király nagy visszatetszéssel értesült arról, hogy ama bizonyos, a pápa által már régen kiközösített Luther Márton istentelen tanai és iratai a szebeniek közt általánosan elterjedtek s visszhangra találtak; ugyanazért rendeli, hogy a tanács mind Nagy-Szebenben, mind a hatósága alatt álló egyéb helységekben kutattassa fel Luther iratait, azokat nyilvánosan égettesse meg s tegye közhírré, hogy jószágvesztés terhe alatt senki se merészeljen efféle iratokat eladni, venni, olvasni és magyarázni.

Comissio propria domini Regis.

Ludovicus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Magistro civium ac Iudicibus nostro Regio et Sedis ceterisque Iuratis senioribus civitatis nostre Cibiniensis salutem et graciam. Non sine animi nostri displicentia accepimus dogmata sacrilega cuiusdam Martini Lwtheri, iam pridem a Sancta Sede Apostolica vnacum sequacibus eius excommunicati, adeo mentes hominum vbique obcecasse: vt veritate Ewangelica institutisque sanctorum patrum relictis, doctrine eius et libelli per eum conscripti wlgo ab omnibus in medio vestri manuteneantur legantur et observentur. Quae quidem assertiones et libelli eiusdem Martini Lwtheri cum sint contra veritatem ipsam, et sint etiam per sanctam Sedem, vt diximus, Apostolicam iampridem excommunicati: vehementer nobis displicet, vos quoque et conciues ac mercatores vestros, aliosque istius civitatis nostre inhabitatores, libellos eosdem vendere emere et tractare iam cepisse. Cum autem vestigijs diuorum condam Regum Hungarie nostrorum predecessorum inherentes officij nostri intersit, fidem et religionem nostram christianam, ne ab hereticis excommunicatis eadem inuadatur et contaminetur, vbique in hoc regno nostro et partibus ei subiectis illibatam conseruare: volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime sub amissione omnium bonorum vestrorum committimus et mandamus, quatinus statim acceptis presentibus tam in ista ciuitate nostra Cibiniensi quam in alijs locis vobis subditis assertiones, figmenta et libellos prefati Martini Lwtheri tanquam excommunicatos vicatim et per singulas domos requiri, inuentosque publice comburi, et deinde publicari palam facere debeatis: Ne quispiam cuiuscunque conditionis eiuscemodi dogmata, assertiones et libellos eosdem vendere, emere, legere aut tractare sub pena confiscationis omnium bonorum suorum presumat. Alioquin committimus rursus vobis seriosius, vt rebelles quosque et contumaces ac huiusmodi man-

dati nostri transgressores, si qui reperti fuerint, pena premissa puniatis, authoritate nostra presentibus vobis in hac parte plenarie concessa mediante. Aliud in premissis nullo modo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta proxima post Dominicam Letare, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

(P. H.)

Egyszerű papirra írt, kir. nagypecsétes eredetije a szebeni káptalani levéltárban 82. sz. a. az új lajstromozás szerint. — Közölve *Fabritius* Károly: Pemfflinger Márk szász gróf élete. Budapest, 1875. 134. lap. — Lenyomatták már előbb: *Ollard* Concio solennis etc. 26. *Schmitth* Episcopi Agrienses II. 226. *Pray* Specimen Hierarch. Hung. II. 224. *Katona* XIX. 390. (a két utóbbi 1523 május 2-iki hibás keltezéssel) és mások.

126.

Komárváros, 1524 márczius 10.

Keres-szegi Benedek komári domonkosrendű perjel a gyóntatás végett Barátiba menő Benedek miséspapnak ajánló levelet ad.

Per me fratrem Benedictum de Keres zegh, priorem conventus Camariensis, ordinis Predicatorum, missus religiosus frater Benedictus sacerdos ad Barathi et ad partes circa adiacentes pro auditione confessionis confiteri volentium, rogantes omnes et singulos, ipsum benigne suscipere charitativeque tractare ob remunerationem mercedis vite eterne. In cuius rei testimonium sigillo, quo utor, munire curavi. Datum ex prefato conventu feria quinta post Dominicam Letare anno Domini 1524.

Manu propria qui supra.

Eredetije ép pecséttel a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 64. l. Oo.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

127.

Róma, 1524 márczius 11.

VII. Kelemen pápa a szigorú ferenczrendűeknek megengedi, hogy a somogymegyei körmendi klastromot elhagyhassák.

Clemens papa VII. Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quod alias bone memorie Thomas tituli sancti Martini in montibus presbyter cardinalis Strigoniensis, postquam ipse tunc in humanis agens, fratres Ordinis

Heremitarum sancti Augustini tunc in domo seu loco de Kermend Wesprimiensis diocesis nuncupato degentes vigore quarundem literarum felicis recordationis Leonis pape X. predecessoris nostri ab eadem domo amoveri ac fratres vestri ordinis in ea sub certis poenis et censuris ecclesiasticis introduci procuraverat, domum ipsam vetustate dirutam decenter instaurare et ad omnimodam integritatem cum omnibus officinis pro usu vestro necessariis reducere promisit; tamen prefato Thoma cardinali talibus forsan maioribus negotiis impedito seu morte prevento domus ipsa diruta et inperfecta conspicitur magno cum vestri ordinis et provincie predictorum onere, divinique cultus diminutione. Quare cum ad ipsam domum instaurandam vobis non suppetant facultates et vos, qui eam modo premisso recepistis, non speratis et per dominum in temporalibus dicti loci, qui post mortem prefati Thome cardinalis sepius a vobis requisitus fuit, instaurandam fore, nobis humiliter supplicari fecistis, ut vobis domum eandem dimittendi licentiam concedere ex benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur vestre regularis observantie commoda et profectum summopere affectantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, devotioni vestre domum predictam et quecunque alia in eadem provincia consistentia vobis incommoda et onerosa loca in ordinariorum seu dominorum eorundem locorum manibus libere dimittendi et illorum fratres ad aliquas alias domos ordinis et provincie predictorum cum bonis et ecclesiasticis ornamentis quibuscunque tam inibi existentibus, que tamen privatos non habeant dominos, quam per vos illuc delatis transeundi, pie memorie Bonifacii pape VIII. et predecessoris nostri prohibentis loca vestra semel recepta deseri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac domorum ac ordinis predictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, apostolica auctoritate tenore presentium omnimodam licentiam concedimus et facultatem. Datum Rome sub annulo piscatoris die XI Martii MDXXIIII. pontificatus nostri anno primo.

Be. El. Cremonensis.

Kívül: Dilectis filiis ministro provinciali ac custodibus et gvardianis Ordinis Minorum regularis observantie provincie Ungarie Salvatoris nuncupate.

Pergamenre írt eredetije a ferenczrendűek gyöngyösi levéltárában. Pecsétje lehullott.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

128.

Kolosmonostor, 1524 márczius 10.

Coram conventu Colosmonostoriensi «Honorabilis Johannes Kleen, decretorum doctor, plebanus Kolosvariensis» silvam in territorio ville Soma coemit.

Eredetije a kolosmonostori konvent levéltárában. Kol. 146.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

129.

1524 márczius 14.

Báry Antal kisbári helység Lászlóhegye nevű részén bírt szőleit a pálos remeték Ujhely melletti klastromának hagyományozza.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indictione quarta decima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini Domini miseratione divina Clementis septimi,[1] mensis Martii die quarta decima, hora sexta vel quasi ante meridiem, in mei Notarii publici subscripti, testiumque infrascriptorum presentia, in ecclesia parochiali possessionis Kysbari pretextu cuiusdam vinee seu quarundam vinearum in promontorio dicte possessionis Kysbari Lazlohegye vocato[2] sitarum et habitarum, providi et circumspecti Blasius et Ambrosius uterque Beke nuncupati de sepefata Bari per venerabiles et religiosos Fratres Heremitas Ordinis Sancti Pauli etc. de prope Wyhel in monasterio ad honorem beatissime Virginis fundato degentes ad hoc specialiter requisiti et adducti, manu stipulata et sacramento deposito fassi sunt in hunc modum: primo siquidem prenominatus Blasius Beke perhibuit, quod omnes ille vinee in promonthorio Lazlohegye pretacto existentes, quas Fratres Heremite antedicti iure testamentario requirunt, sunt emptitie, nobilis enim quondam Franciscus de Bary ipsas vineas a villanis propriis sumptibus et expensis comparaverat; imo confessus est, quod unam illarum vinearum ab ipso pro duobus bobus emerat et sic tandem easdem vineas omnes et singulas suus filius Anthonius similiter Bary nomine dictis Fratribus Heremitis moriens legavit. Itemque secundus testis Ambrosius similiter Beke dictus seorsim sub iuramento, ut prefertur, inquisitus per omnia simile perhibuit testi-

[1] Az eredetiben: octavi.
[2] Az eredetiben: vocate.

monium. Illud quoque non pretereundum puto, quod dum hec agerentur, contigit illo advenire etiam nobilem Albertum Bary, actorum Fratrum Heremitarum pro parte dictarum vinearum emulum capitalem et adversarium, qui stomachans et invehens contra nos, potissime vero contra me Notarium infrascriptum, ex quo in executione negotii predicti procederem, semel et iterum spontanea voluntate coram omnibus illic existentibus publica voce confessus est: quod ipsas vineas supranominatas antedictus Franciscus Bary, suus frater carnalis, propriis expensis et rebus comparaverat et non a progenitoribus suis ad ipsum devolute sunt. Super quibus omnibus venerabilis Pater Frater Stephanus in dicto monasterio protunc Vicarius unacum suis Fratribus in persona totius Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Pauli Primi Heremite petiit et rogavit, ut causa maioris firmitatis evidentiorisque iustitie unum superinde conficerem publicum instrumentum iuxta consvetudinem tabellionis manifesti et Notarii publici, quod et feci ex officio mei tabellionatus incumbente, iure denique et iustitia hoc svadente. Acta sunt hec et gesta anno, mense, indictione, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem honorabili Laurentio presbytero, altarista de supradicta Bary, necnon Stephano *scholastico* de eadem, aliisque pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Simon Presbyter, natus Mathei Demer de Er Semyen Diocesis Varadiensis Sacra Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius publicus et tabellio manifestus, quia predictorum fassionum, testimoniorum, ore prolatarum, interrogatorum dum sic, ut premittitur, agerentur unacum testibus interfui prenominatis, eaque omnia et singula prescripta testimonia audivi: ideo hoc presens publicum instrumentum confeci et in hanc formam publicam redegi, signoque et nomine meis solitis et consvetis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Hártya a jegyzői jegygyel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23906.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

130.

Nagyvárad, 1524 márczius 20.

Pécsváradi Gábor, a magyarországi ferenczrendűek szalvátori tartományának fejedelme, Bajoni Benedeket, ennek nejét és nővérét, valamint jövőben születendő mindkét nemű gyermekeit rendtársakul veszi fel.

In Christo sibi charissimo egregio Domino Benedicto de Bayon, Ordinis Divi Francisci devoto et benefactori potissimo *(így)*,

Frater Gabriel de Pechwaradino eiusdem Ordinis Fratrum reg. ob. in provincia Hungarie Salvatoris Minister etsi immeritus eternam in Domino Jesu salutem cum orationum suffragio salutari... Te unacum honestis dominabus Anna consorte et altera Anna sorore tua ac omnibus liberis tuis utriusque sexus in futurum, Deo annuente, tibi nascituris ad nostram confraternitatem... in vita recipio pariter et in morte... Datum in conventu nostro Waradiensi XX. die Martii anno Domini 1524.

Frater Gabriel, qui supra manu propria.

Papir, hátán csúcsíves nagy pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23914.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

131.

Győr, 1524 márczius 22.

Galgóczy (Galgocius) Miklós pápai főesperes és győri püspöki helytartó fölszólítja Fel-Pécz, Patona és Tamási falvak plébánosait, hogy hívják föl mindazokat, a kik Jakab bakonybéli apátnak, illetőleg a bakonybéli monostornak kölcsönpénzzel vagy kártérítéssel tartoznak, az adósság vagy kár kifizetésére. Ha 15 nap alatt nem teljesítik kötelességeiket, akkor közösítsék ki őket az egyházból. A kik azt állítják, hogy az apát vagy monostor igazságtalanul üldözi őket, azokat idézzék a győri szentszék elé.

Vicarius Jauriensis, Nicolaus Galgocius, debitores et damnificatores monasterii Bakony-Béliensis censuris ecclesiasticis ad satisfaciendum compelli iubet.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 54. l. Vv.

DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

132.

Gyalu, 1524 márczius 31.

Várday Ferencz erdélyi püspök Várday Mihályt sürgeti, hogy fegyvereseit az indulásra készen tartsa, János fivérét intse, hogy leveleiket és mindkettejük anyját Várdára vitesse.

Egregie Frater Nobis Dilecte. Scripseramus etiam alijs nostris literis, ut de sallarijs familiarium Nostrorum in tempore responderes. Nunc identidem volumus, ut omnibus familiaribus nostris rescribas, ut postquam litteras secundas viderint, sine mora ad expeditionem belli assidere valeant. De sallarijs tamen eorum ita in tempore respondeas, ne sit tandem, dum opus fuerit, super sallariis eorum aliqua disceptatio. Pretereaque undique horrenda fama vulgatur et presertim ad partes Hungarie exteriores, bonum nobis videretur,

si famulum aliquem tuum ad possessiones nostras exteriores Monostra (?) mitteres, et fratrem tuum Joannem adhortareris, ut literas, queque habemus, privilegiales vna cum matre vestra, Vardam inducere communi expensa et [. . . . .] faceretis. Vidimus ea nunc instare tempora periculosa, presertim illis in partibus, ut non liceat nostro iudicio diutius illic privilegia neque matrem vestram relinquere peritura. Scripseramus autem tibi, ut vas vini rubri unum a Martino Presbytero super alio commutares et Nobis demitteres. Sed ea instant nunc tempora, ut non sit nunc integrum huiuscemodi laboribus in vectura subeundis fatigari. Quare volumus, ut super eo vino mittendo supersed [. . . . . .] Volumus, ut dum et quando familiaribus nostris scribis, non ut Michaeli Kerewssi nuper jeiune scripseras, sed amico honorando vel amico dilecto et non simpliciter nobis dilecto scribere debeas, non enim diminuitur cuique honor suus, si aliis solitum prestiterit honorem. Date in Castro nostro Gyalw. Feria Quinta Pasce, Anno Domini M. D. XXIIII.

Franciscus, Episcopus Transsilvaniensis.

Kívül: Egregio Michaeli de Varda, Gubernatori prouentus Episcopatus nostri Transsylvanensis, fratri nostro dilecto.

Szintén kívül szélről, más kéztől: de literis privilegialibus in Marc.

Eredeti papir, veres viaszban papirfelzeten a püspöknek zárópecsétjével, melynek paizsa már elmosódott, csupán a paizs felett látható középütt egy püspöksüveg s ettől jobbra V betű. — *Kismartoni hgi levéltár:* 26. B. 156.

133.

Buda, 1524 április 7—13.

Guidoto velenczei követ jelenti Szatmáry György esztergomi érsek halálát, a ki végrendeletében nagy összeget (60,000 hollós aranyat) hagyott az országra; továbbá, hogy a szentszék felhatalmazta a királyt, hogy az esztergomi érsekséget két éven át üresedésben hagyja és jövedelmeit az ország védelmére fordítsa; végre, hogy báró Burgio pápai nunczius Budára érkezett, a pápai követ (Vio Tamás kardinális) pedig nemsokára visszatér Rómába.

Di hongaria fo letre di Vic. Guidoto secr. date a Buda a di 7. fin 13. marzo,[1] come erra morto lo Episcopo olim di Cinque-Chiesie che erra Strigoniense, qual a lassa di gran danaro e arzenti, di quelli il Re si potra seruir, et sua Mta e partida per andar in Strigonia a questo effecto, et ha obtenuto dal Legato, e li,[2] di poter tener ditto

[1] Hibásan április helyett.
[2] Értsd: a ki Budán van.

Episcopato per do anni senza far altra electione et sua Maesta scuoder lintrade per defension dil regno. Item scrive, esser zionto deli quel nontio dil papa chiamato el baron di Sicilia, et chil Cardinal Legato si dovea partir per ritornar a Roma.

Marino Sanudo évkönyvéből *Firnhaber*, Vincenzo Guidoto's Gesandschaft am Hofe K. Ludwig's von Ungarn. (Quellen u. Forschungen zur vaterländ. Geschichte etc. Wien 1849.) 108. M. Tört. Tár. XXV. 311—12.

134.

Gyalu, 1524 április 8.

Várday Ferencz erdélyi püspök azokat a leveleket, a melyekre hivatkozva emberei közül némelyek a szász plébánosoktól lovakat zsarolták, érvényteleneknek nyilvánítja és kijelenti, hogy ilyes leveleknek a jövőben sem tartoznak engedelmeskedni.

Franciscus Episcopus Ecclesie Albensis Transsilvane venerabilibus, Nobis in Christo dilectis Plebanis Saxonibus et toti eorum universitati salutem et graciam in Domino sempiternam. Noveritis coram Nobis in persona vestra Adrianum, Doctorem de Enyedino, et Magistrum Lucam, Plebanum de Byrthalom, exposuisse, quod essent nonnulli familiares nostri et alii quoque familiarium nostrorum nomen falso sibi vsurpantes, qui pretextu literarum a nobis impetratarum equos, quoscumque apud vos repperire possent, sine pretio omni, aut minimo, a vobis extorquerent. Quapropter volentes vestris huiuscemodi pressuris subvenire, recognoscimus presentibus literis Nostris, nemini familiarium nostrorum huiuscemodi literas hinc amplius velle concedere nostras, quas etiam si antehac alicui familiarium nostrorum concessissemus, irritas esse presentibus declaramus. Immo si casu eveniret per importunas preces aliquorum familiarium nostrorum huiusmodi literas emanare nostras, ut huiusmodi literis nostris super emptione vel potius exactione equorum locum dare nequaquam debeatis, nisi si manum nostram appositam esse cognosceretis propriam. Date in Castro Nostro Gyalw Sexto Idus Aprilis Anno Domini M. D. XXIIII.

(*L. S.* annularis.)

Haner, Miscellanea Historiam Hungariae et Transsilvaniae imprimis Ecclesiasticam illustrantia I. 167—168. *Fabritius*, Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 174—175.

135.

Veszprém, 1524 április 11.

Petthry Miklós, veszprémi kanonok és helytartó a veszprémi püspöki megye plébánosait felhívja, hogy Bajnai Both Ferenczet és Jánost, kik kétszeri idézésre sem jelentek meg, a pogány-szentpéteri (Somogym.) pálosok ellen Veszprémbe idézzék.

Nicolaus de Petthry Lector canonicus ac in spiritualibus Vicarius causarumque Auditor Generalis ecclesie Wesprimiensis dilectis nobis in Christo honorabilibus et discretis viris de Dench, de Myhaldy et [...] ysa, aliisque omnibus et singulis ecclesiarum parochialium plebanis et sub Diocesi Wesprimiensi ubivis constitutis... Quia Egregii Franciscus et Johannes Both de Bayna ad instantiam religiosi Fratris Stephani [Vi] carii et conventus Fratrum Heremitarum domus et claustri beati Petri Apostoli in Simigio fundati vigore aliarum literarum nostrarum coram nobis primo peremptorie citati et secunda vice evocati... non venerunt, nec aliquem pro se mittere curaverunt... accedatis ad prenominatos Franciscum et Johannem Both rebelles et contumaces, ipsosque... moneatis, ut... hic Wesprimii coram nobis in iudicio per se, vel per procuratores ipsorum legitimos... de iure respondere debeant et teneantur... Datum Wesprimii undecimo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Papir, alján czímeres gyűrűpecséttel, csonka. — *Budai országos levéltár: D. L. 23921.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

136.

Buda, 1524 április 13.

Tamás biboros, magyar-, cseh- és lengyelországi apostoli oldalkövet, a nagyobb kiközösítés terhe alatt tiltja a Nyulak-szigeti apáczáknak kegyúri és kijelölő jogaikban való korlátozását.

Thomas miseratione divina tt. Sancti Sixti Sancte Romane ecclesie Presbyter Cardinalis, ad Hungarie, Bohemie et Polonie Regna, necnon universam Germaniam ac alia quecunque loca, ad que nos declinare contigerit, Sedis Apostolice Legatus de latere ad perpetuam rei memoriam. Sepe contigit in ecclesiarum vacationibus, quod ultra divini cultus dispendium bona quoque illarum soleant ab improbis usurpari, propterea iura Pontificia, que

iuspatronatus fecerunt esse in multis honorabile, eidem nonnulla onera adiecerunt, et inter alia, quod Patroni ipsi vacationum temporibus bona ecclesiarum, in quibus habent ius huiusmodi, custodire teneantur et debeant; et licet hoc pluries provide sancitum fuerit, tamen tanta homines perditos invasit avaritie cecitas, ut honestatis laxatis habenis sanctiones ipse nonnullis in locis cesserint in abusum. Unde nos, qui Sedis Apostolice munere fungimur legationis, quique ad rerum ecclesiasticarum conservationem propensi sumus, accepto, quod dilecte nobis in Christo Priorissa et Moniales venerabilis monasterii sancte Marie de Assumptione, siti in insula prope Budam, alias Insula Leporum Ordinis Sancti Augustini Wesprimiensis Diocesis sub institutione, habitu et cura fratrum Predicatorum degentes iuspatronatus et presentandi personas idoneas ad de Tenye, de Egyhazas, de Zakalos, de Kyralysagh, de Wayzlo, de Samod, de Chele, de Jenyo, de Igaly, de Merse, de Kasok, de Belch, de Raksi, de Theleki, de Colnak, de Somodar, de Chabya, de Tordas, de Jenyo, de Varsan, de Taxon, de Sinkota et de Zenthmial ecclesias dicte ac Strigoniensis, Quinqueecclesiensis, Vaciensis, Bachiensis, Chanadiensis et Varadiensis Diocesis respective habent et sic ad eas defensio et manutentio bonorum et iurium dictarum ecclesiarum pertinere dignoscitur; volentes tante cupiditati salutare remedium adhibere: auctoritate nostre legationis... universis et singulis presentes literas inspecturis, ne in preiudicium iuris Priorisse et Monialium predictarum in bonis et iuribus dictarum vel aliarum quarumcunque ecclesiarum, quas in regno Hungarie Priorissam et Moniales predictas, concedente Domino, habere contingeret, se quoquo modo immiscere presumant seu eorum quilibet, sub maioris excommunicationis pena tenore presentium inhibemus... Datum Bude Wesprimiensis Diocesis anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Idibus Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Clementis divina providentia Pape Septimi anno primo.

Gratis de mandato Reverendissimi
Domini Legati.

B. Comunellus. — *Joannes Baptista,* Secretarius.

N. Faber. — *Jo. Dissoncourt.*

Hártya, piros zsinóron függött pecsétje elveszett. — *Budai országos levéltár:* D. L. 99022.

Közli: Bunyitay Vincze.

137.

1524 április 27.

György, kolosi apát tiltakozik a nyitramegyei alispán és szolgabiró ellen, hogy neki beadványainak párját kiadni nem akarják. — Ugyanazon a napon Onori László alispán bizonyítja, hogy ez iratokat magának az apátnak visszaadta.

Feria quarta post Georgii [1524.] Venerabilis Dominus Georgius Abbas de Kolos protestatus est: quod Vicecomes et Judlium comitatus Nitriensis sibi paria literarum exhibitorialium iuris sui ad cautelam dare noluissent, insuper eundem latronem appellassent et quod non est dignus, ut in abbatia permaneat etc.

Eo die Ladislaus de Onor Vicecomes protestatus est: huiusmodi literas ad manus ipsius Abbatis dedisse et restituisse.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum I. fol. 86.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

138.

Buda, 1524 május 12.

Móré Fülöp pécsi választott püspök kötelezi magát, hogy azon pestmegyei jenei házért, melyet neki Bocskay Ilona perjelnő és a többi margitszigeti apáczák a végből engedtek át, hogy abban borainak elhelyezése és elárusíthatása végett pinczét építhessen, évenkint két hordó bort ad, és Pécsről való távozása vagy halála esetére az egészet birtokukba visszabocsátja.

Papir, alján veres viaszba nyomott gyűrűpecséttel, melynek paizsán hármas halomból emelkedő, jobbra néző, négyes farkú griff, a paizs felett püspöksüveg. — *Budai országos levéltár: D. L. 23939.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

139.

Buda, 1524 június 28.

II. Lajos király az esztergomi érsek jobbágyainak adó és vámmentesség kiváltságát megvédelmezi.

Ludovicus — fidelibus nostris dilectis, universis et singulis tributariis, teloniatoribus ac aliarum quarumcunque solutionum exactoribus, ubivis et in toto hoc regno nostro, tam in nostris, quam aliorum quorumcunque bonis constitutis et existentibus, praesentes

visuris, salutem et gratiam. Ex querelis gravissimis fidelis nostri, nobis sincere dilecti, RR. D. Ladislai, electi archiepiscopi Strigoniensis... non sine displicentia accepimus, quod quamvis universi populi, coloni et iobagiones, in quibuscunque bonis ecclesiae suae praefatae Strigoniensis commorantes, ex serenissimorum quondam divorum regum Hungariae gratiosa annuentia et libertatione, ab omni penitus tributorum et teloneorum ac aliarum quarumcunque exactionum solutione, ubique per totum hoc regnum nostrum semper fuerint exemti et supportati: essent tamen nonnulli ex vobis, qui eiusmodi veterem libertatem et privilegium praefatae ecclesiae suae semper observatum non curantes, eosdem colonos et iobagiones suos, praesertim autem in oppido Rosnobania ac possessionibus Nadabolia et Chuczon[1] commorantes, ratione personae et rerum suarum, dum per loca tributorum et teloniorum vestrorum iter facerent, ad solutionem compellere consuevissent, in praeiudicium libertatis et privilegii ecclesiae ipsius Strigoniensis manifestum. Nos, intellectis et visis iuribus eiusdem ecclesiae... (iubet eadem observari). Datum Budae, feria tertia proxima ante festum nativitatis B. Joannis Bapt., anno domini 1524.

Katona, XIX. 439—440.

140.

Buda, 1524 július 18.

Szalkai László választott esztergomi érsek értesíti a szeben-kerületi papságot, hogy előléptetése alkalmából kifejezett jókívánataikat, hódolataikat és a küldött ajándékokat szivesen fogadta s igéri, hogy üldözőik ellen oltalmazni fogja őket. De vigyázzanak, hogy üldöztetésökre maguk ne szolgáltassanak alkalmat; mert úgy hallja, hogy némelyek közülök lutheránus tévelygésekbe estek, mások erkölcstelenül élnek. Javítsák meg magukat.

Venerabiles fratres nobis in Christo dilecti. Gratulati sunt nobis fratres vestri, nuper ad nos missi vestro nomine, de accessione nove dignitatis nostre, factaque debite subiectionis oblatione munuscula reddiderunt, orantes, ut vos in tutelam nostram acciperemus et vobis in vestris adversitatibus patrocinaremur. Grata fuerunt nobis munera vestra. Verum humanitatis officia, quibus nos prosequuti estis, multo graciora. Quod ad tutelam pertinet, nihil faciemus libentius, quam ut vos et in vobis Christi Ihesu Servatoris

[1] Nadabula és Csucsom, Rozsnyó mellett.

nostri fidem tueamur ab iniuria perversorum hominum, qui et vos et ipsam fidem pari studio persequuntur. Sed cavete fratres, ne persecutioni vestre occasionem ipsimet dederitis. Nam de aliquibus, qui in cetu vestro sunt, male audio. Dicuntur enim nonnulli ex vobis ad errores Lutheranos esse prolapsi, aliqui adeo dissolute vivere, ut eorum pessimo exemplo etiam populus ipse ad errandum sit factus propensior. Qua re nihil potest esse nec molestius, nec quod magis animum meum exulceret. Quam ob rem hortor vos et moneo, attendite a falsis doctoribus... Nolite ferre Lutheranos. Nunc de his loquor, si qui in cetu vestro tales reperiantur: castigate, summovete, abiicite. Si patrocinio meo opus erit, non sum defuturus. Emendate vosmetipsos, ne alius vos emendet. Luceat lux vestra coram hominibus, et videant opera vestra bona, ut vestro exemplo ipsi quoque boni esse possint. Sepe enim tales sunt subditi, qualis est prelatus. Ex his paucis multa colligatis. Pati enim, que de vobis circumferuntur, non possum. Non de omnibus loquor, sed de his solummodo, qui ita vivunt, ut merito debeant reprehendi. De secularibus cohibendis, qui in vos seviunt, et qui libertatem, iurisdictionem ecclesiasticam tollere vel turbare moliuntur, aliud genus remedii propediem adhibebitur. Id quod ex fratribus vestris apertius cognoscetis. Valete. Datum Bude feria secunda proxima post Divisionis Apostolorum Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Ladislaus
Electus ecclesiae Strigoniensis etc.
Manu ppia.

Eredetije a szebeni kápt. levéltárban, Convol. I. 87. sz. az új lajstromozás szerint. — Közölve *Fabritius,* Pemfflinger Márk 136.

141.

Buda, 1524 július 27., 29., 30.

Guidoto Vincze velenczei követ jelentése a jubileumról, s hogy Lajos király szigorú rendeletet adott ki a lutheranizmus ellen.

Adi 11. austo. Di Hongaria di Vicenzo Guidoto secretario di 27. 29. et 30. di luio date a Buda; — — Item che erra zonto li il jubileo plenario etc.; et che uno frate, qual predicaua li in Hongaria in Tedesco Lutherio, hauia fato restar. Tamen li Tedeschi, che teniuano di Lutherio, erano mal contenti; et Hongari si confessariano et comunichariano.

Adi 17. auosto. Di Hongaria di Vicenzo Guidoto secretario oltra quello ho scripto e di saper; come il Re hauia fato proclamar, fosseno bruxade tutte le opere di Lutherio, et pena grandissima, chi seguiua la sua secta. Et questa esta per lo incendio seguito a Vilacho, che si — — — sia, perche tutti erano Lutheriani, stato tal fuogo; tamen in Germania la sua faction e grandissima. Item il Re hauia fato publichar il jubileo mandato dal Papa.

Maxino Sanuto világkrónikája. Magyar Történelmi Tár. XXV. köt. 318. l.

142.

1524 július 31.

A Szent-Jeromos váradi, másként fudi klastromában lakó pálosok be akarják magukat iktattatni néhai Fudi Móricz azon birtokrészébe, a mely őket részint zálogjogon, részint Miklós püspöki plébános ajándékából illette, de ellenmondással találkoztak.

Serenissimo Principi et Domino Domino Ludovico, Dei gratia regi Hungarie et Bohemie etc. Domino eorum gratiosissimo Capitulum ecclesie Waradiensis orationum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit Serenitas nos literas eiusdem introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes... recepisse in hec verba: Ludovicus... fidelibus nostris Capitulo ecclesie Waradiensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis religiosorum Fratrum Heremitarum Ordinis sancti Pauli Primi Heremite in claustro beati Jeronimi Presbyteri inter promonthoria collis Waradiensis fundato degentium: quomodo ipsi in dominium totalis portionis possessionarie nobilis quondam Mauritii de Fwdy in eadem possessione Fwdy nominata in comitatu Byhoriensi existentis habite usque ad tredecim sessiones iobagionales se extendentis, quarum quatuor populose, alie autem deserte modo existerent, ipsos exponentes ex reimpignoratione et elemosinaria largitione honorabilis Nicolai Presbyteri, Plebani parochialis ecclesie possessionis Pyspeky, concernentis legitime vellent introire... Vestrum mittatis hominem... quo presente Paulus Haranghy de Ewsy vel Stephanus Tholyntha de Wathyon aut Ladislaus Gezthy de Thoththelek sin Simon de Mostha seu Lucas de eadem Mostha neve Andreas Isaak similiter de eadem Mostha ceu Ladislaus Haranghy de Nestha... introducat prefatos Heremitas in dominium prescripte portionis... Datum Bude in festo Beatorum Viti [................ millesimo] quingentesimo vigesimo quarto. Nos itaque [..........]

nominato Stephano Tholyntha de Wathyon homine Maiestatis Vestre nostrum ho [minem . . . . .] kan Rectorem altaris beati Vincentii Martyris in dicta ecclesia nostra fundati [. . . . .] duximus destinandum, qui . . . sabbato proximo post festum Divisionis beatorum Apostolorum . . . introduxisset prefatos Fratres Heremitas in dominium eiusdem portionis . . . et quamvis protunc inibi nullus contradictor apparuerit, tamen expost quintodecimo die huiusmodi statutionis nondum elapso quidam providus Benedictus Zaaka in possessione Wasarhel commorans jobagio nobilis Andree de Solymos in eiusdem Andree de Solymos . . . necnon nobilium dominarum Anne, relicte quondam Ladislai de eadem Solymos ac Catherine consortis nobilis Johannis de Myske, sororis utputa carnalis, et Petri filii eiusdem Andree de Solymos ac puelle Anne ipsius Domine Catharine nominibus et personis . . . huiusmodi statutioni contradictionis velamine obviavit hic in capitulo nostro coram nobis . . . Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis premissarum anno Domino supradicto.

Papir, nagyon elrongyollott, hátán tojásdad pecsét maradványaival. — *Budai országos levéltár: D. L. 23954.*

Közli: Bunyitay Vincze.

143.

Buda, 1524 augusztus 1.

Lajos király Dédi Szabó Pálnak és többeknek megparancsolja, hogy a Szentpál helység melletti Szent-Péter klastromban lakó pálosok és Bajnai Both János és Ferencz közt fenforgott perben tőlük, mint fogott biráktól mondott ítéletet a somogyvári konvent előtt vallják be és foglaltassák irásba.

Commissio propria Domini Regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris nobilibus Paulo Zabo de Ded, Francisco Bereky de eadem Ded, Michaeli Tholway de Zakachy, alteri Michaeli similiter Tholway de eadem Zakachy, Vincentio literato de Moryczhel, Stephano Kowach de And et Ladislao de Wyd salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in personis religiosorum Fratrum Heremitarum ordinis sancti Pauli Primi Heremite in claustro Beati Petri Apostoli prope possessionem Zenthpal vocatam fundato degentium: quomodo vos superioribus diebus super quibusdam differentiis et controversiis, que inter ipsos exponentes ab una ac egregios Johannem et Franciscum Both de Bayna ratione et pretextu quarundam vinearum in promonthorio Sokoro nuncupato sitarum et adiacentium

mote fuissent et suscitate, certam fecissetis arbitrativam dispositionem. Super qua quidem compositione vestra iidem Fratres exponentes fassionibus et attestationibus vestris pro iurium eorum consecutione et defensione plurimum essent necessarii: ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus dum et quando per prefatos Fratres exponentes cum presentibus requisiti fueritis, statim in uno certo et brevi termino insimul convenire et ad conventum sancti Egidii de Simigio accedere, ibique coram eodem conventu ad fidem vestram Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacre corone observandam totam seriem premisse arbitrative dispositionis vestre suo modo per omnia fateri, dicereque et referre debeatis et teneamini; super qua quidem fassione vestra per ipsum conventum literas necessarias et opportunas dictis Fratribus exponentibus vigore presentium dari volumus et mandamus iuris ipsorum ad cautelam. Secus facere non presumatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Petri ad Vincula anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Papir, alján nagy kerek pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23979.*

Közli: Bunyitay Vincze.

144.

Buda, 1524. augusztus 12.

II. Lajos király a szebeni szászokhoz Ráskay Gáspár kamarását és Gerendi Miklós ugocsai főesperest, titkárát, szóbeli megbizással biztosokul küldi. Higyjenek nekik föltétlenül és rendelkezéseiket hajtsák végre.[1]

Commissio propria domini Regis.

Ludovicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Egregie, prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Misimus in medium vestri oratores nostros, hos fideles nostros magnificum Gaspar de Raska cubicularium et consiliarium nostrum: ac venerabilem et egregium Nicolaum de Gherend archidiaconum de Wghocza, secretarium nostrum: vt nomine nostro vobis nonnulla refferant. Committimus itaque, vt quicquid vobis nomine nostro dicent, in his fidem indubiam ipsis adhibere: ac ea eciam exequi debeatis. Aliud non facturi. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Laurencii Martiris, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto. *Ludovicus Rex,* m. p.

[1] Az alább 157 sz. a. közlendő okiratból kitűnik, hogy megbizatásuk a lutheranizmus elnyomására is vonatkozott.

Kívül: Egregio Marco Pemfflynger Iudici nostro Regio et Comiti Camere nostre Cibinien: ac prudentibus et circumspectis Magistro Ciuium, Iudici et Iuratis ceterisque ciuibus et Saxonibus nostris eiusdem loci: fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron a királyi nagy pecséttel vörös viaszban lenyomva, a szász nemzeti levéltárban IV., 274. — Közölve *Fabritius,* Pemfflinger Márk 137.

145.

Buda, 1524 augusztus 12.

II. Lajos király felhívja a szász papságot, hogy a hadviselés czéljából rájok kirótt ezüstösszeget haladéktalanul fizessék le.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus Dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. Honorabilis fidelis nobis dilecte. Preteritis mensibus domini prelati et barones omnes, quisque pro sua facultate argentum nobis dederant, ut ex eo ad instantem expeditionem ingenia compararemus. Et nos quoque omnibus plebanis civitatum nostrarum liberarum summam cuique iuxta vires suas imposueramus, et iam in hoc regno nostro ad plenum exigi fecimus. Super qua quidem re et vobis literas [misimus] per fidelem nostrum egregium Georgium Komlody significantes, quam summam a vobis in universum habere velimus. Vos tamen ad hunc usque diem reddere neglexistis, nec ullam superinde nobis fecistis relationem. Committimus itaque fidelitati vestre, vt statim acceptis presentibus absque ulla exceptione et procrastinatione fidelibus nostris magnifico Gaspar de Raska comiti comitatus Newgradiensis, cubiculario et consiliario nostro ac venerabili et egregio Nicolao de Gherend archidiacono de Wghocza secretario nostro, ad partes regni nostri Transilvanas oratoribus nostris, vel altero eorum aut hominibus ipsorum, qui presentes vobis exhiberent, summam argenti vobis impositam iuxta continentias priorum literarum nostrarum dare et assignare debeatis. Secus sub pena grauissime indignationis nostre facere ne presumatis, alias dedimus in mandatis, quid vobiscum facere debeant. Quicquid igitur vobis nomine nostro commiserint aut alter eorum commiserit, ea exsequi et ipsis obedire in omnibus circa premissa exsequenda tanquam nobis ipsis debeatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Laurencii martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Kívül: Venerabilibus universitati plebanorum nostrorum Saxonicalium, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije a meggyesi kápt. levéltárban. Közölve *Theil* u. *Werner*, Urkundenbuch zur Gesch. des Mediascher Kapitels. Hermannstadt, 1870. 80—81.

146.

Buda, 1524 augusztus 15.

Szalkai László érsek rendelete a szebeni és brassai káptalanok dékánjaihoz és papságához.

Hiteles jelentés nyomán nagy lelki fájdalommal értesült, hogy mindkét kerületben találkoznak papok és világiak, kik Luther Mártonnak az apostoli szentszék által rég kárhoztatott eretnek tanait nyiltan hirdetik, a pápára és papságra gúnydalokat készitenek, a kiközösitetteket az istentiszteleten megjelenni és a szentségekben részesülni engedik stb. Főpásztori tisztének feladata lévén a pestises eretnekség kiirtása, ezennel meghagyja nekik, hogy minden vasár- és ünnepnapon intsék az istenitiszteletre egybegyült népet, tartózkodjék Luther és követői tanainak bárminő helyeslésétől, úgyszintén könyveikneh vásárlásától és olvasásától, a mint ezt a király már több izben irásbeli parancsaival és küldöttei által a szebeni és brassai tanácsnak meghagyta. Az eretnek iratokat meg kell semmisiteni, az engedetleneket és makacsokat pedig mindaddig kiközösitettekül kell nyilvánitani, míg magukba nem szállnak és az ő, illetőleg a pápa parancsának eleget nem tesznek.

Ladislaus miseratione divina Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis locique eiusdem Comes perpetuus, Primas et Legatus natus Regni Hungarie, ac Summus et Secretarius Cancellarius Regie Maiestatis etc. Dilectis nobis in Christo, venerabilibus et honorabilibus decanis parochialiumque ecclesiarum plebanis seu eorum vicesgerentibus vbilibet sub decanatibus Cibiniensi et Brassouiensi Iurisdicionis nostre Strigoniensis existentibus, salutem in domino et nostris infrascriptis firmiter obedire mandatis. Noueritis nos non sine graui animi nostri dolore et displicentia ex relatione fidedignorum intellexisse: quomodo essent nonnulle tam ecclesiastice quam seculares vtriusque sexus persone sub Decanatibus, parochiis et plebanatibus vestris, que sathana instigante errores sacrilegos et impia cuiusdam Martini Lutheri dogmata, iampridem per sanctam Sedem Apostolicam vnacum autore et sequacibus eius heretica condemnata asserere, probare, docere, publicare et defendere, et quod abominabilius est, cantilenas quasdam in probrum et contumeliam eiusdem sancte Sedis Apostolice totiusque cleri confingere et ore sacrilego decantare, excommunicatos, a commuhione fidelium veluti oves morbidas, ne totum corrumpant ovile, segregatas, ad divina

officia, participationem sacramentorum ecclesie admittere, sacerdotes Dei, quorum ministerio christiani sumus, improbas lernas et inhonestos homines appellare, in mortemque eorum assassinos subordinare, diebus ieiuniorum carnibus, caseo, ovis, butiro, lacticinijs, contra bonos mores christianorum et prohibitiones sanctorum patrum, vesci, ius canonicum astu et figmentis demoniorum, non a spiritu divino inuentum, iurisdiccionem Ecclesiasticam tolli prorsus et extingui oportere, oblationes ad altare dominicum haudquaquam necessarias, confessionem, que potissima penitencie pars est, negligendam, et priuilegia clericorum in totum abroganda fore, aliaque similia hiis portenta et blasphemias asserere, libellosque et tractatus super erroribus et heresibus eiusdem Martini editos emere, vendere, legere et conseruare temere et sacrilegialiter presumerent; propter quod maioris excommunicationis sententiam pridem a sanctissimo domino nostro Clemente papa septimo in eos publice latam, eofacto damnabiliter incurrisse dinoscuntur. Cum autem ex debito officij nostri pastoralis obnoxij simus, hereses pestiferas huiusmodi extirpare et euellere, a finibusque fidelium eliminare: vobis omnibus et singulis Dominis prescriptis, in virtute sancte obedientie et sub maioris excommunicationis sententie pena in literis Apostolicis expressa et promulgata firmissime committimus et mandamus, quatenus statim acceptis presentibus, ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, quolibet die dominico et festiuo in ecclesijs seu monasterijs et capellis vestris, dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, moneatis et requiratis in Domino omnes et singulas tam ecclesiasticas cuiuscunque gradus status conditionis et preeminentiae, quam seculares vtriusque sexus personas sub parochiis et decanatibus vestris residentes, sub prescriptis maioris excommunicationis et anathematis sententie penis in prememoratis literis Apostolicis expressis: Ne errores, hereses, assertiones et dogmata Lutheri sequaciumque ipsius prefata ac preinsertas in Deum et homines blasfemias vllomodo dicere, asserere, probare, laudare, docere, cantare, defendere et publicare, libellosque et tractatus super erroribus eisdem editos emere vendere legere et seruare, ementibusque vendentibus, docentibus, asserentibus vel seruantibus auxilium, consilium vel fauorem prestare palam vel occulte directe vel indirecte quouis modo, presumant. Prout serenissimus quoque dominus Ludouicus Hungarie et Bohemie Rex etc. dominus noster gratiosissimus identidem per literas et nunctios suos speciales seriosius Magistris ciuium totique communitati incolarum ciuitatum et districtuum Brassouien-

sis et Cibiniensis faciendum commisit et mandauit. Prefatos vero libellos et tractatus Lutheri et sequacium eius pestifera dogmata eiusmodi habentes vbicunque repererint, dilacerent et comburant sine mora, comburique procurent. Qui si id fecerint et mandatis nostris salutaribus huiusmodi paruerint bene quidem, alioquin dictam maioris excommunicationis et anathematis sententie penam per literas Apostolicas iampridem (ut premissum est) contra rebelles et contumaces huiusmodi promulgatam, omnes et singulos vtriusque sexus, qui in his culpabiles extiterint, publice alta et intelligibili voce in ecclesijs vestris parochialibus monasteriisque et capellis coram populi multitudine singulis diebus dominicis et festiuis incurrisse declaretis publicetis et denunctietis, et per alios declarari publicari et denunctiari faciatis: tamdiu a publicatione et denunctiatione huiusmodi non cessantes, quousque tales sic rebelles et contumaces ad cor reversi, mandatis nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis cum effectu paruerint et de remedio absolutionis opportuno sibipsis prouideri fecerint. Et post hec seriem monitionis, declarationis, publicationis et denunctiationis vestrarum huiusmodi, et quicquid in premissis feceritis, Nobis suo modo conscientiose rescribatis. Datum Bude In festo Assumpcionis gloriosissime uirginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

(P. H.) *Emericus de Wijlak*

Secretarius ex mandato subscripsit m. p.

Eredetije a szebeni kápt. levéltárb. Conv. I. 41. vagy 79. sz. az új lajstromozás szerint. — *Fabritiusnál* Pemfflinger Márk 137—139 (betűről-betűre és az eredeti interpunkczióval). — Közölték: *Oltard*, Concio solennis 28. l. *Seivert*, Ungrisches Magazin IV. 175. *Schmitth*, Episcopi Agr. II. 227. *Katona*, XIX. 441.

147.

Buda, 1524 augusztus 17.

Burgio Antal pápai nunczius írja Schönberg Miklós capuai érseknek: Mária királyné udvari papját, ki a pápa és biborosok ellen egyet-mást predikált, pártfogásába véve, ha igaz, úgy nyilatkozott volna, hogy ha a kir. tanács az illetőt el is küldené, ő megtartaná. Ebből keletkezett az a hír, hogy a király és királyné lutheránusok. Időközben a nemesek fenyegetésére annak a papnak csakugyan távoznia kellett, a király pedig igen szigorú rendeletet adott ki a lutheránusok ellen. Az igazság az, hogy ő felségeik buzgó katholikusok; a királyné a németeknek nem mint lutheránusoknak, hanem mint szolgálattevői- és földieinek kedvez.

— — — — — — — — — — — — — — —

Como sia stata la fama che lo Re et la Regina erano Lutherani, fo in questo modo. Appresso la Maestà di la Regina sono molti

Tudeschi et principali, di li quali credo, che non sia in tutto bugia, che siano alcuni Lutherani. Fra li altri era uno predicatore, lo quale havendo io inteso, che dicia alcune cose avanti le loro Maestá in lingua tudesca, che erano contro lo Papa et Cardinali, ni fece querela a le Maestati Sue. Mi resposero catolicamente, che loro non intendevano cosa che preiudicasse a la fede, et che fossse questo examinato, et si sentisse altro di quello che deve, fosse castigato. Di poi volendo sollicitare la examina, che si havea di fare per Monsignore di Strigonio, fu detto, non so quanto veramente, che la Regina hebbe a dire, che si lo consiglio del Re lo cacciava, lei lo volea ritenere. Queste cose vennero in auriche del populo, et si incomenzó a dire, como lo Re et Regina erano Lutherani. Et essendo io in Pollonia, sono andati al Re et Regina molti nobili ad dirli, che si sentevano che alcuno parlasse parola contra la fede et la Sede Apostolica, che l'havereiano amazato in le loro presentie, et fecero cachiar via quel prete, che predicava. Et la Maestá Sua fece uno editto contra Lutherani molto arduo, de quale serrá cum la presente la copia. La veritá di la cosa è, che li Re sono Christianissimi, la Regina favorisce Tudeschi non como Lutherani, ma como suoi servitori, et perchè sono di sua natione. Ungari sono inimicissimi di Tudeschi, et mi dubito, che un giorno non seguiti alcun gran scandalo cum dire, che non volino Lutherani. Io vorrio ben che fussiro castigati Lutherani, senza altro disordine, et travaglio quanto posso per tenerli concordi; ma quanto mi porro bastare, non so. Dio proveda al meglio.

Vatikáni Magyar okirattár. Második sorozat. Első kötet. 23. l.

148.

Szepes-Váralja, 1524 augusztus 20.

Lomniczai Horváth János szepesi prépost pásztori levele a lutheranizmus ellen.

Joannes de Lomnicza, Praepositus Scepusiensis ac sedis Apostolicae Protonotarius, eiusdem loci ordinarius electus, venerabilibus et discretis viris, ecclesiae nostrae Capitulo, venerabili Seniori ac Vice-Seniori, Fraternitatum XXIV Regalium, superioris et inferioris Hernath, superioris et inferioris Poprat, Dunavicz et Liblau, omnibus aliis et singulis Presbyteris, tam saecularibus, quam regularibus, religiosis, Plebanis, Vice-Plebanis, divinorum rectoribus, Capellanis,

Vicariis, Altaristis et verbi Dei Concionatoribus, aliisque sub dicta iurisdictione Scepusiensi constitutis salutem et sinceram in Deo charitatem.

Certo vobis persuademus, factionem Lutheranam, in quam nunc plerique Christianorum sine discretionis iudicio proni ruunt, sua sese temeritate, dudum in interitum praecipitaturam fuisse, quod adhuc futurum (ubi Deo placitum erit et flagellum iracundiae suae clementer averterit) minime dubitamus. Non enim in perpetuum irascetur aut misereri obliviscetur ipse, cuius miserationes super omnia opera eius, nec sinet Ecclesiam suam, procellosis haereticarum tempestatum fluctibus quassatam, naufragium pariter pati, qui eam super firmam petram aedificari ac sanguine tot millium martyrum consecrari voluit. Quo enim pacto labes haec pestifera diuturna esse possit, quae tantum execrabilium abominationum acervum in eandem Ecclesiam, illibatam Christi sponsam, invexit? Quandoquidem, qui eius sectae studiosi sunt, mortiferis declamationibus, pia simplicium Christianorum corda vulnerantes, sacrosancta missarum sacrificia, ut tetram abominationem, inaudita temeritate, execrantur et animo eam abrogandi, adeo pudendis conspuunt verbis, ut referre pudeat. Ecclesiastica etiam sacramenta pro sua libidine obiiciunt, foecunditatem ventris tantis praeconiis efferunt, ut virginitatis candorem plane damnare videantur; et ob id sanctimonialium et monachorum claustra aperire iubent; ut, violato castitatis voto, egrediendi et nubendi cuique sit facultas, sacerdotibus pariter nuptias sua temeritate permittentes, Domini nostri Jesu Christi crucifixi et sanctorum statuas deiciendas et incinerandas impio ore praedicant et praesertim genitricis et gloriosae Virginis Mariae, de qua veteres cantiunculas et laudum praeconia, tamquam sacrilega, dici vetant. Papam, Episcopos, Presbyteros, Monachos, Deo dicatas virgines et totum clericorum coetum, ut laicis invisiores reddant et statum ecclesiasticum deiiciant, multa ignominia afficiunt et infami contaminatione inaniter contaminant. Reges praeterea ac Principes et quoslibet in summitate constitutos, quos Apostolus, etsi improbi sint, venerari iubet, maledico ore lacerant; et dum vitia, quibus plane universus scatet orbis, arguere contendunt, caerimoniarum superfluitatem amputare et cuncta ad normam Apostolicae traditionis innovare volunt. Totam Christianae religionis sinceritatem et observantiam veterem pariter conculcant, ut propterea, reiectis constitutionibus humanis, solam Evangelicam doctrinam adstruant; salutares legum et canonum sanctiones abrogant, ac christianae libertatis praetextu, quidquid libet, licere sibi arbitrantes, tam eccle-

siasticam, quam temporalem iurisdictionem ac censuras petulanter contemnunt, satisfactionem, confessionem, purgatorium, poenitentiam, ieiunia, horas canonicas, et pias alias precationes, sanctorum suffragia, animarum commemorationes et indulgentias, tamquam humanas inventiculas, meras nugas et pecuniarum aucupia, ludibrio habent. Turbato itaque rerum ordine, obedientiam dominis subtrahunt, sectas inducunt, tumultus excitant, ac coelum et terram miscentes, omnia confundunt, et tamen haec, cum tam impia tamque enormia sint, et sua absurditate cuivis christiano merito execrabilia videri debeant, habent tamen suos pertinacissimos assertores, non modo laicos, (quod non sine dolore ingenti recensemus) sed sacerdotes quoque tam religiosos, quam seculares, qui ordinis et professionis suae immemores, ea, tamquam sancta et a Spiritu sancto profecta, amplectuntur magno studio, ac plebi amplectenda persuadent; eamque tum in damnationis abyssum miserando rapiunt spectaculo, sicque in doctrinam Lutheranam feruntur praecipites, ut, quidquid Lutheranum audiunt, mox evangelium putent, quidquid ex Luthero, non Evangelio alienum esse arbitrantur; et, quum authoris sui plerique doctrinam aut non viderint, aut visam minime intelligant: pro ea tamen asserenda, non pro veritate, in ebriis compotationibus inter scyphos crassa inscientia et incompositis clamoribus pertinaciter digladiantur; etiamsi sentiant, nec se, nec alios, nova hac professione sua vel hilo reddi meliores, immo magna peccandi licentia longe, quam fuerunt, deteriores. At nihil prorsus ambigendum est, criminum nostrorum magnitudinem tantum aerumnarum cumulum nobis invexisse, utpote, qui alias innumeras calamitates incessanter patimur: ut... perniciosissimo etiam hoc religionis dissidio longe gravius a Domino affligamur, nimirum, ut, qui corporum temporali castigatione non resipiscimus, terribili quidem, sed iusto Dei iudicio, horrenda animarum morte, divinam manum sentiamus, et haereticae perfidiae veneno necati, in profundum damnationis baratrum miserabiliter provolvamur. Nos ergo cum videamus, teterrimam hanc pestem contagionis suae virus in dies latius spargere et grassando increscere adeo, quod electi quoque nutare videantur, fomitem suggerentibus his, qui effrenem debachandi licentiam merito cohibere debuerant: religionis zelo et pastoralis officii sollicitudine permoti, diutius rem dissimulare aut silentio praeterire non possumus, metuentes, ne de manu pastoris sanguinem ovium suarum requirat Dominus, neve silentio vestrae coinquinationis huiusmodi participes esse videamur, mandatis praeterea Apostolicis, seu Apostolicae sedis ac Regiae Maiestatis, ut

debemus, obtemperantes, et orthodoxae Ecclesiae nos conformare volentes, Vos omnes per viscera misericordiae Domini nostri Jesu Christi obsecramus ac per iustum et horrendum eius iudicium obtestamur et praeterea autoritate nostra ordinaria paterne requirimus et monemus, atque in virtute sanctae obedientiae firmiter et districte praecipientes mandamus, primum, ut piis vestris et populi supplicationibus misericordem Deum devotissime precemini, ut, ablata praemissorum malorum caussa, peccatorum videlicet nostrorum sarcina, flagellum pariter indignationis suae a nobis miseratus amoveat, Principibus Christianis et Ecclesiae toti, tempestatum turbine agitatae, salubriter consulat, pacem concedat, populum pretioso filii sui cruore redemtum divino suo spiritu vegetet, in unitatem fidei reducat, et a perditionis interitu misericorditer eruat; deinde, ut eundem populum curae vestrae creditum, (omnes et singulos tam sacerdotes clericos, quam utriusque sexus laicos diligenter hortamur) salutari admonitione et verbo doctrinae, non maledicentiae furore, inducatis, ne deinceps supradicti Lutheri dogma, privatim aut publice, asserere, docere, vel de eo contendere, aut decertare ullo pacto audeant, nec vos ipsi audeatis, nec quemquam in Ecclesiis, domibus, congregationibus vestris, aut alibi, id facere permittatis, sed, quoad fieri potest, prohibeatis, ac veterem Ecclesiae ritum, a Christi Apostolis et sanctis subinde patribus, divini Numinis instinctu, salubriter inductum, et a multis iam seculis magno totius orbis Christiani consensu religiosissime observatum, teneatis et tenere faciatis, ne quidquam, quod ecclesiastica institutum est auctoritate, vestra violare, aut mutare praesumatis temeritate, nec, quantum in vobis est, ab aliis mutare sinatis. Si quis paternam hanc monitionem nostram supino fastu contemserit, et Christi Ecclesiam pernicioso schismate scindere perrexerit, perpetuam illi maledictionem imprecamur, ipsumque diris execrationibus devoventes, excommunicationis sententiae, iraeque divinae ac districto Dei iudicio diiudicandum destinamus, certificantes nihilominus omnes et singulos huiusmodi mandati transgressores, quod, iuxta mandatum summi Pontificis ac Regiae Maiestatis, contra spirituales omnes ad beneficiorum privationem, et carcerum deputationem, ac bonorum Fisco et Ecclesiae nostrae deputandorum; seculares vero, ad confiscationem bonorum omnium tam mobilium quam immobilium, pro Fisco Regiae Maiestatis applicandorum, ac ad alias poenas in mandato Regio contentas, dante Domino, procedemus. Volumus autem praemissa ad omnium et singulorum, quorum interest, notitiam deducere, et has nostras literas, a vobis

et aliis sacerdotibus descriptas, de vicino ad vicinum Plebanum, cum executionis nota, ut moris est, mitti, et a novissimo tandem ad manus Doctoris nostri, ad montem divi Martini, reddi. Datum Scepusio ex curia nostrae solitae residentiae montis sancti Martini, sub testimonio sigilli nostri, die solis, vigesima mensis Augusti, anno Domini, millesimo, quingentesimo, vigesimo quarto.

Ribini, Memorabilia August. Confess. in regno Hungariae. Posonii 1787. II. 403—409.

149.

Esztergom, 1524 augusztus 24.

Nyásy Demeter esztergomi helytartó előtt Jakab bakonybéli apát panaszt tett, hogy nem régiben (Jacobo, Abbate Bakonybéliensi coram Vicario Strigoniensi referente) «providi Petrus Zabo et Valentinus Paxi in oppido Papa vocato (iurisdictionis Strigoniensis) residentes... monasterium de Beel, causa devotionis illud visitare simulantes,... ingressi, ipsum... tam ibidem facie ad faciem, quam postea in possessione sua Kuppan vocata coram nonnullis personis fidedignis... diversis verbis ignominiosis affecissent et damna etiam et nocumenta in certis rebus suis per eos violenter ablatis intulissent». — A helytartó megidézteti őket maga elé. (Vicarius reos evocat.)

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban, c. 51. 1. Ss.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

150.

Buda, 1524 augusztus 24.

II. Lajos király Bakócz biboros végrendeletének azon pontját, a melyben somogymegyei, szenyéri birtokát a várral együtt, az általa az esztergomi székesegyház déli oldalán alapított Gyümölcsoltó-Boldogasszony-kápolnára hagyta, megerősíti; egyúttal a bold. Szűz iránti tiszteletből lemond minden királyi jogáról, mely az említett várra nézve a jövőben netalán megilletné.

Nos Ludovicus — memoriae commendamus, — quod fideles nostri, R. Andreas,[1] utriusque iuris doctor, praepositus, ac venerabilis magister Stephanus Ibrány de Waya,[2] custos et canonici ecclesiae Strigoniensis, in ipsorum ac honorabilis Capituli eiusdem ecclesiae Strigoniensis, rectorum scilicet capellae Annunciationis B. V. M. per Revmum quondam Thomam, cardinalem Strigoniensem, ad latus

[1] Cséri András nagyprépost.

[2] A Vay-nemzetségből. *Kollányi:* Esztergomi kanonokok. Esztergom. 1900. 126.

meridionale eiusdem ecclesiae Strigoniensis fundatae, consequenter eiusdem capellae Annunciationis B. V. M. nominibus et in personis, nostram venientes in personam, exhibuerunt nobis quasdam litteras ultimae testamentariae dispositionis, vigore cuiusdam articuli earundem litterarum [praefatus Thomas Cardinalis] pro refrigerio animae suae castellum suum Zynyér vocatum, eidem capellae Annunciationis B. V. M. in perpetuum legasse et contulisse dignoscebatur; supplicantes nobis iidem Andreas praepositus et Stephanus Ibrány custos, in eorum ac praefati Capituli Strigoniensis ecclesiae, nec non dictae capellae Annunciationis B. V. M. personis, nostrae maiestati humillime, ut nos praedictum articulum testamentariae legationis praenotati quondam D. Thomae cardinalis ratum, gratum et acceptum haberemus... Cuius quidem articuli continentia verbalis haec est: Item possessionem meam Zynyér in comitatu Simeghiensi cum castello ac omnibus et singulis oppidis, villis, nonis, tributis — aliisque universis ad illam et easdem pertinentibus lego capellae meae BB V. M. Annunciationis in dotem perpetuam, pro servitiis divinis iugiter in ea continuandis. Nos igitur... praescriptum articulum... ratum, gratum et acceptum habentes, praemissae testamentariae legationi et collationi ipsius quondam D. Thomae cardinalis nostrum regium consensum praebuimus. Et nihilominus, ob illam spem et devotionem nostram singularem, quam in praefatam B. V. M., in cuius nomine glorioso dicta capella fundata existit, in omnibus rebus nostris et prosperis et adversis gerimus et habemus, totum et omne ius nostrum regium, siquod in dicto castello in futurum habere speraremus,... memoratae capellae Annunciationis B. V. M. et per consequens praefato Capitulo ecclesiae Strigoniensis, rectoribus ut praefertur eiusdem capellae, dedimus, donavimus et contulimus. — Budae, in festo beati Bartholomaei Apostoli, anno Domini 1524.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 188. *Katona,* XIX. 465.

151.

Buda, 1524 augusztus 25.

Burgio jelenti a capuai érseknek, hogy egy magyar főúr az ország nyugoti határán egy Luther könyveit árusító németet könyveivel együtt megégettetett.

— — — — — — — — — — — — — — —

A li confini di questo Regno cum la Germania essendo una fiera in una terra di un Barone Ungaro; un libraro Tudesco

vendeva li libri di Luthero publicamente. Vinendo in notitia di questo Barone, have preso lo libraro et li libri et fatto un bellissimo fuoco in mezo di la fiera, have arso il libraro et li libri molto honoratamente. Non so si pare a Vostra Signoria Reverendissima, che Ungari sappino fare alcuna bella cosa.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 29. l.[1]

152.

Gyulafehérvár, 1524 augusztus 31.

Gyulafehérvári kanonokok magukra vállalták annak a 2500 frtnyi összegnek kifizetését, a melylyel Várday Ferencz püspök tisztjei, Szentmihályi Tamás és András, uroknak beszámolni nem tudtak.

Joannes Episcopus Filiopolitanensis, item Gregorius de Koppan Cantor, Joannes de Csesztve Cathedralis, Emericus [Végedi] Thordensis, Valentinus de Makra Krasznensis, et Paulus de Thorda Hunyadiensis Archidiaconi, et Simon de Enyed Decanus Capitularis, et canonici Ecclesiae Albensis Transilvanae, pro egregiis et nobilibus Thoma et Andrea literatis de Szent-Mihály, castrorum episcopalium Albensis et Gyalu ac proventuum Thasnadiensium provisoribus et officialibus, per Revmum in Christo Patrem et D. D. Franciscum de Várda, Episcopum eiusdem Ecclesiae, in custodiam ac detentionem datis propterea, quod de sua administratione rationes reddere nec voluissent, nec potuissent, cautionem et fideiussionem eam in se assumpserunt, quod in depurationem 2500 florenorum, in quorum summa liquidationem ipsorum detentorum dictus Episcopus fixisset, ipsimet sint eidem Episcopo exsoluturi, ita ut in praedictos Episcopum Joannem 100, in Gregorium Cantorem 300, Joannem de Csesztve 900, Emericum Véged 350, Valentinum de Makra 350,

[1] Alig szenved kétséget, hogy Burgio itt ugyanazon esetet említi, a melyről Luther 1524 november 17-én Hausman Miklósnak a következőket írja: «Credo te vidisse Casparis Tauber historiam martyris novi Viennae, quem caesum capite scribunt et igne exustum, pro verbo Dei. *Idem accidit Budae* (ebben téved) *in Ungaria bibliopolae cuidam Joanni, simul cum libris circa eum positis exusto, fortissimeque passo pro Domino*». A levél eredeti példányán, mely Dessauban őriztetik, a következő egykorú jegyzet olvasható: «*Nomen eius fuit Joannes, fratris mei, Martini Cordati, servus; libri vero, quos vendere voluit, mea pecunia empti fuerant. C. Cord.*» (*Burckhardt:* Luthers Briefwechsel. Lipcse. 1866. 76. lap.) V. ö. *Fraknói:* Magyarország a mohácsi vész előtt. Kiadja a Szent-István-Társulat. 1884. 125. l.

Paulum de Thorda 300, et Simonem de Enyed 200 floreni cadant; secus vero si facerent, e proventibus et emolumentis ipsorum tam beneficialibus, quam patrimonialibus, quomodocunque acquisitis, idem Episcopus easdem summas de ipsis desumere absque ullo impedimento possit. Datum Albae Transilvaniae, feria 4. proxima post festum Decollationis beati Joannis Baptistae, Anno Domini 1524.

Szeredai, Series Episcoporum Transilvaniae. A.-Carolinae, 1790. 184—185.

153.

Buda, 1524 szeptember 14.

II. Lajos király eltiltja a pápailag kirendelt bírákat a Mihály pap által Rómában bevádolt eperjesiek ellen való további peres eljárástól, mindaddig, míg az illetékes egyházmegyei hatóság elsőbíróságilag nem ítélt ügyökben.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris venerabilibus Michaeli Vitheez, praeposito collegiatae ecclesiae B. Nicolai extra muros civitatis nostrae Albaeregalis, et alteri Michaeli, lectori ecclesiae Albensis, in causa partium infrascripta iudicibus a sede apostolica delegatis, et aliis, siqui in futurum delegarentur, praesentes visuris, salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostrae in personis fidelium nostrorum civium civitatis nostrae Eperies, qualiter quidam Michael presbyter de eadem Eperies ipsos exponentes in prima instantia non requirens coram iudice ipsorum ordinario dioecesano, prout de iure et consuetudine huius regni nostri fieri debebat, vigore cuiusdam brevis seu rescripti apostolici, recte et immediate coram vobis, delegatis iudicibus, ratione certorum negociorum in causam convenisset, in qua iam vos certum etiam processum fecissetis et unum ex eisdem exponentibus excommunicatione latae sententiae aggravassetis. Quum autem hoc regnum nostrum, inter alias libertates et privilegia sua, iam olim a sede apostolica et novissime etiam a Leone X. Pontifice Maximo hoc privilegio donatum sit, ut nemo subditorum nostrorum, ratione quorumcunque negociorum, in curiam Romanam vel alicuius iudicis delegati praesentiam evocari et citari possit, nisi prius coram suo iudice ordinario dioecesano fuerit requisitus, et deinde aliqua partium coram illo iustitiam sibi denegatam, vel aliter indebite se aggravatum sentiret: ideo fidelitati vestrae harum serie, sub amissione beneficiorum vestrorum mandamus firmiter, quatenus contra praenotatam regni nostri a sede apostolica concessam libertatem, quam tueri et ab omnibus observari volumus, in causa partium praescripta nullo modo procedere praesumatis:

quin potius etiam illum, quem ex ipsis exponentibus modo praemisso aggravasse dicimini, ab eiusmodi onere et censura ecclesiastica exonerare et modis omnibus absolvere, causamque ipsam in pristino statu relinquere debeatis. Si vero dictus Michael presbyter litigare cum ipsis exponentibus voluerit, requirat ipsos, iuxta praenotata iura et consuetudinem regni per viam coram iudice ipsorum ordinario dioecesano; cuius iudicio si contentus non fuerit, poterit tandem per viam appellationis in praesentiam iudicis superioris litem provocare. Secus igitur poena sub praemissa facere non praesumatis. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae, in festo exaltationis Sanctae Crucis. Anno Domini 1524.

Wagner, Diplomatarium Comitatus Sárosiensis 249—251. *Katona*, XIX. 471—473.

154.

Buda, 1524 szeptember 21.

Ismeretlen részéről meghagyatik, hogy Oláh Miklós, miskolczi plébános és ennek alplébánosa a meghagyónak visszatértéig Lászlóval, Thurzó káplánjával szemben ama plébánosságban megtartassék és védelmeztessék.

Egregii nobis dilecti. Maiestas Reginalis, Domina nostra gratiosissima, dedit ad vos, ut intelligimus, quasdam literas ratione plebanatus isthius de Myskolcz, quem dominus Magister Nicolaus, Secretarius Domini Strigoniensis optimo iure possidet, in favorem cuiusdam Magistri Ladislai Presbyteri, capellani Domini Thwrzonis. Maiestas sua Reginalis dixit nobis, se per ipsum Ladislaum Presbyterum in hoc negotio male fuisse informatam, et ita literas suas isthuc in favorem ipsius dedisse. Commisit igitur nobis Maiestas sua, informationemque aliam dedit, quid in hoc plebanatus negotio sit faciendum. Quare volumus et vobis firmiter committimus, quatinus si ipse Ladislaus Presbyter vel alter quispiam nomine suo cum literis Maiestatis Reginalis isthuc profectus fuerit ad petendam possessionem plebanatus: neminem usque felicem reditum nostrum admittere, sed rem ipsam integram ad reditum nostrum differre debeatis; ipsumque Magistrum Nicolaum Plebanum modernum et eius Viceplebanum in ipso plebanatu conservetis et defendatis. Aliud nullo modo facturi. Ex Buda in festo Beati Mathei Apostoli 1524.

Egyszerű egykorú másolat; hátán újabbkori kéz megjegyezte, hogy Lajos (II.) király levele, de a szöveg nem erre mutat, hanem arra, hogy az egri püspök írta. — *Budai országos levéltár: D. L. 23995.*

Közli: Bunyitay Vincze.

155.

1524 szeptember 17.

«Egregius Andreas Kalnay administrator proventuum abbatie» (Kolosmonostoriensis) tres sessiones in villa Szucsák coemit.

Egykorú fogalmazvány a kolosmonostori konvent lt.-ban. Kolos. 145.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

156.

Buda, 1524 szeptember 22.

II. Lajos király Keszy Balázs alapítványát, melynél fogva nagymuzsai birtokát a pálosok beregi, másként remetei kolostorának adományozta, helybenhagyja s a nevezett kolostort abba bevezettetni rendeli.

Iehsus Maria.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Cum nos illis dationi, donationi et perpetue collationi, quas egregius quondam Blasius literatus, filius quondam Georgii de Kezy de et super totali portione sua possessionaria in possessione Naghmwsay vocata in Comitatu de Berek existente habita religiosis Fratribus Heremitis Ordinis sancti Pauli Primi Heremite in claustro beatissime Virginis Marie prope Berek fundato degentibus pro missa perpetua mediantibus literis honorabilis Capituli ecclesie Budensis fecisse dinoscitur, nostrum Regium consensum prebuerimus... vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Franciscus Palko de Dobroka aut Nicolaus de Iloswa vel Paulus Kwn de Rosal sin Georgius de Komlos seu Petrus de eadem Komlos sive Johannes similiter de eadem Komlos, aliis absentibus, homo noster... introducat prefatos claustrum Beate Virginis et Fratres Heremitas in eodem Deo famulantes in dominium eiusdem ac dicti iuris nostri Regii in eadem habiti... Datum Bude feria quinta proxima post festum beati Mathei Apostoli et Evangeliste, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. predictorum anno nono.

Papir, nagy kerek zárópecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 23996.*

Közli: Bunyitay Vincze.

157.

Szeben, 1524 szeptember 22.

Flaschner Farkas káptalani dékán. Ráskay és Gerendy kir. biztosok feljelentésére és parancsára szept. 27-re megidézi Simon mester vurpódi plébánost, hogy magát a lutheránus eretnekség vádja alól tisztázza.

Volfgangus Flaschner, Artium liberalium Magister, plebanus Helthe ac decanus Capituli Cibiniensis venerabilibus dominis N. in Novavilla et N. in Dalia ecclesiarum parrochialium plebanis in Domino salutem. Quia iam proximis diebus novistis nos recepisse litteras Regie Maiestatis et domini nostri Reverendissimi Archiepiscopi Strigoniensis, per quas vehementer astricti sumus ad indagandam pravitatem Lutheranam, quam Regia Maiestas et idem Dominus Reverendissimus, zelo fidei catholice animati, extinguere cupiunt: ob id, quum magnifici domini Caspar Raschkay cubicularius regius et Nicolaus Gerendi secretarius, oratores regii, propterea missi, detulerint nomen fratris nostri Magistri Simonis in Burperk plebani in scriptis, tanquam suspecti de huiusmodi heresi, dederunt firmiter nobis auctoritate regia et archiepiscopali in mandatis, quatenus super huiusmodi suspicione heresis dicte legittimum faceremus processum, convictumque, nisi resipuerit atque se de huiusmodi heresis suspicione legittime et canonice purgaverit, eundem in defectum purgationis de vigore iuris canonici debite puniremus per omnia iuris opportuna media. Nos igitur attendentes huiusmodi mandatum — mandamus vobis firmiter sub excommunicationis pena, quatenus accedatis dictum Magistrum Simonem, ipsumque nomine nostro, ut feria tertia proxima coram nobis compareat, suam innocenciam et suspicionem purgaturus, manu septima sui ordinis, moneatis primo, secundo, et tertio, in nostramque peremtorie citetis presenciam, quam purgationem si facere potuerit, erit nobis gratissimum; alioquin contumacia sua, aut defectu purgationis exigente, ad debitas penas legittimas et canonicas procedemus. Super quo eundem certificari committimus. Quicquid igitur in premissis feceritis, nobis suo modo conscientiose rescribatis. Datum Cibinii Anno Domini 1524. vicesima secunda Septembris.

Simon Schoenman
Notarius Capituli Cibiniensis de mandato subscripsit.

(P. H.)

Kívül: 1524. Wolfgangi Flaschner Decani Citatio Simonis plebani in Burgberg ob suspicionem Lutherane Religionis.

Eredetije a szebeni káptalani levélt. Convol. I. 40. vagy 93. sz. az új lajstromozás szerint. — Közölve *Fabritius,* Pemfflinger Márk 141—142. ll.[1]

158.

Buda, 1524 szeptember 25.

Budai Ferber János békési plébános György brandenburgi őrgróftól a békési plébániát elfogadja, bírói kiváltságáról lemond, s az istentisztelet megtartását igéri.

Ego Johannes Ferber de Buda, illustrissimi Principis et Domini domini Georgii, Dei gratia marchionis Brandenburgensis etc. domini mei gratiosi capellanus, fateor per presentes litteras, qualiter illustrissima Dominatio sua quandam plebaniam sive ecclesiam parochialem in oppido sive possessione Illustrissime Dominationis sue Bekess vocata, michi gratiose contulerit, ita tamen quod iobagiones Dominationis sue illustrissime, racionibus quibuscunque ingruentibus, antequam causa ipsa, si acciderit, coram castellanis et prouisore castri Gÿwla producta et judicata fuerit, in sedem spiritualem citare nollem, nec aliquos ex eis modo premisso coram iudicibus spiritualibus conueniam, sed prius ex parte quorumcunque a dictis castellanis aut provisore dicti castri Gÿwla iudicium et iustitiam postulabo, diuinaque officia et alios actus siue ceremonias necessarias ab antiquo in eadem Ecclesia observatas administrari faciam, ac bona dicte ecclesie diligenter custodire et ea nequaquam dissipare promitto, sed pocius secundum posse meum, uti bonus plebanus augmentare curabo, harum mearum testimonio et cyrographo mediante. Datum Bude Dominica proxima post festum sancti Mathei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Eredetije Münchenben a königl. Reichsarchiv.-ban, másolata a gyulai muzeumban. A másolat után közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] Ugyanazon káptalan *A)* jegyzőkönyve 101. lapja szerint: «Eodem die (szept. 27) Reverendus Magister Simon plebanus in Burprich argutus multum per Dominos Capitulares propter heresim, quia ipsum domini legati detulerunt, petiuit veniam a domino Decano, pollicetur se (si vnquam errasset) velle resipere. Cui etiam sub eadem promissione facta est per dominum Decanum misericordia, ea condicione, quod [si] ambassiatores Regii super tali recognicione minime contenti forent, se ad vlteriora intromittere, iuxta eorum commissionem est paratus, maxime etiam, si peramplius eum in eosdem errores prolabi contingat.» — *Ugyanott* 54. l.

159.

Eger, 1524 szeptember 26.

Bonzagno János egri őrkanonok és helytartó a szerencsi, golopi, ondi és megyaszai plébánosoknak parancsolja, hogy Monoky Mihálynak és fiainak számára annak néhai feleségétől tett végrendelet ügyében az előállítandó tanukat kihallgassák és vallomásaikat összeírják.

Joannes Baptista Bonzagnus utriusque iuris Doctor, custos canonicus ac Vicarius ecclesie Agriensis et causarum spiritualium Auditor Generalis dilectis nobis in Christo honorabilibus et discretis viris dominis de Zerench, de Golop, de Ond, de Megyezo ecclesiarum parochialium Plebanis et eorum vicesgerentibus ac Petro Presbytero Altariste de eadem Zerench salutem et in commissis diligentiam adhibendam. Noveritis nobis fuisse expositum pro parte nobilis Michaelis de Monak ac filiorum eiusdem, quomodo ipsi fassione ac attestatione nonnullorum nobilium et ignobilium ac etiam presbyterorum in causa testamentaria legationis nobilis domine Potentiane quondam consortis dicti exponentis, maxime in illa parte, cui dotem suam legaverit, plurimum essent necessarii; et ne occultatione veritatis iustitia depereat, vobis igitur dominis supradictis... mandamus, quatenus... omnes et singulos utriusque sexus homines, quos vobis dicti domini exponentes duxerint nominandos... interrogetis et examinetis et post hec dicta et attestationes testium cum nominibus eorundem conscientiose conscribatis... Datum Agrie die vigesima sexta mensis Septembris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Papírra írt nyilt levél, alján zöld viasz kerek pecsét maradványaival. — *Budai országos levéltár: D. L. 23997.*

Közli: Bunyitay Vincze.

160.

Kolosmonostor, 1524 október 5.

Szentmihályi Lukács, Tamás és András fivérei nevében tiltakozik a kolosmonostori konvent előtt Várday Ferencz erdélyi püspök ellen, a ki András testvérét, noha az egyezkedésben megállapított kétezer ötszáz forintot megfizették, nem akarja szabadon bocsátani.

Nos conventus monasterii Beate Marie Virginis de Kolosmonostra memorie commendamus... quod egregius Lucas de

Zenthmyhal nominibus et in personis egregiorum Thome et Andre de eadem Zenthmyhal fratrum suorum coram nobis... per modum solennis protestationis nobis significare curaverit in hunc modum: quomodo prefatus Thomas, frater suus iuxta et secundum illam ordinationem, atque compositionem ac cautionem fideiussorum, reverendi Johannis Suffraganei, necnon venerabilium Dominorum Gregorii Koppany Cantoris, Johannis Albensis, Emerici Thordensis, Pauli Hwnyadiensis et Vicarii ac Valentini Krasznensis Archidiaconorum et Simonis Decani, canonicorumque ecclesie Albensis Transilvanensis, quam iidem inter reverendissimum dominum Franciscum de Warda Episcopum eiusdem ecclesie Albensis Transilvanensis ab una ac prefatos Thomam et Andream de Zenthmyhal partibus ab altera ratione et pretextu eliberationis eorundem Thome et Andree de dira captivitate dicti domini Episcopi non tanquam ex spontanea et libera, sed captiva et coacta voluntate eorundem Thome et Andree eo modo fecissent, ut idem Thomas ad terminum statutum secundum pactationem dicto domino Episcopo non libere, sed coacte factam, homini eiusdem domini Episcopi ad id per eum deputato persolvere florenos bis mille et quingentos plenarie debeat Bude; casu vero, quo id facere non posset, dicti domini fideiussores eosdem florenos bis mille et quingentos ipsi domino Episcopo plenarie ad terminum statutum persolvere teneantur, ita etiam, ut ipse Thomas prefatum Andream fratrem suum interim, dum eosdem florenos bis mille et quingentos persolverit in fideiussorem in captivitate premissa reliquisset eo modo, ut dum summam predictam pecunie persolverit, ipsum Andream fratrem suum libere et pacifice dimittere prefatus dominus Reverendissimus teneatur; eandem summam florenorum bis mille et quingentorum iam prefato homini eiusdem domini Reverendissimi ad id, ut premissum est, deputato plenarie et absque omni defectu Bude persolvisset, qui eundem dominum Reverendissimum superinde et per literas suas certificasset: ipse tamen dominus Reverendissimus, nescitur unde motus, sepedictum Andream dimittere noluisset, prout nollet etiam de presenti... in cuius protestationis testimonium... Datum feria quarta proxima post festum beati Michaelis Archangeli, anno Domini 1524.

Budai országos levéltár: D. L. 36400. — Kolosmonostori Protocol. 269 l. — Az egész keresztülhúzva s egykorú kéztől a kezdete fölé jegyezve: *lator volt, megholt.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

161.

Róma, 1524 október 8.

VII. Kelemen pápa felhívja Szalkai László esztergomi érseket, hogy Csehország vallásügyi viszonyainak rendezésére tekintélye egész súlyával közreműködjék s nevezetesen a pikardokra vonatkozó egyezkedést megakadályozza. Ha ezt megteszi, jutalmát veendi.

Etsi his paucis diebus dederamus ad fraternitatem tuam litteras, quibus et de nostra optima erga te voluntate et de cupiditate nostra, aliqua insigni in re tibi declarandi benevolentiam significabamus, petebamusque, ut in Bohemica illa natione ad unitatem communis ecclesiae et sanctae Sedis Apostolicae obedientiam revocanda tuam omnem operam et auctoritatem interponeres: tamen postea aliis rebus novis allatis, et cognita omnium illius gentis populorum propensa ad id agendum, quod expetebamus, voluntate ac ad expellendos nefarios haereticos, qui Picardi vocantur, generali cunctorum civitatum conspiratione voluimus nos ad te denuo scribere ac eandem tuam fraternitatem hortari, ut nunc tantam nobis occasionem aperiente Deo, rebus tam praeclare paratis et dispositis, quod nos per te unum maxime fieri posse confidimus, in Dei gloriam et nostram, et Christianae reipublicae incrementum ac commodum, agere, curare, perficere non postponas; neve illam concordiae pactionem, per quam Picardi restituantur, quem nos certe molestissimum nuncium essemus habituri, tractari sinas. Quod si res, ut speramus et volumus, atque ut tua nobis auctoritas et prudentia pollicetur, conclusae et perfectae fuerint: repromittimus tibi de hoc tuo erga Deum et nos officio plurimum laetaturos, eamque nos curam augendae tuae dignitatis inventuros, per quam intelligas, gratos nobis fuisse labores tuos: nec vero tibi magis, quam nobis iucundum accidet, occasionem exstitisse, qua singulari nostrae erga te benevolentiae satisfacere in tuo amplificando honore possimus: sicut latius fraternitas tua ex litteris dilecti filii nostri, Laurentii cardinalis, intelliget, quibus utrisque fidem omnem habebis. Datum Romae — VIII. Octobris MDXXIV.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 237. *Katona* XIX. 447.

162.

Buda, 1524 október 14.

II. Lajos király parancsa a soproni tanácshoz a lutheránus tévely kiirtása és Luther könyveinek megégetése ügyében.

Commissio propria Domini Regis.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti.

Accepimus istic esse quemdam fratrem ordinis Minorum divi Francisci infectum haeresi luterna (így), qui adversus sanctorum patrum decreta et constitutiones Romane Ecclesie tam pertinaciter ceperit predicare. Que res nobis valde displicet, tum amore christiane religionis, quam a maioribus nostris acceptam ab omni labe et erroribus puram ac sinceram per subditos nostros cupimus retineri, — tum quia iam pridem ediximus, ne quis in hoc regno nostro sectam illam auderet amplecti aut approbare. Volentes itaque vestre fidei ac saluti consulere, periculisque, que ex malis et vitiis augeri possent, occurrere: misimus religiosum fratrem Gregorium eiusdem ordinis S. Francisci professorem, qui vestrum illum concionatorem per superiorem suum atque alios viros catholicos prudentes et doctos diligentius de omnibus articulis, quos preter doctrinam sanctorum patrum apud vos docuisse ac predicasse dicitur, deducat examinandum. Mandamus itaque sub pena amissionis capitum et bonorum vestrorum, ut cum per prefatum fratrem Gregorium aut per tricesimatores nostros Soproniensesfueritis requisiti in capiendo et secure deducendo dicto predicatore: omnem opem, consilium et auxilium vestrum prestetis, statimque acceptis presentibus, nostro nomine promulgari ac proclamari faciatis: ne qui deinceps libros, tractatus, opera dicti Lutheri suorumque sectatorum latina, germanica seu alia quavis lingua edita domi habere, legere, laudare deque illa haeresi disputare publice vel privatim audeant, sed infra diem tertium post factam huiusmodi publicationem, omnes libros et eius opera predicta ad manus eius, quem dictus frater Gregorius nominaverit, comburenda tradere et consignare debent. Forma vero edicti nostri, quod per vos istic volumus publicari, vobis una cum presentibus reddetur[1], unde facile et modum, quo in conquirendis operibus lutheranis sit utendum, et penam transgressoribus edicti ac mandati nostri constitutam intelligetis. Secus igitur, si gratiam nostram, vitam, salutem, facultates ac bona vestra chara habetis, ne

[1] Nincs meg.

feceritis. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Magyar Protestáns egyh. és isk. Figyelmező. Második (1871.) évf. 524. l.

163.

Sopron, 1524 október 22. vagy 23—30.

Közlemények azon vizsgálat jegyzőkönyvéből, a mely királyi parancs következtében Kristóf ferenczrendű szerzetes egyházi beszédei s a lutheránus könyvek és böjt ügyében tartatott.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto, die Emerici[1], intra horam octavam et nonam, nos magister civium, iudex, iurati cives, totaque honesta communitas, ac praecipue sacerdotium venerabile Sopronienses integrum, nec non egregii domini tricesimatores Sopronienses, ex mandato et commissione regiae maiestatis cum religioso fratre Gregorio, ordinis minorum sancti Francisci professore, in Consistorio civitatis Soproniensis convenimus. Ubi litterae regiae maiestatis erant lectae, quibus sua maiestas mandat et praecipit, ut fieret inquisitio de articulis, quos fertur praedicasse ibidem concionator frater ordinis Minorum Cristofforus in eodem Sopronio, et articuli sunt perlecti coram omnibus nobis praescriptis. His itaque auditis elegimus notarios publicos duos, unum ex sacerdotio, nomine Thomam Radinger, altaristam praefatae civitatis, alterum Jacobum Auerum, civitatis praefatae scribam. Vocatus tandem est praedicator frater praedictus ad respondendum super articulos sibi obiectos.

Ad primum articulum, videlicet, quod summo pontifici non est obediendum, respondit: Negat sese praedicasse, cum ex regula est subiectus sanctae matri ecclesiae catholicae et summo pontifici, cui semper vult obedire et obedivit.

Ad secundum articulum, videlicet, quod quilibet simplex sacerdos potest absolvere ab omnibus casibus, etiam negat sese praedicasse.

Ad tertium articulum, videlicet, quod confessio vocalis non est necessaria, sed mentalis tantum: ad quem respondit: Praedicavi de decem leprosis in evangelio et dixi, multos multa scripsisse

[1] Hibás olvasás e helyett: die Severi (okt. 22), vagy die Severini (okt. 23).

de confessione; hoc brevissimum esse initium confessionis, ut displiceret homini vetus vita et delectaretur amplecti novam vitam; demum accedere sacerdotem, et petere absolutionem, et credere sibi dimissum peccatum, habita absolutione, secundum articulum fidei remissionis peccatorum.

Ad quartum, videlicet, quod sancti, imo nec virgo Maria sint adorandi, nec est necesse ut intercedant pro nobis, respondit: se dixisse, nec sanctos, nec Mariam virginem adorandam adoratione latriae, quae soli Deo debetur, non creaturae; sed sanctos venerandos et invocandos, attamen ne levemus oculos nostros nimium ad sanctos defunctos et obliviscamur fratrum christianorum.

Ad quintum, videlicet, quod ieiunium corporale non est necessarium, respondit: Non negavi ieiunandum esse, sed de virtute ieiunii concionatus sum et dixi, ieiunium non esse virtutem in se, sed dispositionem ad virtutes, ad mortificandam carnem subdendamque spiritui, iuxta dictum Gregorii: Ieiunium vitia comprimit et mentem elevat.

Ad sextum, videlicet, quod ecclesiae et altaria non debent construi, respondit: Negat sese istum praedicasse articulum.

Ad septimum, videlicet, quod sacerdotes Soprorienses sunt publici concubinarii, nec secundum canones possunt divina celebrare, respondit: Negat se in ista forma verborum concionatum fuisse, sed aliter; dixi, hactenus nullum catechumenum, publicum adulterum fornicariumque ausum fuisse interesse missae, et dixi: iam adulteros audere celebrare, et nunc superaddit: quis se reum cognoscit, procedat in medium.

Ad octavum articulum, videlicet, quod Iudaei Soprorienses non essent necessarii, (eo) quod ipsi sacerdotes publice exercent usuram, respondit: Negat se protulisse eandem formam verborum, sed aliam; dixi, misericordiam impendendam proximo in mutuo concedendo, nilque inde sperandum, sicut habetur Lucae 6. Sed nostrates christiani conqueruntur se opprimi usuris Iudaeorum, quibus id parum imputari potest, cum ex lege sua habeant licentiam fenerandi aliis et non fratribus, cum nostri christiani, ipsis meliores se existimantes, dent et accipiant passim ad usuram, tam seculares, quam spirituales, qui aliis deberent praeeminere in exemplo et doctrina.

Nota: Istae sunt responsiones ad articulos sibi fratri praedicatori obiectos.

Ad ultimum articulum, videlicet quod errores supra dictos in despectum et contemptum fidei orthodoxae cives Soprorienses

faciunt praedicare clausis portis civitatis, ne sacerdotes et alii catholici docti intersint: respondent Domini providi: Cives et consules hoc non fecisse, nisi, ut est consuetudo illius civitatis, fidelitatem servare suae regiae Maiestatis. — Pro secundo, totum venerabile sacerdotium Sproniense professum est publice in eodem loco, sese nil scire conscientiose et sub illa fidelitate, qua teneatur regiae maiestati Hungariae. — Pro tertio, egregii viri tricesimatores suae maiestati fideles sub eadem forma fassi sunt, sese nil scire de hoc facto. Pro quarto, tota honesta communitas praefatae civitatis ex uno ore fassa est iuxta interrogatoria sub iuramento et fidelitate, sese nil scire de hoc facto.

Eadem die hora prima habito prandio convenimus ad examinandum tam clerum quam laicos. Ubi interrogavit frater ac pater Gregorius, in persona regiae maiestatis, modum iurandi sacerdotum ad decidendam veritatem, et concluserunt insimul dominus praeceptor cruciferorum et dominus plebanus Sproniensis, quod sacerdos tangat pectus et dicat super fidem et conscientiam veritatem, qui sub eodem iuramento omnes deposuerunt.

Primo dominus Christophorus Peck, plebanus ecclesiae parochialis Sproniensis iuratus dixit: Huc ad Sopronium advenisse dominum Stephanum Kayar, virum egregium, archidiaconum Sproniensem et canonicum Iauriensem, meque interrogavit loco et nomine domini reverendissimi Iauriensis diocesani, super fidem et conscientiam meam, si qui essent de secta lutherana in hac urbe? Respondi: undique proh dolor error iste viget. Tandem quaesivit: quomodo scirem? Dixi, in patulo est aut in manifesto, quod isti laici iam emunt et habent libellos lutheranos et dum conveniunt ad tabernam, ibi unus, qui scit, legit, alii attendunt, decem, viginti, tot quot sunt, et tantas infamias inferunt sanctissimo, cardinalibus et aliis, quod nefas est audire. Post hoc ipsi laici nos diffamant. Nihilominus fuerunt quidam articuli praedicati in monasterio ante duos annos per praedicatorem fratrem, qui fuit tertius ante illum praedicatorem, et sunt certi articuli, quos dominus archidiaconus volebat scire et habere in scripto, quos articulos ego manu mea propria scripsi et tradidi ad manus domini archidiaconi, quorum primus est: Auditu audivit, quod non esset necesse accedere Sedem Apostolicam pro absolutione, quum quilibet sacerdos haberet absolutionem.

De tertio articulo[1] non facit mentionem, se aliquid audivisse.

De quarto articulo dixit, se audisse et alii, quod nec sancti,

[1] A «De secundo articulo» hiányzik.

nec beata virgo Maria essent adorandi. Nos una cum dominis tricesimatoribus petebamus a domino plebano, ut testes illos produceret in medium, a quibus dicit se ista audisse. Qui dixit, quod tradidisset oblivioni a tot annis, et nos non fuimus contenti de sua testatione.

Ad quintum articulum de ieiunio dixit se audisse a quodam sacerdote Sopronìense, Clemente Knopf, quod ieiunium non esset bonum opus.

Ad sextum articulum, de non construendis ecclesiis, dixit conscientiose, se ante duos annos ex alio praedicatore audisse, quod ecclesiae et altaria non deberent construi, sed sufficeret ipsis una ecclesia.

Ad septimum articulum dixit, se audisse a pluribus sacerdotibus, fratrem praedicatorem Christofforum praedicasse publice, quod antiquitus prohibitum erat, quod nullus adulter audiret missas, sed nunc adulteri celebrant.

Ad octavum dixit, se audisse a pluribus sacerdotibus, praedictum fratrem praedicatorem Christofforum praedicasse — non opus esse hic Iudaeos, quod sacerdotes ipsi recipiant usuram.

Item dixit dominus plebanus praefatus, quod frater Christofforus praedicavit, quod sancti nihil meruerunt coram Deo, et qui dicunt, in caput mentiuntur, sed per fidem vicerunt regna.

Item dixit dominus plebanus ad dominum archidiaconum et scripsit: Si hoc facit in publico, quid non in clanculo, cum nos non intersumus in diebus festivis, cum de mane praedicat clausis portis.

Advocatus praedicator ad articulum supradictum de meritis sanctorum, respondit: Sanctos nil meruisse ex propriis meritis, sed ex merito passionis Christi.

Secundus testis, dominus Raphael plebanus Beatae Virginis dixit: se nil scire de istis articulis, quod raro intrasset civitatem.

Tertius testis, dominus Thomas Radinger, dixit, se semel tantum interfuisse suo sermoni, ubi praedicasset, quod sancti nihil meruerunt coram Deo, sed citasset Paulum ad Hebraeos dicentem: Sancti per fidem vicerunt regna.

Quartus testis, dominus scriba civitatis, Iacobus Auer, super praedictum articulum interrogatus dixit, quod frater Christofforus in quodam festo alicuius sancti inter concionandum de meritis sanctorum praedicasset, quum ita diceret: quod sancti coelum non meruissent propriis meritis, et allegans Paulum dicentem: non sumus sufficientes nobis tanquam ex nobis: et qui dicerent, quod

sancti meruissent propriis meritis, mentirentur; sed sancti per fidem vicerunt regna.

Quintus testis, dominus Pancratius Frangk dixit, se forsitan una aut trina vice interfuisse suo sermoni, et dicit, se nil scire respondere ad articulos obiectos.

Sextus testis, dominus Erhardus dixit, se raro ingressum fuisse, nec stare potuit, nihil scit de hoc negotio, et nihil dicit contra istum bonum patrem.

Testis septimus, dominus Udalricus dicit, se fuisse debilem illo anno, tamen semel intravit et nihil audivit de istis articulis obiectis.

Testis octavus, dominus Pancratius Greiner dicit, se bina vice interfuisse suo sermoni et placuit ei, et dicit se nil scire de his articulis obiectis.

Testis nonus, Wolffgangus Rauscher dixit, se forte tribus vicibus interfuisse in sua concione et nil dicit se audisse contra catholicam fidem.

Decimus testis, Wolffgangus Wandorffer (dicit), quod conscientiose non haberet aliquid dicere affirmando istos articulos, quum non velit aggravare suam conscientiam.

Undecimus testis, dominus Georgius Fastenberger dicit, quod saepenumero accessit sermonem et nil mali audivit, quod esset erroneum contra fidem, quum bene processit.

Duodecimus testis, dominus Leonhardus Hengst dixit, se audivisse in sermone a quodam praedicatore ante duos annos, et non ab isto, in die Nicolai, quod sancti non essent invocandi, nec venerandi, et sic vulgus murmurabat contra illum praedicatorem. Sed ille moderans movit (?) sed per circumstantias bene processit.

Testis tredecimus, dominus Clemens Knopf dicit, se audisse ex fratre Christofforo praedicatore dominica quarta vel quinta post Pascha, quod ieiunium non esset bonum opus.

Testis decimus quartus, dominus Rupertus Fruebiert dicit conscientiose et ad salutem animae suae, se nullos penitus ab praedicatore praesente audisse errores, qui contra fidem essent et almam matrem ecclesiam.

Testis decimus quintus, dominus Michael Schauer iuratus dixit, se nunquam audisse aliquid praedicasse de istis articulis.

Testis decimus sextus, dominus Nicolaus Auer dixit, quod saepenumero interfuisset, nihil tamen audivit eum praedicasse, quod esset contra fidem catholicam, quum bene processisset.

Testis decimus septimus, dominus Mathias, architectoris filius,

dixit, se saepius visitasse, et tamen ad simplicitatem suam respondit, fratrem bene praedicasse.

Testis decimus octavus, Bernhardus Layndl dixit conscientiose, se saepe sermonem suum visitasse, tamen nihil de obiectis articulis audisse, nec scire.

Testis decimus nonus, dominus Andreas Stetober dixit, se saepe et multoties fuisse in sermone suo, et tamen nil audisse, quod fuisset contra fidem et articulos obiectos.

Testis vicesimus, dominus Paulus Swarcz dixit, se hic saepe fuisse in sermonibus suis et sermo suus fuisset pro populo et pro ecclesia.

Testis vicesimus primus, dominus Schifferhueber dixit, se fuisse in sermonibus suis et nihil audivisse de obiectis articulis.

Testis vicesimus secundus, dominus Wolffgangus Taschner dixit, se raro fuisse in sermonibus suis, in quibus tamen fuit, nil audivit, quod esset contra ritum sanctae matris ecclesiae.

Testis vicesimus tertius, dominus Matthias Iandl dixit iuxta suam conscientiam, quod fuisset in omnibus sermonibus suis, exceptis duobus, tamen nil audivit praedicare, quod fuisset contra fidem, neque de istis articulis.

Testis vicesimus quartus, dominus Wolffgangus Payr dixit, de obiectis articulis nil se scire, tamen audivit praedicare eundem, quod sancti suis meritis non intraverant regnum coelorum, qui secus diceret, mentiretur in caput suum.

Testis vicesimus quintus, dominus Petrus Lang dixit, se de obiectis articulis nil audisse, tamen praedicavit frater Christofforus, quod non laudo ecclesias construere et proximum suum [per]mittere fame perire.

Testis vicesimus sextus, dominus Matthias Schöttl dixit, se partim sermones suos visitasse, partim vero non, nil tamen audivit eum praedicare contra fidem catholicam.

Testis vicesimus septimus, dominus Caspar Sünthlich dixit conscientiose, quod fuit in sermonibus suis et nunquam tamen audivit eum excedentem, sed bene docentem.

Testis vicesimus octavus, dominus Matthias Piesch dixit, se fuisse in sermonibus suis ter aut quater, tamen nil audivit de istis articulis praedicare.

Testis vicesimus nonus, dominus Petrus Swarcz dixit, se nihil aliud audisse in suis sermonibus praeter veritatem, quum raro accessit sermonem.

Post hoc intraverant electi a tota honesta communitate bene

informati, iuxta conscientias suas et sub iuramento praestito regiae maiestati, fassi sunt, quod nil de his articulis lutheranis obiectis audiverant in suis sermonibus praeter evangelium et doctrinam salutiferam.

Anno 1524. die Crispini et Crispiniani[1] mane in praetorio convenimus ad inquisitionem librorum lutheranorum et aliorum errorum iuxta mandatum regiae maiestatis.

Magister Nicolaus de Sabari, praeceptor cruciferatus Sworoniensis, audivit a quodam presbytero, nomine Mathias, qui fuit procurator domini plebani Soproniensis divi Michaelis archangeli, quomodo per eundem nunciatum fuit mihi in persona domini plebani, quod haberet unum praedicatorem, qui palam proclamasset et praedicasset in ambone parochialis ecclesiae, quod summus pontifex et alii episcopi non haberent auctoritates maiores, quam simplex sacerdos. Ob id ego cogitavi de remedio, scripsi aliquas litteras ad dominos plebanos Sopronienses, ut si ista essent ex consensu ipsorum proclamata. Tum iidem domini plebani, lectis et intellectis litteris meis, vocaverunt me ad ecclesiam Sancti Michaelis. Accessi, ibique omnes comparuerunt et ipsi plebani se innocentes de hac re fecerunt, et praedicator fuit tandem emendatus verbis sui plebani. Tandem se intelligens praedicator male egisse, post aliquos dies accepit secum distinctos et honestos viros sacerdotes et ex civibus quosdam, et venit ad domum meam et pro culpa impetravit veniam; et alias non indulsi, quam revocet in ambone: et sic factum est.

Dominus Wolffgangus Wetzer plebanus hospitalis dixit, se nihil scire de praedicatore et de articulis obiectis, nec in biennio fuisset in monasterio.

Dominus Thomas Radinger altarista Soproniensis fuit accusatus, quomodo coram certis personis negasset divinam providentiam erga actus humanos, quod Deus esset spiritus et quod nec haberet os, nec aures, nec nasum, nec manus, neque pedes; ergo neque saperet, neque intelligeret, neque scrutaret, quidquam de actibus humanis. Et ipsi, coram quibus hoc loquutus est, venerunt ad fratrem Gregorium, de ore proprio fassi sunt.

Producti testes contra dominum Thomam Radinger:

Primus testis, Vitus Tabrer sutor, iuratus, dixit, quomodo ipsi inter potandum loquebantur de sacerdotibus, et quomodo iam

[1] Okt. 25.

rumor esset, quod deberent ducere uxores, et quod dominus Thomas casu ad eos venisset et eorum eloquium interrupisset, in aedibus Francisci Boemi civis Soproniensis, dicens: vos nescitis quid sit Deus. Nam Deus nec habet aures, nec oculos, nec manus, nec pedes, sed est spiritus. Et dicit, quod dominus Thomas non fuisset lutheranus et quomodo dominus Bernhardus etiam interfuisset.

Secundus testis, Caspar Pauer civis Soproniensis, iuratus deposuit, quod factum fuisset in allodio cuiusdam civis Soproniensis, Franciscus Boemus nomine, infra portam cellarii, ubi dictus civis Pauer inter loquendum dixisset, quod Deus omnia bene discuteret, causam et fundamentum omnium. Super quibus verbis dominus Thomas Radinger locutus fuisset: Quomodo Deus diiudicare posset, cum nec aures, nec nasum, nec manus haberet, et neque saperet, neque intelligeret quidquam. Et dicit, quod Vitus sutor et dominus Bernhardus etiam interfuissent.

Tertius testis, dominus Bernhardus dixit ad conscientiam suam, quod possibile est ipsum interfuisse cum Francisco Boemo, et quod dominus Radinger coram etiam fuisset, et bibissent roseum vinum et per mediam horam simul cum vicino suo affuissent et audivit alios inter se altercantes, tamen non percepit semper, an de Deo, vel de spiritu fuissent disputati.

Contra eundem dominum Thomam lata est sententia, ut faciat publicam concionem contra Lutherum et omnes eius interpretes, et declaret coram populo in concione dominica errores per se commissos, et deprecaretur propositionem suam, demum regiam maiestatem et totam communitatem. Qui submisit se ad id omne prosequendum die statuto.

Eodem die post prandium hora prima iterum convenimus. Propositus est coram nobis articulus, ubi sua maiestas mandat et praecipit, ut omnes libros lutheranos, qui haberent, tenerentur praesentare.

Tractatum est de modo habendi libros supradictos; tandem deffinivimus, ut detur unicuique praesenti spirituali et temporali honor et debita reverentia, et sic conclusimus, quod dominus vicearchidiaconus cum certis dominis spiritualibus et temporalibus inquirat et repetat volumina coram sacerdotibus et nobis praesentet. Si autem defecerit per suam negligentiam, quod absit, iuxta decretum regiae maiestatis et totius consilii reddet rationes. Quoad temporales committimus auctoritatem domino magistro civium, iudici et toti consulatui, ut idem faciant apud suos, et si defecerint per negligentiam ipsorum, reddent rationes suae maiestati, quod absit.

Insuper volumus, ut dominus archidiaconus omnibus plebanis huius districtus Soproniensis mandet et praecipiat, ut nemo utatur libris iam dictis, et si apud aliquos invenerit, sub censura ecclesiastica ab eisdem auferre teneatur, et secus facere non praesumant.

In vigilia Simonis et Iudae[1] praesentavit libros lutherianos, quos dominus plebanus vicearchidiaconus potuit invenire apud sacerdotes, iuxta conscientiam suam et eorum, qui cum eo fuerunt in requisitione, et de cetero, si quos invenerit, praesentabit dominis in praetorio.

Examinatio consulis de esu carnium et aliorum ciborum prohibitorum, inter seipsos factorum.

Primo iudex interrogatus, dicit, quod non comedisset carnes, nec ova diebus prohibitis cum familia sua, sed audisset a coniuge sua et quodam rustico, quod Paulus Institor et uxor eius comedissent unum ovagium et ova tempore quadragesimali, et quod ipse Institor ad eundem iudicem dixisset, se habere copiam librorum lutherianorum.

Dominus magister civium interrogatus, dixit, quomodo plebanus ad eum venisset et dixisset, quod mala vita alicuius civis in eorum medio existentis appareret. Quare, cum ipse esset caput, huiusmodi mala impunita relinqueret? E diverso dixit magister civium, se, cum sciret pro certo, nequaquam relinquere impunita. Ad haec respondit plebanus: Paulus Institor est unus, et quod aliquae honestae mulieres etiam venissent ad dominum magistrum civium et dicebant, quomodo uxor Pauli Institoris aperte comedisset ova diebus prohibitis.

Dominus Christophorus Grätzer dixit, quomodo a multis audisset, quod Paulus Institor manducaret carnes, et quod vidisset eundem dictum Institorem et Benedictum Bors et Franciscum Boemum vesci ovis quadam sexta feria.

Dominus Bartholomaeus Ofner dixit, quod pro se nec comedisset ova, nec carnes, nec libros lutherianos domi haberet, nec legisset, nisi quod nuper auditu percepisset Paulum Institorem vesci carnibus diebus prohibitis.

Dominus Petrus Piscator dixit, se ab Institore ipso audisse, quod haberet libros lutheranos, et quod rumor esset, eum come-

[1] Okt. 27.

disse carnes, et quod casu cum Institore convenisset in foro piscario, quod diceretur de piscibus. Ad hoc dixisset Institor: melius esset caro aut capo, quam pisces. Ipse respondit: me plus delectant pisces, sed nescit, an comedit, an non.

Dominus Johannes Piesch dixit, quod non edisset carnes, nec lactaria diebus prohibitis cum familia sua, sed audisset, quomodo uxor Pauli Institoris in vigilia Petri et Pauli apostolorum comedisset ante domum in quadam testitudine duo ova, et quomodo quidam sacerdotes libellos lutherianos hinc inde portassent, et quod quidam studens diceret, quod cum dicto Paulo Institore comedisset carnes suillas quadam die Sabbati.

Dominus Jeronimus Hiersch confitetur, quomodo audisset, quod Paulus Institor comedisset cum duobus studentibus unam calcedam de carnibus suillis.

Dominus Johannes Schutzner dixit, sicut Ieronimus Hiersch, quod non vidisset eundem Paulum vesci carnibus, sed auditu audivit.

Dominus Benedictus Bors dixit, quod domi cum familia nunquam edisset carnes, nec ova diebus prohibitis, nec etiam tractatus lutheranos habuisset, sed cum semel ad Albam regalem proficisceretur, misit Paulus Institor coquere ova quadam sexta feria ad noctem et comedit cum eo unum ovum, sed in quadragesima ad Sanctum Johannem de eo confessus est et absolutus.

Dominus Waltasar Stegersbacher dixit, quod non comedisset nec ova, nec carnes diebus prohibitis cum familia sua, et quod ipsum Institorem semper arguisset, ne ita licenter viveret, et quomodo audisset, quomodo idem Institor comedisset carnes.

Paulus Institor ultro confitetur, quod nescit, an alii habeant libros lutheranos, an non, sed de seipso bene scit, quod habeat et vult demonstrare et praesentare ad postulatum Dominorum, et quod ova manducasset in quadam profectione in una sexta feria, et superaddit: quod cum ducilasset hoc anno vinum, fuisse rogatum a quibusdam sociis, an habeat aliquid comedere, dixit ioco, habere unam calcedam de carnibus suillis, et dixissent afferre, et ex ea comederunt, et nihil inde remansit, et ipse adstitit et coepit postea etiam comedere; sed alias nunquam talia commisit, verum semper cum suis pro loco et tempore ut christianus vixisset et commendat se dominis commissariis.

Dominus Caspar Kolb confitetur, quod ipse nunquam usus fuisset huiusmodi libellis, et quod ad diem Sancti Stephani regis ad Albam regalem ivissent et fecissent aliquas reverentias imagi-

nibus et ecclesiis, sed ab Institore derisi et correpti, quod ligna et lapides venerarentur, et quod audisset rumore, quomodo Paulus Institor comedisset ova et carnes diebus prohibitis.

Georgius, portitor civitatis, interrogatus sub iuramento, quo tenetur, dixit, quod audisset a quodam studente, qui ita fateretur, quod comedisset unam calcedam de carnibus suillis in quadam sexta feria in domo Pauli Institoris.

Dominus Matthias Coriari confitetur, quod cum domino Johanne Pistore quadam sexta feria ad Paulum Institorem ad tabernam transivissent et petivissent ientaculum ab eo, qui dixit: Vultis comedere unam calcedam de esocibus? et apportavit unam calcedam de carnibus suinis; sed ab ipsis iterum amovit et portavit ad triclinium suum, at ipsi exspuerint super hoc facto, et viderunt eum vacuam catinam ad coquinam portasse.

Dominus Johannes Pistor confitetur, quod cum scitu non comedisset cum familia nec carnes, nec ova, nec haberet libros lutheranos. Sed de Paulo Institore ita loquitur, quomodo cum fratre suo Matthia Coriario ad tabernam Pauli Institoris transivissent, et quod idem Matthias postulasset quoddam ientaculum, et misit ipsis apportare unam calcedam de carnibus suinis; qua visa, dixit idem Pistor: Comedat te diabolus, et exspuit super hac re. Sed tandem misit iterum deponere calcedam et dixit: ego nemini facio conscientiam, qui non edit, sinat; et introivit cum duobus studentibus, unus succentor, qui recessit nuper, et alius quidam, in triclinium suum, tamen nescit, quid intus fecerunt, an comederint, nec ne, sed vidit catinam vacuam ab ipsis auferri. Iterum Paulum dixisse, quod haberet magnam copiam librorum lutheranorum, nec propter eos libros possent eum ense excoriare, quum tamen venduntur publice.

Dominus Matthias Jandl, praedicator in ecclesia parochiali, confitetur, se non comedisse carnes diebus prohibitis, sed dicit, se audisse a quodam sacerdote, domino Sebastiano, qui sibi dixit, quod in quadam sanctricis (?) aliqui sacerdotes carnes diebus prohibitis comederunt.

De secundo articulo fatetur, se comedisse ova, sed de esu carnium nihil vult confiteri.

Quod Paulus Institor est devictus de comestione carnis et de libris lutheranis, cum periculo animae suae et scandalo aliorum contra decreta sanctae matris ecclesiae et bonos mores et antiquam consuetudinem. Super quod data est sententia, tam a consulatu, quam etiam a commissariis suae maiestatis, ut ipse in publico

manifestetur, se ista commisisse. Ipse primo reconciliet deum omnipotentem, sanctam matrem (ecclesiam) et totam communitatem, alios quoscunque, promittens se de cetero cavere a similibus et vivere. ut bonus christianus, quod si non faciet, habiturus sententiam contra se, ex mandato regiae maiestatis. Data sententia contra Paulum Institorem, cum misericordia, ut solet sancta mater ecclesia punire delinquentes, ut superius notatum est, fecimus venire Paulum Institorem in medium nostri, declarata sibi sententia, interrogavimus, si vellet obtemperare et satisfacere sententiae nostrae; qui, ut est verus christianus, exhibuit se paratum cum omni obedientia, et debentem ista prosequi dominica proxima futura. — Anno et die, quibus supra.

Paulus Institor, civis Soproniensis, deprehensus est in manifesto errore cum esu carnium diebus prohibitis, et quod scandalisavit alios, quibus huiusmodi carnes in domo sua quadam sexta feria ad vescendum apposuit, qui error est contra sanctam matrem ecclesiam et bonam consuetudinem, et quod habuit circa se aliquos libros lutheranos. Anno 1524 die Simonis et Judae[1] convenimus etc. ubi dicto Paulo super istis erroribus est indictum: ut stet in publico loco et platea, ubi quidam concionator ascendat concionem et dicat omnes errores praedicti Pauli Institoris, promulgetque publice edictum regiae maiestatis, et constructo rogo lignorum tandem comburantur opera Lutherana, et descenso praedicatore ascendat idem Institor et profiteatur suum errorem, et oret universos pro delicto et confirmet dictum per praedicatorem prolatum, quantum ad eum pertinet et commisit.

Dominica die post festum Simonis et Judae apostolorum[2] fecimus venire Bernhardum arcularium, et interrogatus est, ut diceret veritatem de esu carnium, iuratus fassus est: Quod nec ipse, nec sacerdos, nomine Matthias Jandl, qui veniens ad domum meam saepe saepius ibi comedit ova in quadragesima; quem redargui de hoc, quia ausus est dicere: quare non comederem, qui respondit: miror, quod tu non comedis, qualis christianus es, imo si haberem carnes, comederem, et scio locum, ubi coxerunt et comederunt carnes et ex eis ad scholas miserunt.

Vocatus eadem die Paulus Institor ad dicendum, unde accepit fundamentum comedendi carnes diebus prohibitis: qui respondit, quod primo habuit ex dominis germanis, secundo habuit isto modo:

[1] Okt. 28. — [2] Okt. 30.

miserat alias suum puerum cum quadam cedula ad plebanum in quadragesima pro quibusdam suis certis negotiis, qui puer cum intraret domum plebani, vidit coqui carnes.

Quod quidam sacerdotes in vigilia Purificationis Mariae congregati ad unam domum, videlicet dominus Georgius et magister Gallus, unam gallinam comederent, et alii duo, videlicet dominus Sebastianus et dominus Matthias quidem interfuerunt, non autem comederunt; haec profitetur idem dominus Matthias iuxta conscientiam suam.

Die dominica post festum apostolorum Simonis et Judae, iuxta mandatum regiae maiestatis, magister civium, iudex et totus consulatus, volens parere et in omnibus obedire, sicut hactenus, facta trina pulsatione, sicut moris est, ad sermonem, et pulsatis organis, sicut mos est istius Civitatis, convenerunt omnes tam spirituales quam seculares civitatenses et sic processimus: primo facto sermone a domino Thoma altarista, de fide catholica; secundo: Notarius civitatis declaravit mandatum regiae maiestatis in vulgari; his auditis puniti sunt, qui erant puniendi, poena condigna; his habitis preco civitatis proclamavit poenam in futurum delinquentium sine misericordia; ultimo loco carnifex sanguinarius combussit libros lutheranos in contemptum et abominationem ipsius pestiferi Lutheri.

Ultimo tota communitas supplicat suae maiestati humillime, ut dignetur, sicut prius, ita et de cetero committere et mandare magistro civium, iudici, ut sint superintendentes super his, sub poenis superius notatis, ne haec urbs suae maiestatis inficiatur, sicut iam infecta erat in parte, secta lutherana. Ita tamen, quod si magister civium et iudex essent negligentes in conservatione fidei catholicae, bonis moribus et antiqua honestate, habeat ipsa communitas auctoritatem mittendi ad suam maiestatem et conquerendi de negligentia et inobedientia.

Közölte *Gruber* József a Magyar protestáns egyházi és iskolai Figyelmező negyedik (1873.) évfolyamában, 165—177 ll.

164.

Sopron, 1524 október 31.

Sopron városa a király előtt tiltakozik az ellen, hogy a városban a lutheránus tévedéseket hirdették volna. Hivatkozik a kiküldött vizsgálóbíróra. Kérdezősködik a feladó felől.

Serenissime Rex... Litteras sacre Maiestatis vestre per religiosum fratrem Gregorium ordinis Minorum divi Francisci professo-

rem ad nos datas de secta et refutatione librorum Lutherianorum debita cum obedientia percepimus et ex eisdem intelleximus, quomodo sacra Maiestas vestra cum universis dominis consiliariis et regnicolis in nos non mediocriter excandesceret propterea, quod nos quendam fratrem predicatorem, secta Lutheriana infectum, nobiscum detinuissemus, qui iussu nostro aliquos articulos contra sanctorum patrum decreta et constitutiones Romane ecclesie clausis portis civitatis nobis predicasse diceretur. Credimus quidem hoc Sacratissime Maiestati Vestre per quendam, qui nobis non bene faveat, citra tamen onus probationis indictum et delatum fuisse, quod nos inficias ibimus, quia non nostrum est eligere predicatores, sed, quum illi vel a pastore et plebano nostro vel a venerabili capitulo fratrum ordinis divi Francisci singulis annis constituuntur et eliguntur, his contenti sumus. Est autem nobiscum quidam monachus predicti ordinis Concionator, vir catholicus et vere christianus sacrarumque litterarum non ignarus, set a nobis non electus. Is, ut verum fatemur, portis civitatis ac claustri ianuis patentibus citra omne scandalum sacrum Evangelion et sanam Christi doctrinam modestissime et in veritate docuit et predicavit, nec aliquid aliud contra eum approbari potuit, sicut plerique, qui eum audierunt, eius concionem et pro populo et Ecclesia fuisse testantur. Neque nos inter concionandum civitatis portas saltem in die, ut ab antiquo fieri consuetum est, concludere fecimus ac nemini, eius sermonem audire volenti, iter preclusimus, imo multo magis quoscunque auditum[1] verbum divinum moneremus. Sed nihil opus verbis invictissime princeps. Satis clare Serenissimam Maiestatem vestram hoc negotium intelligere arbitramur ex relatu fratris Gregorii, qui iuxta processus hic coadiacentis continentiam[2] rem omnem ordine referet. Nec nobis hactenus constabat hactenus aliquos in hac urbe Lutheri emulos extitisse, quos profecto post admonitionem fraternam, si non mox resipuissent, impunitos nequaquam permisissemus. In hoc vero inventos iuxta mandatum Maiestatis Vestre (cui obedivimus, semperque parere cupimus) noxe dedidimus, ut declarat abunde processus per eundem fratrem Gregorium manibus sacre Maiestatis vestre hisce litteris assignatus. Qui, ut hic oculis vidit, nec statuta ecclesiastica nec ceremoniarum ritum et quicquid est huiusmodi, omnino non variavimus. Sed, sicut fuit a multis seculis, ita et modo Sopronii recte aguntur omnia. Cupimus autem

[1] Talán: ad audiendum.
[2] Lásd az előbbi szám alatt.

obnixe, quantum maxime nobis cognitu dari illius articuli delatorem, qui coram Maiestate vestra nullis functus testimoniis affirmare audebat, nos Lutheranam sectam, clausis portis civitatis, infecto predicatore, illam ipsam docente, imitari. Vt autem nostro non utamur testimonio, im promptu extant, qui de hoc nos crimine coram Maiestate vestra et universorum regnicolarum comitatu excusatos habebunt. Cui nos, ut fideles et subditos omni tempore committimus et commendamus. — Datis Sopronii in vigilia omnium Sanctorum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Eiusdem Maiestatis Vestre Serenissime

fideles
subditi cives civitatis
Maiestatis Vestre Sopronìensis.

Kívül: Serenissimo... domino Ludovico Hungarie et Bohemie regi.

Egykorú pecséttelen másolat vagy fogalmazvány Sopron város levéltárában. Lad. 1. et A. Fasc. 1. nr. 5.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

165.

Róma, 1524 október 26.

VII. Kelemen pápa, kiemelvén Szalkai László esztergomi érsek kiváló tehetségeit, tekintélyét és eddigi érdemeit, újra felhívja, hogy az elűzött pikardok visszafogadására irányuló törekvéseket meghiusítani igyekezzék.

— — Non solum nunc, postquam divini consilii providentia ad summi apostolatus honorem provecti sumus, verum antea etiam, dum in minoribus essemus constituti, id iudicii de tuae fraternitatis virtute, prudentia et religione semper fecimus, quod tua egregia merita postulabant; ac aliis temporibus, quibus quum ad aliorum curam rei Christianae gubernatio pertinebat, etsi nos quoque partem aliquam oneris pro cardinalatus officio subibamus, tua nos tamen virtus ad singularem quamdam adversum te benevolentiam adduxerat, qua pro ea voluntate, qua semper reipublicae Christianae saluti et tranquillitati fuimus affecti, tuae nobis actiones et tua in eamdem Christianam rempublicam officia mirum in modum placebant. Postquam vero, ita disponente Domino, totum in humeros nostros onus incubuit, nostra est omnium cura, nostra omnium rerum sollicitudo: non modo ut conservemus amorem, quem antea erga

te susceperamus, verum etiam illum ut augeamus, magnamque spem multarum partium Christianae reipublicae male affectarum in meliorem statum revocandarum in teipso reponamus, multis de causis cogimur. Sive enim consilium prudentiamque spectamus: paucissimos habemus, quos tecum his dotibus conferamus; sive auctoritatem et voluntatem: dedisti iam utriusque documenta in eis potissimum rebus maxima, quas a te coeptas et bene directas cupimus ad optatum finem perduci. Itaque quum superioribus diebus saepe ad nos dilectus filius Joannes Antonius Pulleo, baro Burgii, nuncius noster, ea de te, quae volebamus, scripsisset, neque te minori studio elaborare, ut et Deo et nobis et dignitati tuae satisfaceres, quam quanto nos id desiderio affectabamus, significasset; tum vero novissime venerabilis frater Hieronymus episcopus Gurcensis, praelatus noster domesticus,[1] aperuit nobis animum et sententiam tuam, atque ita locutus est, ut nos ex eius sermone has ad te literas scribendas duceremus: ut quamquam currentem hortari minime sit necesse, haberes tamen testimonium nostrae eximiae in te voluntatis. Nos, venerabilis frater, et quae fuerit tua adversus impiam et iam istinc proserpentem sectam Lutheranorum opera, non ignoramus, et quantum quoque his proximis annis laboraveris, ut in Bohemiae regno Calixtini, qui parvis admodum in rebus a fide catholica dissentiunt, ad reconciliationem christianae charitatis et unionem dominici corporis reverterentur, plane cognitum habemus, ac novissime tuo potissimum consilio scimus et tua industria fuisse factum, ut perfidum atque pestiferum Picardorum genus, qua labe illa indita diu oppressa Bohemia, a coetu et civitate Pragensium, tumultu prope populari, sancto quidem et pio, expelleretur: ac perfidissimi homines et perditissimi haeretici Dei omnipotentis iustam iram sentirent adversum se esse concitatam. Quae acta tua et opera, digna illo honore, quem geris, et illa pia ac praeclara voluntas, quam praestas, nobis ita probata et grata sunt, ut illis non solum laudem, sed etiam magnam gratiam nos debere fateamur. Verum illud restat, ut quae per te praeclare gesta sunt, non sinas neque per alias tuas occupationes postponi, neque per alicuius perfidiam disturbari. Etenim allatum ad nos est, quod magno cum dolore accepimus, esse, qui curent et operam interponant, ut calixtini, qui cum catholicis senserunt contra Picardos, ad concordiam cum eisdem Picardis reducantur, ac horum quidem spiritus rectus et bonus, non sine Dei numine contra pestiferos illos haereticos inflammatus, refrigeretur,

[1] Balbi Jeromos, azelőtt pozsonyi prépost.

sceleratis vero et nefariis hominibus pro scelerum suorum et impietatis poena praemium ultro restitutionis donetur: quod nos neque quo consilio tractatum, neque qua conscientia susceptum sit, possumus intelligere. Nam si in pravis hominibus sperari posset sententiae mutatio et praeteritorum perniciosorum errorum ex poenitentia dolor: nihil potius venia et misericordia duceremus. Sed quum huius rei nec spes ulla, nec causa esse possit; quum eorum communio et contubernium cum melioribus et aut recte de fide Christi, aut non omnino sinistre sentientibus nihil aliud adferre possit, quam perniciem animabus, seditionem civitatibus, confusionem populis: quidnam est in hac tractatione concordiae, quod aut Deo omnipotenti gratum, aut regno illi et regi possit esse salutare? quum praesertim etiam nihil sit, quod nos molestius laturi simus. Novimus enim, quo consilio Deus nos in tantis totius Christianae reipublicae periculis atque adeo ruinis suo gregi voluerit esse praefectos. Dedit enim ille nobis promtam et cupidam ad inserviendum ei voluntatem: utinam det etiam in suis negociis dirigendis felicitatem! Itaque et paci studemus maxime, quanto quidem cum studio possumus; et in Germania pesti Lutheranae quibus curis et laboribus obsistere contendamus, tua propinguius fraternitas potest intelligere. Ad salutem quoque Bohemiae et unitatem procurandam studia nostra dereximus, cuius consilii nostri sancti et salutaris effectum, Picardis illis vigentibus, non possumus expectare: in tantis nostris vigiliis et laboribus, in quibus si vitam ipsam nobis ponere pro Dei honore contingat, praeclare nobiscum actum simus existimaturi. Siqui itaque nobis obstent, ut Picardos, quos maxime expulsos esse laetamur, restituere contendant: faciunt illi quidem nobis iniuriam, sed multo maiorem domino et Deo suo. Verum, venerabilis frater, huius molestiae et sollicitudinis nostrae levandae summam spem in tua prudentia et auctoritate ponimus; te in domino hortantes ac paterno animo et studio enixe requirentes, ut ex eius, quam in hac re iam singularem ostendisti, virtutis praestantia, et illius, quam erga nos geris, voluntatis affectu, totum negocium hoc, iam tibi notum et familiare, eo animo curaque suscipias, quo animi studio te requirimus; eo tua nobis fraternitas satisfaciat, ut hanc quidem primum tractationem iniquae et pestilentis concordiae discutias et disturbes: rem vero totam ita gubernes et modereris, ut unitate et salute in illis populis revocata, tibi plurimum a nobis et a Sede Apostolica debeatur. De his rebus scribimus copiosius ad supradictum nuncium nostrum, ut tam in his, quam aliis, quae ad utilitatem et commoda Christianae rei et istius regni pertine-

bunt, ita tuo in cunctis utatur consilio, ut ab auctoritate tua ne minimum quidem discedat. Tu si amorem tuum illum erga nos, cui nos semper pari respondimus benevolentia, nobis in tanta et tam honesta re gratificando totum adhibueris, declaraverisque, cupere valde te nostris sanctis et iustis desideriis satisfactum esse: non solum te rem gratam Deo inprimis fecisse, magnique id laudis et existimationis tuae interesse cognosces, sed etiam reipsa experiere, eam a nobis, quam tanta officia merebantur, honoris et dignitatis tuae haberi rationem. Datum Romae — XXVI. Octobris, MDXXIV. pontificatus nostri anno I.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 239. *Katona,* 448.

166.

Buda, 1524 november 3.

Szalkai László esztergomi érsek válasza VII. Kelemen pápának október 8-iki brévéjére (v. ö. az előbbi számot).

Beatissime Pater, et Domine Domine clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, et mei in gratiam eiusdem humillimam commendationem. Consequi verbis non possum, quanto me gaudio Breve primum S^{tis} vestrae, quod hijs diebus accepi, deinde litterae R^{mi} D. Cardinalis Campegij, S^{tis} vestrae Legati, affecerunt, quod ex hijs vestrae S^{tis} in me benignitatem tam propensam esse video. Nihil autem potest in rebus humanis esse adeo amplum, magnificum atque illustre, cui ego vestrae S^{tis} sapientissimum iudicium nolim anteferre. A vestra igitur S^{te} meam quantulamcunque exiguitatem probari, me maximis etiam honoribus dignum existimari, non potest mihi esse non periucundum; et licet fuerim ab ineunte aetate, et ab eo potissimum tempore, quo praesens vitae institutum ingressus sum, Sedi Apostolicae addictissimus et illius honoris, dignitatis, amplitudinis ita studiosus, vt in hoc genere officii nemini meorum aequalium concesserim: non potero tamen posthac hijs etiam benignitatis stimulis incitatus, non esse longe etiam magis quam hactenus fuerim, ad omnia ea, quae ad Sedis ipsius Sanctissime et vestrae S^{tis} honorem ac maiestatem pertinebunt, maxime pronus et ardentissimus. Neque opus erat, Beatissime Pater, tot verbis, tam vehementi persuasione, de re Bohemica mecum agere, nisi forte voluit vestra Sanctitas currenti calcar novae adhortationis suae adhibere. Habebam ego iampridem hanc rem, et mea sponte, et ho[rtatu] vestrae S^{tis} incitatus, ita cordi, vt licet maximis

et difficillimis negocijs curisque, et extremo huius Regni discrimine essem mirum atque incredibilem in modum distractus: nunquam tamen, etiam in hijs grauissimis occupationibus, ullum praetermiserim locum huius sanctissimae rei totis viribus promovendae. Cuius meae diligentiae et sollicitudinis tam D. Baro Nuntius vestrae S[tis], quam etiam bonus frater meus Stephanus Brodericus, omnium laborum et actionum mearum conscii, poterunt esse testes locupletissimi. Res autem quo in statu sit, existimo vestram S[tem] non ignorare. Quamquam autem non pauci sunt, qui rem tam sanctam interturbare moliuntur, spem tamen non parvam habemus, eam bonum finem habituram, ad quam promovendam transigendamque nec studium ullum meum, nec operam patiar desiderari. Nihil est enim inter omnia ea, quae a me in vita possunt optari, quod cupiam vehementius, quam ut haec immortalis gloria illius nobilissimi Regni ad sanctae matris Ecclesiae unionem, gremium ac societatem reducti, toties maximis Christianorum Principum et Sedis Apostolicae conatibus, tanto etiam sanguine frustra tentata, vestrae sit Sanctitatis propria ac peculiaris. Denique vestra S[tas] ita sibi de me certo persuadeat, nihil praetermissurum, quod ad hanc rem ex sententia vestrae S[tis] et ex dignitate Sedis Apostolicae conficiendam pertinere possit; me quoque rebus in omnibus, quae a me poterunt unquam praestari, ita geram, vt haec V[rae] S[tis] summa benignitas et clementia in seruitorem et fidissimum et gratissimum Sedis Apostolicae et S[tis] V[rae] collata esse videatur. In cuius gratiam me ac servitutem meam humillime ac supplex commendo: quam Deus felicissimam conservet. Budae die III. Nouembris. MDXXIV. E. V. Sanctitatis humillimus servitor et capellanus Ladislaus Archiepiscopus Strigon. manu pp.

Az eredetinek hasonmása kiadva: Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. I. köt. utolsó melléklet. Theiner, Mon. s. Hung. ill. II. 639—40.

167.

Esztergom, 1524 november 3.

Nyási Demeter, esztergomi érseki helytartó, a selmeczbányai bírónak és esküdteknek meghagyja, hogy Körmöczi Lénárd domokosrendű szerpapot, a ki, levetvén szerzetesi ruháját, egy nővel házasságra lépett és városukban tartózkodik, elfogassák és elüljárójához kisértessék.

Prudentes et circumspecti nobis in Christo dilecti. Ex relatione religiosi Patris Vicarii, presentium videlicet exhibitoris, suo et totius

conventus fratrum Ordinis Predicatorum in claustro Sebnicensi residentium nomine nobis facta non sine gravi animi nostri displicentia accepimus: qualiter superioribus diebus quidam frater Leonardus ex Crempnicia oriundus, professus dicti Ordinis, in sacro diaconatus ordine constitutus, diabolo, inimico generis humani instigante, habitu eiusdem Ordinis abiecto, matrimonium publice in civitate Crempnicensi cum quadam muliere per verba de presenti contraxit, illudque carnali copula subsecuta consummavit; reatum non solum adulterii, verum et incestus manifesti incurrendo, propter que maioris excommunicationis sententiam publice a iure in eum promulgatam eo facto incurrisse dinoscitur, nuncque in vestra civitate Sebnicensi sic tam per apostasiam, quam contractum presumpti matrimonii ligatus moraretur in dedecus totius vestre communitatis et scandalum non solum dicti Ordinis Predicatorum, sed etiam totius clericalis manifestum. Quod cum sit pessimi exempli et nisi remedio opportuno maturius tolleretur, posset maius etiam scandalum propediem inde oboriri: Circumspectionem igitur vestram harum serie requirimus et monemus ac in virtute salutaris obedientie precipiendo committimus et mandamus, quatinus vos habita presentium notitia prefatum fratrem Leonardum capiatis, captumque manibus prelibati Patris Vicarii presentium, ut prefertur, ostensoris detis et assignetis, scientes, quod si forsitan (quod non credimus) per vos secus factum fuerit, vos tam apud Regiam Maiestatem, quam Dominos Regnicolas de vestra inobedientia et rebellione manifesta denunciare curabimus. Et vos in Domino bene valere optamus. Datum Strigonii tertia die mensis Novembris anno Domini 1525.

Demetrius
Episcopus Sanctuariensis,
Vicarius ecclesie Strigoniensis etc.

Kívül: Prudentibus et Circumspectis Viris Iudici et iuratis, ceterisque civibus civitatis Sebniciensis, Diocesis Strigoniensis, nobis in Christo dilectis.

Egy félív papiron, veresviasz záropecsét nyomaival. — *Budai országos levéltár: D. L. 35021.*

Közli: Bunyitay Vincze.

et Alberto de eadem [...] tino Agyaros, Dionisio Nagh, Michaele Kÿs, Thoma Kathona et Emerico Thathar [...] ribus suis ignobilibus, aliis etiam quampluribus familiaribus et complicibus eiusdem, manibus armatis et potentiariis, Dei et hominum timore postposito ad ecclesiam parochialem beatissime Virginis Marie in possessione Kwssal vocata in Comitatu Zolnok mediocri existente fundatam et sub patronatu et iurisdictione ipsius exponentis singulariter existentem irruisset, ibique sacristiam et alia loca secretiora ipsius parochialis ecclesie, ubi videlicet omnes reliquie, cruces auree, monstrancie, calices, ampulle ac alie res pretiose in Dei laudem et honorem beatissime Virginis Marie, in cuius nomine et titulo ipsa eadem ecclesia fundata extitisset, ab olim facte, ordinateque et dedicate conservari consveverant, violenter aperiri reserarique fecisset; abindeque in contemptum Dei, ecclesieque ruinam et detrimentum reliquias, crucesque aureas, monstrancias, calices, ampullas et alias res pretiosas eiusdem ecclesie ad valorem viginti millium florenorum auri sese extendentes, preter omnem voluntatem dicti exponentis, consequenterque [....] parochialis et aliorum vitricum ipsius ecclesie, ecclesiam de eadem violenter et motu suo pro [....] sisset, abstulissetque et eduxisset, oblatasque et eductas, [....] et asportasset, et quo sue placuisset voluntati, fecisset; his etiam minime contentus, tempore in eo[dem Mic]hael Jakchy mala malis adiiciens, totalem portionem possessionariam predicte parochialis ecclesie be[atissime virgi]nis Marie in possessione Mochola vocata, in eodem Comitatu Zolnok mediocri existente, habitam, alias [....] quondam dominum *Dionisium Episcopum Waradiensem* in laudem et honorem Dei, eiusdemque Virginis [...] eidemque parochiali ecclesie, consequenterque servitoribus eiusdem pro tempore constitutis [...] legatam, donatamque et dedicatam minus iuste et indebite et preter omnem voluntatem [....] ponentis, veri et legitimi patroni prescripte ecclesie parochialis, ab eadem ecclesia pro seipso us[....] et usurpando occupasset, occupativeque teneret et conservaret etiam modo, in quibus [....] salvis actibus potentiariis eidem exponenti et per consequens dicte parochiali ecclesie beat(issime virgi]nis Marie plusquam viginti duorum millium florenorum auri dampna intulisset ac in fe [...] potentia mediante, in preiudicium et dampnum ipsius exponentis, consequenterque ruinam et detrimentum [di]cte parochialis ecclesie manifestum. Cum autem iuxta constitutionem universorum dominorum Prelatorum et Baronum ac Regni nostri nobilium *in dieta et conventu eorum generali* pro festo beati [Geor]gii Martyris in anno proxime transacto preterito Bude de mandato nostro regio celebrato factam ac per Maiesta-

173.

Buda, 1524 deczember 21.

II. Lajos király Kanizsay László vasmegyei főispán pőreit, míg ez lorettói zarándoklatát elvégzi, fölfüggeszti.

Ludovicus II. rex Hungariae causas litigionarias Ladislai de Kanisa comitis Castriferrei causa devotionis ad ecclesiam beatissimae Virginis Mariae de Loreto profisciscentis suspendi iubet.

Quellen u. Forschungen etc. Wien 1849. 117. — Magyar Történelmi Tár, IX. k. 90.

174.

Buda, 1524 deczember 26.

Werbőczi ereklyét kér.

Antonius Burgio Jacobo Sadoleto.

— — — — — — — — — — — — — — —

Messer Stephano Verbez gintilhomo Ungaro, che ben conosce Sua Santità, have supplicato a Sua Santità, che li concedesse un poco di reliquia di Sancto Sebastiano, per poter adornare una Capella che in honor suo have fatta. Sua Santità fu contenta et conmesse il negocio al Vescovo Casertano; di poi non si ni è fatto altro. Questo gintilhomo mi ha pregato, che ni scriva a Sua Santità; et perchè so che la Santità Sua li have particular affettione, prego Vostra Signoria ni fazi un motto cum Sua Santità.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat I. 97.

175.

Buda, 1524 deczember 27.

II. Lajos király Kusali Jakchy Mihályt azon hatalmaskodásáért, hogy a kusali parochialis egyházat Szolnokvármegyében kirabolta s részbirtokát elfoglalta, a leleszi konvent által megidézteti.

De commissione Domini Regis.

[. . . . .] et Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez [. . .] nostre in persona fidelis nostri egregii Johannis, filii quondam Ladislai [. . .] festum Beati Martini Episcopi et Confessoris, cuius iam secunda preterisset [. . .] egregius Michael similiter Jakchÿ de eadem Kwssal nescitur [. . .] bus Vriele de Ad, Sebastiano de Doba

rum facere non presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta post festum beati Martini episcopi et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Eredetije Sopron város levéltárában. L. L. f. IV. Nr. 318.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

171.

Bécs, 1524 november 17.

Magyar udvari viszonyok ziláltsága.

Cardinalis Campegius Jacobo Sadoleto.

— — — — — — — — — — — — — — —

Prima che di quà partisse il Principe,[1] quel Re di Hungaria mandò per uno Spagnuolo detto Agostino, con lettera di soa mano propria secretamente scritta in credenza di colui, dolendosi che conosceva che era mal trattato da li suoi, et che volea pensare di oportuno rimedio, et dolevasi in spetie de l' oratore di Cesare et del Principe che è appresso de lui,[2] per essere in legha con Strigoniense, ad expilandum eum et regnum, et che hanno posto al servitio de la Regina uno che già fu hebreo,[3] sensale di ogni mal contratto che si sia fatto in quel regno et a ruina del regno. Et detto Agostino cavalchò dietro al Principe; non so quello riporterà; dico bene, come anche altre volte ho detto, che quelle cose non potrebbono star peggio. Il detto oratore è come io intendo gran Lutherano et quella Regina, secondo che intendo, ha poca consciencia, el Re tanto buono, che non val niente.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 75. l.

172.

1524 deczember 20.

«Honorabilis Stephanus presbiter de Iloswa, rector altaris Spiritus sancti in ecclesia parochiali de Thelegd fundati atque constructi» transcribi curat litteras anni 1493 de impignoratione portionis egregii Andreae de Thelegd in possessione Thelki existentis sonantes.

Eredetije az erdélyi Muzeum-egylet kézirattárában elhelyezett Wesselényi-lt.-ban.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Ferdinánd. — [2] Báró Schnaidpek János. — [3] Szerencsés Imre.

concerneret, minus iuste et indebite pro se ipsis occupassent, occupativeque uterentur etiam de presenti, potentia mediante, in preiudicium et dampnum eorundem protestantium valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione dictus Pater Petrus, procurator, memoratos Judicem, iuratos et totam communitatem dicte civitatis Kesmark et alios quoslibet ab occupatione, detentione et conservatione prescripte directe et equalis medietatis dicte possessionis Rwkoz, seque quovis colore quesito in dominium eiusdem intromissione, usufructuum et quorumlibet utilitatum eiusdem preceptione seu percipifactione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo publice et manifeste coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria 2-a proxima ante festum Beati Martini Episcopi, anno 1524.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1552. alias Nro 2. fol. 19*b*.

Közli: Bunyitay Vincze.

170.

Buda, 1524 november 16.

II. Lajos király javadalmaik elvesztésének terhe alatt megparancsolja a soproni papoknak, hogy ágyasaikat elbocsássák.

Ludovicus, Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis presbiteris beneficiatis in civitate nostra Soproniensi constitutis et commorantibus modernis scilicet et futuris presentes visuris salutem et graciam. Exposuerunt nobis fideles nostri, magister civium ac iudex et iurati cives eiusdem civitatis nostre Soproniensis, qualiter plerique ex vobis in dedecus totius cleri et animarum suarum detrimentum vitam dissolutam agerent palam concubinas alentes, ex quibus liberos etiam genuissent. Quod nos, qui omnium huius regni nostri ecclesiarum patronus principalis sumus, obaudire et pati nolentes, mandamus fidelitati vestre, ut quisque vestrum emendet se in melius et eiectis concubinis vivat caste et scandala vitet, ut dignitas sacerdotalis postulat. Alioquin prefatis exponentibus, qui ius patronatus et collationem omnium beneficiorum vestrorum racione fundationis illorum ad se iure pertinere asserunt, authoritatem plenariam in eo dedimus damusque per presentes, ut quemlibet vestrum ad hec mandata nostra obsurdescentem neque se emendantem beneficiis privent et illa conferant personis benemeritis. Secus igitur sub amissione beneficiorum vestro-

turum mentem et voluntatem regiam et reverendissimi archipresulis nostri; relacionem preterea Nobis conscienciose rescribatis. Cibinii die Huperti confessoris. Anno Domini 1524.

Kívül: Hioannes plebanus Noueuille, Simon plebanus Ruffimontis, executi sumus presens mandatum e. d. vestre die Sancti Emerici Virginis, citantes Reuerendum magistrum Simonem Plebanum in Burbrich ad feriam terciam, que est Octava Omnium Sanctorum anni 1524.

Az okirat eredetije a szebeni kápt. levéltárban, Conv. I. 39. vagy 95. szám az új lajstromozás szerint. — Közölve *Fabritius,* Pemfflinger Márk, 142—143. ll.[1]

169.

Szepeshely, 1524 november 7.

Péter, ker. szent János menedékkövi kolostorának meghatalmazottja, a szepesi káptalan előtt a maga és társainak nevében tiltakozik rukozi (rókuszi) birtokuknak a késmárki bíró, esküdtek és polgárok által történt elfoglalása és bitorlása ellen.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod religiosus Pater Petrus, procurator monasterii beati Joannis Baptiste de Lapiderefugii nostram pariter veniens in presentiam in sua ac ceterorum Fratrum in eodem monasterio degentium personis per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum: quomodo circumspecti Iudex et iurati ceterique cives et inhabitatores civitatis Kesmark, nescitur quibus moti respectibus, directam et equalem medietatem possessionis Rwkoz vocate, in comitatu Scepusiensi existentis, habitam, versus plagam videlicet septemtrionalem adiacentem, que scilicet medietas prescripte possessionis Rwkoz ipsos protestantes legitime

[1] A káptalani jegyzőkönyv 105. lapja szerint: «Anno 1524. Octauarum die Omnium Sanctorum reuerendus magister Simon plebanus in Burperk ex mandato Ambassiatorum Maiestatis Regie et Reverendissimi Archipresulis Strigonien. domini nostri... citatus fuit, — qui obedienciam offerens atque comparens, audien. dictam commissionem per oratores domino Decano factam, humiliter se impleturum consensit et spopondit: volens et Regie Maiestati et Reuerendissimo Archipresuli in omnibus obedire, atque coram patribus presentibus, hic deorsum descriptis, suscepit velle proficisci oppidum Schegeswar, ibi se fratribus reconciliaturum, et si quem ibidem scandalisasset, veniam petiturum; terminum autem istius profeccionis Magister Simon notificabit domino surrogato. Presentibus dominis venerabilibus, domino Andrea de Montemichaelis, domino Thoma de Neponis».

168.

Szeben, 1524 november 3.

Minthogy a kir. biztosok a lutheranizmusról vádolt Simon mesternek a káptalan előtt egész csendben történt visszavonásával nem voltak megelégedve: Pileus (Huet vagy Süveg) Márton szebeni dékánhelyettes nevezettet nov. 8-ra másodszor is megidézi.

Martinus Pileus Cibiniensis artium liberalium et decretorum doctor, plebanus Cibiniensis et surrogatus capituli eiusdem, venerabilibus et discretis Simoni de Ruffomonte, Joanni magistro de Nova villa, ecclesiarum parrochialium plebanis, aliisque omnibus et singulis nostre iurisdictionis sacerdotibus curatis et non curatis, qui per presentes fuerint requisiti aut alter eorum fuerit requisitus, salutem et paternum amorem. Quoniam nullum ex vobis latere arbitror, qualiter proximis diebus preteritis serenissimus et illustrissimus dominus Ludovicus rex Hungarie et Bohemie dominus noster naturalis et gratiosissimus, simul cum Reverendissimo domino Ladislao de Zalka archiepiscopo Strigoniensi prelato nostro meritissimo miserint oratores et nuncios suos speciales cum pleno mandato, magnificum inprimis dominum Gaspar de Raska comitem Neugradiensem atque regium cubicularium, tandem venerabilem et egregium dominum Cherindium archidiaconum Vgocensem secretarium pariter regium ad partes istas transilvanas pro extirpanda detestabilissima et pessima secta pravitateque heretica lutherana. Inter alios itaque eiusmodi heresis sectatores oblatus fuit etiam venerabilis magister Simon plebanus de Burperg egregio domino decano prelato capituli Cibiniensis benemerito puniendus iuxta vim formam et mandati tenorem, quem dictus dominus decanus iuridice, prout debuit, citare fecit atque in domo Capituli Cibiniensis mentem et voluntatem tum regis pariter etiam archiepiscopi aperuit, qua intellecta, dictus venerabilis M. Simon errorem suum recognovit, manifeste revocavit; hoc tandem rescientes dicti regii oratores, noluerunt esse de huiusmodi privata revocatione contenti atque viue vocis oraculo denuo domino decano et michi immerito surrogato iniunxerant: ut secundario eundem citaremus atque voluntatem eorundem eidem notificaremus. Quare omnibus vobis prescriptis dominis in virtute salutaris obediencie committimus et mandamus, quatenus accedatis ad domum dicti venerabilis M. Simonis et eum nomine nostro paterne salutetis, citantes eundem peremptorie compariturum ad proximam feriam terciam in Domo nostra consistoriali, ibi audi-

tem nostram approbatam atque ratificatam universi actus potentiarii a festo beate Margarethe virginis et martyris in anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo preterito, a tempore videlicet motionis generalis expeditionis contra Thurcos per Maiestatem nostram instaurate per quoslibet et contra quoslibet illati et commissi et de ceteroque durante huiusmodi expeditione qualicunque inferentur et committentur ad instar brevis brevium evocationum pro quinto decimo die amonitionis exhinc fiende discuti debeant et adiudicari: pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatinus presentes literas nostras prefato Michaeli Jakchÿ de Kwsal, premissorum scilicet actuum potentialiter patratorum per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterit, extunc ibidem personaliter, alioquin autem de domo habitationis sive solite residentie eiusdem amoneat eundem, dicatque et committat eidem verbo nostro regio, ut ipse prescripto quinto decimo die a die exhibitionis huiusmodi presentium literarum nostrarum sibi fiende computando, personaliter vel per procuratorem suum legitimum coram nostra personali presentia comparere, prefatusque Michael Jakchÿ prescriptos familiares suos ignobiles statuere debeat et teneatur, certificans eundem ibidem, ut sive ipse termino in predicto coram dicta nostra personali presentia compareat, ipseque Michael Jakchÿ dictos familiares suos ignobiles statuat sive non: eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi exhibitionis, amonitionis et certificationis seriem cum amonitorum et statui commissorum nominibus terminum ad predictum, ut fuerit expediens, nostre personali presentie prenotate fideliter rescribatis, et secus non facturi. Datum Bude in festo beati Johannis Apostoli et Evangeliste anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Eredeti, papir, alján a nagy királyi pecséttel. Baloldali lapszélén a konvent jelentésének fogalmazata, mely elmondja a szokott formulárék között, hogy egyik tagját, Bagosi László misépapot kiküldé, aki «feria quinta proxima post festum Beati Pauli primi heremite 1525» Jakchy Mihályt szokott lakásán Hadad városában nem találta, mindazonáltal tudatta volt a fentebbieket s ötödnapra Bagosi már ismét Leleszen volt. E szerint a királyi levélnek Budáról Leleszre érkezésére s a leleszi kiküldöttnek Szilágymegye megjárására 28 nap kellett. Különben a levél a kipontozott helyen avult és hiányos. — Leleszi országos levéltár: Actorum 1524. 22.

Közli: Bunyitay Vincze.

176.

Buda, 1524 deczember 29.

Campeggio biboros, pápai követ brévét kér, hogy Szalkai esztergomi érseket, a ki eddigelé csak a kisebb rendeket vette föl, pappá, majd püspökké szentelhesse. Szalkai jellemzése.

— — — — — — — — — — — — — —

El Reverendo Strigoniense non ha altri ordini che accolitato; mi ha ricercato lo promova ad omnes sacros ordines et poi ancho lo consacri; li ho detto farlo volontieri; però mi sarà necessario havere un Breve, che unica die Dominica possim eum promovere simul ad omnes sacros et presbyteratus ordines, et poi alio die Dominico consecrarlo; pregho Vostra Signoria si degni con le prime procurarmelo. Questi miei lo solliciteranno.[1]

De questo Strigoniense in questo primo affronto non ho che dire altro, se non che mi pare homo molto pesato et di buon judicio et discorso, ma vuol far tutto et multa omittit; ut audio, è notato di sordida avaritia; non so se sia vero; a me promette voler fare ogni bene, alli effetti ne riportaremo.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 105—6. ll.

177.

Róma, 1524—1527 márczius.

Sándor ostiai, Lajos szent Szabináról czímzett stb. biborosok a kolozsvári kádár-czéh tagjainak, saját kérelmükre és megszabott föltételek alatt, minden karácsony és husvét napjára 100 napi bucsút engedélyeznek.

Csonka oklevél a kolozsvári kádár-czéh ládájában. — Közölve *Jakab Elek:* Kolozsvár története. Oklevéltár I. 362.

[1] A fölszentelés a következő év husvéti ünnepein ment végbe. «Questi ultimi doi giorni di Pascha ho promosso ad omnes ordines el Reverendissimo Strigoniense et consacratolo in Episcopum, con gran satisfactione di questo Regno, quale murmurava assai di questo suo non essere anchora in sacris. Et dopo la consacratione vedendolo molto contento et divoto, però che nel dare de la benedictione prorupit in lachrymas et mancholli in tutto la voce, mi parve tempo oportuno, di farli un buono et lungo discorso remotis arbitris, come in syncerità di conscientia, de le cose di questo Regno et de li pericvli non pur suoi, ma di tutta christianità; exhortandolo a provedere et fare quel che poteva et doveva, cose che sarebbono molto lunghe a scrivere. Tutto pigliò in bene et bona parte, et disse di fare ogni bene, et alli effetti se ne riportaremo». — *Campeggio* jelentése 1525 április 26-ikáról. Id. m. 170. l.

178.

Buda, 1525 január 12.

II. Lajos király megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy elhalt plébánosuk hagyatékából kárpótolják a soproni ferenczrendű kolostort, mert e plébános azzal, hogy a ferenczrendű hitszónokot lutheranismusról vádolta, a ferenczrendűeknek költségeket okozott.

Comissio propria domini Regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes... fideles.. Cum nuper concionator istius civitatis insimulatus apud Maiestatem nostram fuisset, quod sua predicatione ad populum errores Lutheranos seminaret, nos imminenti malo obviare volentes fratrem Gregorium, ordinis Minorum sancti Francisci, cuius et predicator ipse vester esse dicebatur, pro inquisitione superinde facienda miseramus ad vos, qui iuxta mandatum nostrum procedens huiusmodi inquisitionem tam inter spirituales, quam etiam seculares personas diligenter peregit et Maiestati nostre fideliter reportavit. Unde postea evidenter patuit, memoratum predicatorem vestrum falso fuisse accusatum eo, quod ille criminis sibi ascripti prorsus immunis atque expers fuerit. Venerabilis igitur pater Anthonius, predicator et confessor noster condolens ordini suo de infamia, laboribus et expensis, supplicaverat Maiestati nostre, ut eidem ordini plebanum vestrum, qui falsi rumoris author extitisset, iure persequi permittere dignaremur. Cum autem lites vix possunt exerceri sine odio et animi motu, quibus malis spirituales maxime congruit vacare, statueramus opportunius remedium huic negotio adhibere. Verum ob mortem eiusdem plebani vestri id fieri non potuit. Quoniam vero idem plebanus pro offensa predicto ordini illata nullam potuit facere satisfactionem, ne eius anima ex hoc gravetur, prefatum fratrem Gregorium rursus mittimus ad vos. Quare fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus acceptis presentibus eidem ordini super premissis infamia, laboribus et expensis iusta et conscientiosa estimatione secundum rectam et honestam concordiam de bonis et rebus demortui plebani vestri satisfacere debeatis. Secus non facturi. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Pauli primi heremite. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Kívül: Prudentibus... magistro civium, iudici et iuratis civibus civitatis nostre Sowroniensis.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. 1. et A. F. 1. Nr. 6.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

179.

Buda, 1525 január 16.

II. Lajos király megparancsolja a sárosmegyei nemességnek, hogy azokat, a kik Luther tévelyét vallják, azt nyilvánosan terjesztik s ekként a népet Krisztus igaz vallásától eltántorítják, azonnal rendelete vétele után nyomozzák ki, fogják el s vizsgálat és büntetés végett küldjék Egerbe a püspöki helyetteshez.

Ludovicus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. Fidelibus nostris egregiis atque nobilibus Universitati nobilium comitatus de Sáros salutem et gratiam. Intelligimus plerosque esse in isto comitatu vestro ecclesiasticos praesertim viros, qui sectam Lutheranam professi, publice atque passim seminarent, sicque christianam gentem a vero Christi cultu seducerent. Quorum errori atque perfidiae Nos ex debito regiminis ac professionis nostrae occurrere atque de medio Christicolarum, ne contagione sua animos eorum inficerent et ne rudis plebs dogma aliquod a christiano nomine alienum imbiberet, submovere volentes: fidelitati vestrae et vestrum cuilibet harum serie firmissime sub poena indignationis nostrae mandamus, quatenus statim visis praesentibus, omnes tales in bonis vestris perquiri facere et captos Agriam ad Vicarium Ecclesiae Agriensis examinandos ac puniendos mittere debeatis, authoritate nostra regia praesentibus vobis in hac parte concessa mediante. Aliud facere non praesumatis. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae, die Dominico post festum Pauli primi Heremitae Anno Domini 1525.

Wagner: Diplomatarium Comitatus Sarosiensis. Posonii et Cassoviae, M. DCC. LXXX. 31.

180.

Buda, 1525 január 28.

II. Lajos király megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy azon Pál nevü kereskedőt, a kit a pénteki bőjt megszegése miatt megbüntettek, tovább ne sanyargassák.

Commissio propria domini regis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis magistro civium, iudici et iuratis ceterisque civibus civitatis nostre Sproniensis modernis et futuris cunctis etiam aliis cuiusvis status et conditionis subditis

nostris presentium notitiam habituris salutem et gratiam. Quoniam ex relatione religiosi fratris Gregorii, ordinis minorum sancti Francisci, quem nuper ad inquirendum de his, qui in dicta civitate nostra Soproniensi Lutherane secte adhesisse dicebantur, ad eandem civitatem miseramus, intelleximus, circumspectum Paulum mercatorem, civem et inhabitatorem prefate civitatis, de commisso delicto, quod malo instinctu inimici generis humani in una feria sexta carnes comedisset, sufficientem non uno solum modo luisse penam, propterea nolentes eundem Paulum mercatorem, commissi, ut dicitur, sui penitentem, ob huiusmodi unicum delictum suum plus severiusque iusto punire et puniri permittere, fidelitatibus vestris et vestrum cuilibet harum serie mandamus firmissime, quatenus a modo deinceps memoratum Paulum mercatorem previa ratione in persona, honore, bonis ac rebus suis nusquam debeatis offendere, damnificare et quovis pacto impedire, nec sitis ausi gratie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude sabbato proximo post festum beati Pauli apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. XXXI. et FF. f. III. Nr. 110.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

181.

Buda, 1525 február 3.

II. Lajos király szigorú parancsa Bártfa város tanácsához. — Nagy visszatetszéssel értesült, hogy bizonyos bártfai születésű krakkai «magister», s mások is többen, a lutheránus tévelygést Bártfán királyi tilalma ellenére nyiltan vallják, s hogy a városi hatóság ez ellen semmit sem tett; meghagyja azért nekik fej- és vagyonvesztés büntetése alatt, hogy az illetőket azonnal nyomozzák ki s őket, ha világiak, «per omnia tormentorum genera» büntessék, ha pedig egyháziak, küldjék az egri püspöki helyettes elé.

Ludovicus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. Fidelibus nostris, prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis nostrae Bartfensis salutem et gratiam. Cum Nos animadvertissemus haeresim hanc Lutherianam in perniciem animarum Christi fidelium in dies augeri et serpere, publico edicto nostro regio indiximus, ne quis sub poena capitis et amissione omnium bonorum sectetur Lutherum et foveat partes, et dogmata, librosque et traditiones eius teneat. Cum autem non sine magna displicentia intelligamus, isthic in medio vestri quendam magistrum Cracovien-

sem, natum tamen in ista civitate, aliosque complures esse, qui haeresim ac sectam Lutherianam in contemptum ipsius publici edicti nostri manifestum profiterentur, adeoque huic sacrae religioni Christianae (se) opponerent, ut vel Christianos pessimis erroribus a divino cultu, suisque piis operibus revocarent, quod non secus ipsis, quam vobis a nostra Maiestati imputari potest, cum etiam vos surdis auribus edictum nostrum pertransire ausi sitis; mandamus itaque fidelitati vestrae, sub poena capitis amissioneque omnium bonorum vestrorum harum serie firmissime, quatenus statim visis praesentibus praedictum Magistrum, aliosque universos, haeresim ipsam Lutherianam profitentes, de medio vestri exquirere, eosque, si saecularis conditionis fuerint, per omnia tormentorum genera puniri facere, si vero ecclesiasticae, Vicario Agriensi praesentare modis omnibus debeatis et teneamini. Nam ubi intellexerimus, vos ipsos haereticos in medio vestri fovere, vel impunitos dimisisse, ipsisque ad spargendam inter christianos ipsius Lutheri pestiferam contagionem favere: sciatis Nos poenam praemissam a vobis sine dubio et sine ulla misericordia exigi facere. Secus igitur in praemissis poena sub praemissa facere non ausuri. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae Sabbatho proximo post festum Purificationis beatissimae virginis Mariae. Anno Domini 1525.

Wagner, **Diplomatarium Comitatus Sarosiensis 152. l.** ***Katona,*** **XIX. 495.** ***Pray,*** **Epistolae Procerum Regni Hung. Posonii 1806. I. 188.**

182.

Buda, 1525 február 6.

Burgio Antal pápai nunczius jelenti Sadoletus Jakabnak, hogy közölte Szalkai érsekkel, a ki mindent intéz, Ő szentsége szövetkezését a franczia királylyal, mire az érsek azt válaszolta, hogy lesznek ugyan sokan, kik e miatt a pápát a királyné előtt rágalmazni fogják, de a magyarok kötelességöknek tartandják Ő szentsége eljárását megvédeni. Hogy a magyarok nem állnak jó lábon a németekkel, naponkint tapasztalható. Legközelébb is, midőn a király bizonyos eléje terjesztett javaslatokra Gyertyaszentelő napján akart válaszolni, a nemesek kijelentették, hogy inkább várakoznak a jövő péntekig, mert Magyarország Patronájának ünnepét szentül meg akarják tartani, minthogy, hála Istennek, még nem lettek lutheránusokká, — czélozván a királynéra és németjeire.

Reverendissimo Monsignore et Patrone honorando.

A dì dua del presente mi son state date le di Vostra Signoria Reverendissima di li XVII di Gennaro, et prima si erano havute

quelle di li VI. a Monsignor Reverendissimo lo Legato.[1] Havute le prime, per esser di la importantia che erano, parse a Monsignor Reverendissimo et a me che si communicasse cum Strigonio, per essere quello che governa il tutto, et sempre have le cose nostre favorito, cum il quale parlai longamente il meglio che seppe, et fece capace cum tutte le ragioni che Vostra Signoria scrivea, como la Santità Sua havea questo fatto, per non aver possuto altro fare; et aggionse di me che io credeva che questa seria la vera via di indurre li caesarei a la pace che in sin quì in danno et certissimo periculo di questo Regno et del resto di la Christianità hano denegato. La resposta fu: «che anchora che la cosa in se paresse laudabile et necessaria, puro serriano molti che la calumpniriano inanzi la Regina, ma lo officio di nui altri Ungari serrà difendere le attioni del Pontifice». Poi si è inteso che la Regina habbi parlato alcune parole non molto conveniente alla bocca d' una Regina discesa di Catholici principi, al che per essere stata mossa d' alcuni Todeschi et Lutherani, non è da farni molto caso, perchè quanto Ungari stiano bene cum Tudeschi, ogni giorno si ne mostrano segni manifestissimi; et un hier l' altro andando i nobili congregati ad adomandare da la Maiestà del Re et Regina risposta di certe loro proposte haveano fatto lo giorno di avanti, gli fece il Re respondere che quel giorno non potea arespondere, per non haver cum lo Consiglio concluso anchora; ma che in lo indumane che era il giorno di Nostra Signora l' haveria resposto. I nobili replicaro che haverian aspettato insino a la venerdi più presto, perchè lo giorno di nostra Donna volevano honorare devotamente como protettrice del Regno, chè per grazia de Dio anchora non erano diventati Lutherani, mordendo la Regina et suoi Todeschi. Io spero che la mente di Sua Santità et quì et in Polonia si interpretirà, como ella è stata; chè si altro a questo non gli inducessi, l'odio che è radicato con Todeschi, farrà che mai biasmirano quellò che loro biasmano.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 132. l.

183.

Buda, 1525 február 8.

Campeggio kardinális írja Sadoletusnak: Mária királyné az ő németjeivel kijelentette, hogy ha a pápa a császár ellen van, ők lutheránusokká lesz-

[1] Campeggio.

nek. De ezzel nem kell törődni; mert Magyarország természetes ellensége Németországnak és híven ragaszkodik a szentszékhez és hitéhez. Baj, hogy most mind a három Brandenburg-testvér itt van, kik a császári követtel együtt mind lutheránusok, vagy legalább nagyon gyanusak.

— — — — — — — — — — — — — — —

Si fece intendere detto appuntamento[1] a questa Maestà et a questi principali con buon modo et con destrezza, li quali tutti pigliaron la cosa come è et per buon verso, laudando la prudentia di Sua Santità. Tutto el contrario ha fatto la Regina con li suoi Tedeschi, con dire, se Nostro Signore è contra Cesare, che vogliono farsi Lutherani. De quibus non est curandum, perchè oltra che Ungaria è natural nemica d' Alamagna, nè uno vuole che l' altro vuole, sono anche talmente inclinati a Nostro Signore et alla fede, che non è a dubitare. Dubito ben, che per disdegno non faccino ogni cosa per turbare la pratica di Boemia.... Questo mio dubio accresce la presentia di tre fratelli di Brandenburg che si trovano quà, et per lo ambasciatore Cesareo, quali tutti sono Lutherani o almeno molto sospetti, et maximamente il Marchese Giorgio che ha preso per moglie una[2] del Duca Carlo di Boemia[3] senza dispensa et sono in terzo grado.

— — — — — — — — — — — — — — —

Qui sono tre de li Marchesi di Brandenburg, il Marchese Giorgio, il Maestro di Prussia et il più giovane di loro che è quì continuamente con la Reina.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 139—40 ll.

184.

Felső-Szeleste, 1525 február 9.

Felsőszelestei Gosztonyi János erdélyi püspökké kinevezett győri püspök megerősíti Szombathely városa régi (1407-ben kelt) kiváltságlevelét.

Nos Ioannes Goszthon de Szeleste superiore, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Ecclesiae Jaurinensis, locique eiusdem Comes perpetuus, Postulatus Albensis Transilvaniensis, nec non serenissimae et gratiosissimae Principis et Dominae Dominae Mariae,

[1] A franczia királylyal való szövetkezés.
[2] Kimaradt: figlia.
[3] Hedvig, Károly münsterburgi herczeg leánya.

regnorum Hungariae et Bohemiae etc. Reginae supremus Cancellarius, memoriae commendamus... quod providi et circumspecti Andreas Balog iudex, Iacobus Balneator et Stephanus Szele iurati cives civitatis nostrae Sabariensis, in suis et universorum civium et inhabitatorum dictae nostrae civitatis Sabariensis personis, nostram venientes in praesentiam exhibuerunt nobis et praesentaverunt quasdam literas privilegiales Reverendissimi quondam domini Ioannis, Episcopi dictae ecclesiae Iaurinensis, praedecessoris nostri felicis memoriae, supplicantes nobis humillime, ut eas acceptare, ratificare, approbare et confirmare, literisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri et inscribi facere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor est talis *(következik a kiváltságlevél)*. Nos igitur huiusmodi supplicationibus tanquam iustis et idoneis inclinati, praescriptas literas.... praesentibus literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum transsumi, inseri et inscribi facimus, easque acceptamus, ratificamus et approbamus, et praecipue ob loci commoditatem et nobilitatem, quia clavis et porta regni est, situm amoenissimum habens, non mediocrem religionem, affectionem etiam in divum Martinum praesulem et episcopum[1] Turonensem, cui est patria et natale solum, olim amplissima civitas, nunc instar oppidi redacta et nimia paupertate usque adeo oppressa, ut vix antiquae nobilitatis vestigia appareant; cincta denique hinc atque illinc duobus fluviis, altero gemmeo, altero aureo vocatis; confirmamus perpetuo valituras. In cuius rei memoriam etc. Datum ex Szeleste superiori, loco nativitatis nostrae, feria quinta in festo beatae Apolloniae virginis et martyris, anno Domini 1525.

Schoenvisner, Antiquitatum et historiae Sabariensis libri novem. Pestini MDCCXCI. 274. lap.

185.

1525 február 16.

A pannonhalmi apát és konvent a király előtt panaszt tett, hogy Enyingi Török Bálint, Csulai Móré László, Bath-i Dersfy Miklós, Ellyevölgyi János nádori ítélőmester, Fajszy János és Ipothfy János a somogymegyei 1524-iki tizedeket a maguk jószágain lefoglalták. A somogyvári konvent a király rendeletére őket a királyi személyes jelenléti törvényszék elé idézi.

Valentinus Thewrewk de Enying, Ladislaus More de Chula, Nicolaus Dersfy de Bath, Joannes de Ellyewelge, protonotarius palatinalis, Joannes de

[1] Az eredetiben: Archiepiscopum.

Fayz et Joannes Ipothfy decimas possessionum suarum comitatus Somogyiensis anni 1524. occuparunt. Archiabbate sacrimontis Pannoniae regi quaerelam super hoc porrigente, citantur ad tribunal personalis praesentiae regiae.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 59. I. Mm.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

186.

Buda, 1525 február 20.

Campeggio kardinális, pápai követ, VII. Kelemen elébe terjeszti II. Lajos király kettős kérelmét, melyek egyike Kapisztránói János szenttéavatására, másika egy plébániai egyháznak főesperesi méltóságra való emelésére vonatkozik.

Beatissime Pater, post pedum oscula beatorum. Revertitur ad Sanctitatem Vestram Reverendus dominus Stephanus Brodericus prepositus Quinqueecclesiarum, Serenissimi huius Regis Orator, ut apud eam certa Maiestatis sue et huius Regni negocia agat et procuret, inter que duo habet percipua, de quibus ego quoque Serenitatis sue precibus motus cogor aliqua pro eorum perfectione Sanctitati Vestre scribere: alterum autem est fratris Johannis de Capistrano canonizatio, quam summe Rex ipse aliique Regni proceres petunt; alterum parochialis cuiusdam seu plebanie in Archidiaconatus[1] dignitatem erectio cum facultate et potestate utendi pontificalibus, necnon cum Indulgentia plenaria tribus anni diebus perpetuo duratura, ad instantiam magnifici domini Gabrielis de Perin Regni huius Baronis, qui ob huiusmodi gratie compensationes offert se in Regni huius et finium custodiam et tutelam dare certos stipendiatos milites ad certum tempus, prout latius ex eodem Domino Stephano Sanctitas Vestra cognoscere poterit. Quumque postremum hoc Maiestatis Regie nomine a me peteretur, respondi, mee non esse facultatis talia prestare, sed Beatitudinis Vestre voluntatem expressam habendam esse, ad quod etiam me requirentes coegerunt id oneris subire. Quamobrem, si visum fuerit Sanctitati Vestre, Regis intercessionibus atque huic nobili viro morem gerendum esse, suis ad me brevibus litteris circa id mihi poterit committere, qua in re ego illud agam, quod ad dignitatem Sedis Apostolice et temporum commodiorem rationem mihi magis opportunum videbitur. Utraque vero hec ab hac Maiestate summo desiderio peti, Sanctitas Vestra cognoscet abunde ex iis, que idem dominus

[1] Hibásan: Archiepiscopatus.

Orator ei referet: qui quoniam de omnibus iis, que aguntur et consuluntur, plenam habet noticiam, ideo a longiori epistole serie me excusabit, et felicissime valeat Sanctitas Vestra, cuius Sanctissimis pedibus me humiliter commendo. Budae XX. Februarii 1525.

Humillimus servus

L. Card. Campegius.

Theiner, Vetera monumenta II. 647.

187.

Buda, 1525 február 24.

Szalkai László esztergomi érsek VII. Kelemen pápát Magyarország szomorú állapota felől értesíti.

Beatissime Pater, Domine Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestre beatorum, servitutisque mee humillimam in gratiam eiusdem commendationem. Qualis sit status huius Regni, cuius salutem Sanctitatem Vestram anxie desiderare iampridem cognovi, opus non est, ut Sanctitati Vestre litteris declaretur; nihil enim hic nec auditur, nec agitur, quod Revm̃um dñum Legatum et Magnificum dñum Baronem Nuncium suum hic agentes lateat, quod ab utroque Sanctitas Vestra intelligere non possit: est autem multo etiam clarius intellectura singula a Reverendo dño Stephano Broderico Consiliario et Oratore Regio ad Sanctitatem Vestram misso, et si scribere aliquid volo, aliud non possum, quam omnia in summo posita esse discrimine, nec ullam insuper esse spem salutis, nisi in Christo Ihesu et eius sanctissimo in terris Vicario. Tantus enim, quantus est totius Christiane Reipublice hostis communis: est autem (ut Sanctitas Vestra optime novit) omnium, qui regnant, et potentissimus et crudelissimus, se totum in solos Hungaros convertit, cuius adventum non sine ingenti totius Regni trepidatione opperimur: cui an soli resistere Hungari possint, Sanctitas Vestra secum rependere facile potest. Refrixit iam et illa spes, immo prorsus extincta, quam in Principum Christianorum concordia ponebamus, cum in dies magis ac magis bellum, quod ab eis geritur, cum evidentissimo et certissimo totius Christianitatis periculo recrudescere et augeri videamus. Quam ob rem Sanctitatem Vestram unicum refrigerium nostrum per ipsum Ihesum Christum et eius Sanctissimam genitricem supplex rogo et obtestor, dignetur pro sua innata bonitate et clementia, proque divina prudentia ita rebus nostris afflictis prospicere, ne usque utcumque huc (servati) sub eius

auspicatissimo nomine et pontificatu pereamus. De rebus privatis (cum publica male se habeant) nescio quid scribam, ruentibus universis publicis, prestabit mihi mori quam vivere: Deus optimus maximus omnia vertat in melius. Quicquid tamen evenerit, dum vivam, et Sanctitati Vestre et Sacrosancte Sedi Apostolice devotissimus et obsequentissimus servitor semper sum futurus, nihilque neglecturus in omni fortune casu, quod pro eius dignitate authoritateque tuenda pro mea virili prestari a me poterit. Nihil autem cupio, nisi ut Sanctitas Vestra cum suo augustissimo Senatu solita sua gratia ac benignitate me prosequi dignetur; de me Sanctitas Vestra id agat, quod volet, mea voluntas est et erit semper in manu Sanctitatis Vestre. Sed de his omnibus prefatus dñus Brodericus Orator Regni rogatu meo cum Sanctitate Vestra coram pluribus aget: quam idem Deus pro incremento Reipublice Christiane plurimos annos felicissime conservet. Datum Bude XXIV. die Februarii MDXXV.

Eiusdem Sanctitatis Vestre
humillimus servitor et creatura
L. (adislaus Archieppus) Strigoniensis m. p.

Theiner, Vetera monumenta II. 648.

188.

1525 márczius 6.

«Religiosus dominus Blasius Abbas (monasterii beate Marie virginis) de Kappanmonostora» monostorának egyik 1480-iki egyezséglevelét az érseklői nemes-szék által átiratja (transsumi curat litteras concordiae anni 1480).

Eredetije a pannonhalmi főapátság lt. capsa VIII. L. O.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

189.

Róma, 1525 márczius 11.

VII. Kelemen újból megtiltja, hogy a szigorú ferenczrendűek valamelyike elüljáróinak engedélye nélkül a főpapok szolgálatába álljon.

Clemens papa VII. Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Dudum felicis recordationis Leoni pape X. predecessori nostro pro parte vestra exposito, quod sepe contingebat quosdam de ordine vestro professores, salutis proprie immemores, suavi salutaris obedientie iugo spreto, ad eundem predecessorem et Sedem

Apostolicam accedere, exemtiones, gratias, privilegia et apostolica indulta, quibus religionis vestre integritas non mediocriter dissolvebatur, et aliis relinquendi fomentum efficax ministrabatur, ad ordinis disciplinam regularem et prelatorum correctionem salutarem declinandas, confictis mediis querere et obtinere et nonnullos ex prelatis ecclesiarum vobis irrequisitis ad secum morandum vel ipsorum promovendis negotiis aliquos ex eisdem assumere iuxta sue libitum voluntatis, quo fiebat, ut ordo prefatus et sue pacis dispendium et gravis detractionis aliquando perferret detrimentum: idem predecessor considerans incongruum existere, quod huiusmodi professores habitum dicti ordinis gererent ac se de ipso ordine nominari presumerent et iurisdictionem aut disciplinam Superiorum eiusdem ordinis suscipere parvi penderent, super his salubriter et provide occurrere cupiens vestris in ea parte supplicationibus inclinatus pro dicti ordinis eiusque observantie regularis conservatione et ut vagantibus et delinquentibus fratribus atque aliis exquisitis mediis libertatis viam querere satagentibus omnis evagandi tolleretur occasio, auctoritate apostolica inter alias statuit et ordinavit: quod nullus ordinis et observantie huius professor extunc decetero exemtionem aut indultum apostolicum sub quavis forma et expressione verborum obtinere posset, nisi vester aut commissariorum vestrorum in Romana Curia existentium, ad hoc expressus accederet assessus et si illa impetrarent nullatenus sibi suffragarentur, quominus illorum obtentu a prelatorum suorum iurisdictione et eorum regulari disciplina exemptis censerentur; quodque nullus prelatus aut Sedis Apostolice nuntius aut Legatus, nisi esset de latere Legatus, aliquem ex fratribus vestri ordinis ad secum morandum vel pro suis negotiis promovendum absque vestra seu Provincialium Ministrorum suorum licentia petita obtenta et in scriptis habita assumere posset sine speciali mandato Sedis Apostolice. Et ne professores ipsi cum praedictis contra premissa morari vet negotia eorum assumere auderent, in virtute sancte obedientie districtius inhibuit ac sub excommunicationis late sententie poena precepit et mandavit, ut professores, qui sine dicto speciali mandato vestro vel vestra licentia ad predicta quomodolibet imposterum assumpti forent, eisdem discipline et correctioni, quibus alii professores vestri subiicerentur, subiici deberent. Statuta tamen et ordinata per vos in congregationibus generalibus contra huiusmodi delinquentes in sue firmitatis robore permanere voluit ac extunc irritum decrevit, et inane, si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret

attentari, prout in litteris eiusdem predecessoris desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteras predecessoris, statutum, ordinationem, inhibitionem, preceptum, mandatum, voluntatem et decretum premissa pro illorum subsistentia firmiori approbare et innovare aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras predictas, statutum, ordinationem, inhibitionem, preceptum, mandatum, voluntatem et decretum pedicta ac omnia et singula alia in dictis litteris contenta auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et innovamus, illaque inviolabiliter observari debere decernimus atque mandamus. Quo circa venerabilibus fratribus Archiepiscopo Colocensi et Episcopo Varadiensi vel eorum in spiritualibus vicariis generalibus per praesentes committimus et mandamus, quatenus ipsi vel alter eorum per se vel alium seu alios vobis in premissis omnibus et singulis efficacis defensionis auxilio assistentes, faciant auctoritate nostra illa omnia et singula firmiter observari, non permittentes vos vel vestrum aliquem contra presentium et Leonis praedecessoris litterarum huiusmodi tenorem quomodolibet indebite molestari. Contradictores per censuras ecclesiasticas, illas totiens, quotiens opus fuerit, agravando, reagravando et alia opportuna iuris remedia compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus premissis ac felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri de una et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres aliquis auctoritate presentium non trahatur, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, suspensionibus, revocationibus, restitutionibus, bullis, litterisque prefatis fratribus concessis aut imposterum concedendis, indultis, privilegiis, facultatibus, litteris apostolicis, cum quibusvis clausulis et derogatoriarum derogatoriis ac fortioribus et insolitis quibus omnibus, etsi de eis eorumque totis tenoribus et datis, non autem per huiusmodi generales clausulas et specialem mentionem importantes, sed specifica et individua ac de verbo ad verbum seu quevis alia mentio habenda esset, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque; volentes et decernetes, quod presentibus ac predecessoris litteris nullatenus derogari possit, preterque, si praesentes de verbo ad verbum inserte fuerint. Quodque presentium transsumptis manu notarii

publici et Curie causarum Camere apostolice auditoris vel alterius in dignitate ecclesiastica constituti, sive Vicarii generalis, qui ipsius rei prelatus erit, sigillo munitis eadem penitus fides adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si essent exhibite vel ostense. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XI. Martii M.D.XXV. Pontificatus nostri anno secundo.

Be. El. Ravennensis.

Kívül: Dilectis filiis Generali et Provincialibus Ministris Cismontanis et Ultramontanis Ordinis Minorum de Observantia, ceterisque prelatis eiusdem ordinis et eorum cuilibet.

Eredeti hártya, veresviasz pecsét nyomaival. — A ferenczrendűek gyöngyösi levéltára.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

190.

1525 márczius 19. körül.

Pogrányi Orros András azt állítja, hogy ő néhai Pogrányi János misés-papnak, a nyitrai Mindenszentek oltára igazgatójának édes testvére, de azért Imre orgonista, a nevezett oltár ekkori igazgatója, eltiltja őt néhai Pogrányi János javainak elfoglalásától.

[Circa Dominicam *Oculi* 1525] . . . fide mediante [fassus est], quod ipse Andreas esset frater carnalis quondam Joannis presbyteri de dicta Pogran, Altariste Omnium Sanctorum in ecclesia Nitriensi fundati, et quod idem Joannes presbyter fuisset frater germanus carnalis eiusdem Andree et hic in ista patria nemo esset ipsi Joanni presbytero affinitate et consanguineitate propinguior, quam ipse Andreas; petens nos idem, ut super hac fassione sibi literas nostras testimoniales daremus.

Eodem die honorabilis Magister Emericus Organista et Rector altaris predicti Omnium Sanctorum in ecclesia Nitriensi fundati prohibuit prefatum Andream Orros ab occupatione, detentione, usurpatione bonorum dicti quondam Joannis Presbyteri ad predictum altare pertinentium etc.

Az eleje hiányzik. *Nyitrai káptalani országos levéltár:* Protocollum I. fol. 99.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

191.

Sárospatak, 1525 márczius 24.

Anna, néhai Szakáll György özvegye, Kis-Toronya előhegyén bírt szőlejét halála esetére az ujhelyi remeték konventjének adományozza.

Nos Paulus de Raska Vicarius ac causarum auditor generalis de Sarospathak significamus per presentes universis et singulis presentes nostras visuris, audituris seu lecturis: quomodo frater Stephanus in persona venerabilis patris fratris Alberti Vicarii Heremitarum de Wyhel et totius conventus de eadem coram nobis comparens ab una, partibus vero ab altera Anna uxor quondam Gregorii Zakal, eadem domina Anna fassa est, nullo cogente, voluntate propria: quod vineam quandam suam in promonthorio Kysthoronya sitam et habitam, in vicinitatibus ab oriente Anthonii Chue, a meridie Heremitarum de Therebes, a septemtrione Michaelis Makos, vita sua comite tantum possidere et habere velit, post mortem vero suam devolvetur perpetuo ad Heremitas de Wyhel, nullo contradicente, perpetuo et irrevocabiliter. Nos itaque eandem fassionem pro maiori vigore et testimonio firmiore in presentes nostras literas, prout a nobis postulatum fuerat, sigillo nostro munitas redigere duximus atque voluimus. Datum in Sarospathak feria sexta ante Dominicam *Letare* anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Egy negyedív papirnak egyik oldalán, alatta zöldviasz gyűrűpecsét kevés maradványaival. — *Budai országos levéltár: D. L. 24117.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

192.

1525 április 1.

Csereszerződés az Örkényi-család és a pannonhalmi monostor közt.

Concambium inter familiam Örkényi et monasterium sacrimontis Pannoniae.

A győri káptalan előtt az Örkényi-család és a pannonhalmi monostor nevében «religiosus frater Michael de Jaurino presbiter, professus monachus monasterii sancti Martini sacrimontis Pannonie» csereszerződésre lépnek. Az Örkényi-család átengedi a monostornak örkényi másfél nemesi (különben lakatlan) telkét és az örkényi plébánia-egyház kegyuraságának részét «dempta una sepultura ipsis

et eorum successoribus et posteritatibus in ipsa ecclesia ante altare beatissime virginis Marie reservata». A monostor pedig átadta az Örkényi-családnak két kis-écsi szőlőjét (az egyiket «discretus Martinus presbiter, plebanus ecclesie parochialis de Nagh-Rede», a másikat győri Tót Péter müveltette) és fizetett még 50 forintot.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban. Capsa 3. l. B.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

193.

Buda, 1525 április 30.

Szalkay érsek Jakobinus Marczell brassai plebánost és dékánt terjedelmes felhatalmazással ruházza fel, hogy a gondjaira bizott nyáj fölött minél hivebben őrködhessék.

Ad Marcellum Jacobinum, artium et s. theologiae doctorem, plebanum in Brassovia, decanum Brassoviensem, iurisdictionis Strigoniensis. Salutiferum est et conveniens, ut curam ovium Christi, iurisdictioni spirituali nostrae Strigoniensi subditarum, quae sunt in partibus, his committamus, qui sunt virtute, doctrina evangelicae veritatis, disciplina praediti. Hi enim curabunt omni cum studio, diligentia et vigilantia prouidere, ne fidei eorum creditae oves, a vero pastore aberrantes, ab adversarioque humani generis seductae, periclitentur. Vt autem tu, qui et in decanum nostrum Brassoviensem solito more electus, curam ovium tibi commissarum et sedulam et diligentem habere possis: damus et concedimus tibi auctoritatem, omnes et singulas caussas civiles et criminales, ad forum nostrum ecclesiasticum in et sub dicto decanatu Brassoviensi spectantes, audiendi, cognoscendi et fine debito terminandi, sententiasque, per te in eisdem latas, exsequendi; item visitandi, excessus inquirendi et crimina corrigendi et puniendi, censurasque ecclesiasticas promulgandi et infligendi; confessiones audiendi, ac aliis, ad hoc idoneis, committendi, etiam in casibus, sedi nostrae Strigoniensi reservatis; nisi adeo graves et enormes existerent, propter quos eadem sedes nostra foret consulenda; a sententiis, excommunicationibus maioribus et per participationem contractis absolvendi, in forma ecclesiae consueta, et poenitentias salubres pro modo culpae imponendi, participationi fidelium et communioni s. matris ecclesiae restituendi; nec non quibuscumque catholicis episcopis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentibus, clericos districtus Brassoviensis praedicti ad omnes, etiam sacros et presbyteriatus ordines, ab eisdem

suscipiendos, praesentandi et ordinandi, atque ab eisdem sacros liquores accipiendi, ecclesias violatas reconciliandi; et gerendi, quae alias decanis Brassoviensibus concedi a sede et ecclesia nostra Strigoniensi consueta fuerunt. Datum Budae, in dominica *Misericordia* anno dom. 1525.

Katona: Historia critica Regum Hung. XIX. 498—500. (Hasonló okiratot nyert a *szebeni* káptalan dékánja, Thonhäuser Péter is. Szebeni kápt. levélt. 97. uj sz. — V. ö. *Fabritius,* Pemfflinger Márk élete 59. l.

194.

1525 május 13.

Burgio Antal országgyűlési naplójából. — A nemesség hatvan követet küldött a királyhoz, kívánván tőle, hogy először is bocsásson el szolgálatából valamennyi németet, okul hozván fel, hogy Ferdinánd is így tett neje magyarjaival s hogy mindnyájan lutheránusok.

(Antonii Burgio) Diarium Conventus Statuum Regni Hungariae, Pestini celebrati. X—XXII. Mai 1525.

Sabbato XIII.

Li Nobili mandaro al Re sessanta ambaxatori et adomandaro quatro cose; la prima che si cacchiasser via tutti Tudeschi da le case di Sua Maiestà et che in loco loro mettessero Ungari, allegando che cossi havea fatto il principe Ferdinando a la sorella del Re che l' havea levato li Ungari et datosi Tudeschi, et che erano tutti Lutherani et lor non voleano mescarsi cum simil gente, perchè non vogliono rebellare da Dio et da la Sede Apostolica, da cui haveano havuto sempre subsidio. La seconda adomanda fu, che si mandassero via lo oratore Cesareo et quello di Vinitiani, perchè non sano a che fine li stiano qui; etc.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet 190. l.

195.

Buda, 1525 május 21.

Szalkay László esztergomi érsek felszólítja a beszterczebányai plébánost, hogy a lutheranismusról vádolt s elfogott Cordatus Konrád és Kresling János ügyében a szükséges iratokkal együtt hozzá siessen.

Honorabilis in Christo nobis dilecte. Conquestus es nobis sepius per literas tuas et tandem personaliter quoque in sÿnodo

nostra Strigonij proxime celebrata publice presidentibus eiusdem lamentatus, sectam et heresim Lutheranam dampnabilem tantum virium in locis illis Montanarum sumpsisse et adeo, mentes Christifidelium a discipulis Lutheri institutis eiusdem pestiferis imbutas esse, vt doctrina Ewangelica et religio nostra Catholica passim iam istic ceperit hominibus esse contemptui. Inter alios autem secte Lutherane professores significaueras nobis quosdam Conradum presbiterum et Johannem Crÿslÿngh plebanum sancti Georgij Budensis istic esse, qui concionibus suis prauis et hereticis populum Dei a vera Dei religione auerterent. Hij nunc ex dispositione diuina hic Bude casu deprehensi, sunt sub custodia; volumus itaque et tibi sub excommunicationis pena committimus, prout eciam plebanis Crempniciensi et Zoliensi per alias literas nostras commisimus, quatenus cum documentis tuis omnibus et probacionibus, quas ad conuincendos hos Conradum et Johannem Crÿslingh super concione eorum heretica habere poteris, unacum predictis plebanis Crempniciensi et Zoliensi ad nos statim visis presentibus, sine mora ulla venire debeas. Si enim heretici et errorum Lutheranorum professores comperti ipsi fuerint, eos, ut demerebuntur, puniri faciemus, nec patiemur in Ecclesia Dei eiuscemodi heresim augeri. Aliud pena sub premissa facere non presumas. Ex Buda in Dominica Rogacionum Anno domini 1·5·2·5·

Ladislaus
Archieps Strigon. m. p.

Kívül: Honorabili plebano civitatis Bistriciensis in Christo nobis dilecto.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. F. 267. n. 37. Kiadva *Katona*, XIX. 496.

Közli: Dr. Timon Ákos.

196.

Buda, 1525 május 29.

Guidoto velenczei ügyvivő jelentése Kresling János és Cordatus Konrád elfogatásáról.

Di Hongaria fo leto lettere di Vicenzo Guidoto secretario da Buda di 29. mazo; come quelle cose deli era in grandissima confusion. — — Item il Reuerendissimo Legato Campezo e ancora

dili, et hauia fato retenir do Lutheriani, videlicet il piouam[1] di San Zorzi, per auersi maridato, et vno Priosto di S. Maria.

Marino Sanuto világkrónikája. Magyar Történelmi Tár. XXV. 328. l.

197.

1525 május.

A rákosi országgyűlés IV. törvényczikkének 4-ik szakasza a lutheránusok ellen.

«Lutherani etiam omnes de regno extirpentur: et ubicunque reperti fuerint, non solum per ecclesiasticas, verum etiam per saeculares personas, libere capiantur et comburantur».

Ex Constitutionibus in campo Rákos an. 1525. editis. Corpus Juris Hungarici tom. I. Tyrnaviae 1751. pag. 349.

198.

Róma, 1525 május 30.

VII. Kelemen pápa megerősíti a szigorú ferenczrendűek határozatait és szent Ferencz szabályát az ellenvetésektől védelmezi.

Clemens papa VII. Ad perpetuam rei memoriam... Hinc est, quod nos motu proprio et ex certa nostra scientia tenore presentium omnia et singula privilegia, immunitates, exemtiones, presertim non solvendi clericis secularibus quartam funeralium quoad fratres in possessione non solvendi quartam huiusmodi existentes ac omnia et singula indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, et gratias dicto Minorum et sancte Clare ac tertio de Poenitentia nuncupato ordinibus illorumque fratribus, monialibus, sororibus et utriusque sexus personis ac monasteriis, domibus, ecclesiis, et locis quibuscunque etiam per modum extensionis seu communicationis et alias quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros ac nos et Sedem predictam concessa auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et innovamus... Et constitutiones in ultimo Capitulo generali dicti ordinis Minorum regularis observantie in provincia Burgensi regni Castelle factas plenam roboris firmitatem obtinere et ab omnibus, quamdiu per aliud Capitulum generale dicti ordinis mutate non fuerint, inviola-

[1] piovano, parroco = parochus, curatus.

biliter observari debere, nec non regulam ipsam per sanctum Franciscum pro fratribus ordinis Minorum institutam observabilem, meritoriam, fundatam super sacrum Evangelium existere et quoscunque cuiuscunque status, dignitatis aut conditionis scribentes aut asserentes regulam ipsam non meritoriam vel inobservabilem seu sacro Evangelio repugnantem esse in hoc, eorum assertionem non esse tenendam, nec admittendam auctoritate et tenore premissis decernimus ac volumus et mandamus, ipsosque fratres ab inquisitoribus heretice pravitatis eximimus et sub nostra et Apostolice Sedis protectione suscipimus... ipsisque inquisitoribus sub excommunicationis sententia et officiorum [...] inhibemus, ne de dictis fratribus et (?) ratione criminis heresis quoquomodo sese committere presumant atque per quoscunque tam ordinaria, quam delegata et mixta auctoritate fungentes iudices et personas ubique iudicari, cognosci atque decidi debere, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, cognoscendi et decidendi facultate, nec non irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, etiam decrevimus, et nichilonimus venerabilibus fratribus Strigoniensi et Colocensi Archiepiscopis committimus et mandamus, quatenus ipsi vel alter eorum per se vel alium seu alios auctoritate nostra faciant presentes litteras et in eis contenta quecunque plenum effectum sortiri, illisque monasteria, domos, fratres, moniales, et sorores ac personas Minorum et s. Clarae ac tertii ordinum predictorum et alios quoscunque, quos quomodolibet concernunt, pacifice frui et gaudere, nec permittant quemquam contra tenorem presentium modo aliquo impediri, molestari aut inquietari. Contradictores quoslibet et rebelles etiam per privationem et quorumcunque beneficiorum suorum ecclesiasticorum et inhabilitatis ad illa ac alia imposterum obtinenda ac quascunque, de quibus eis videbitur, censuras et poenas ac alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis... Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXX. Maii MDXXV. Pontificatus nostri anno secundo.

Extus: Pro Ungaria.

Pergamenre irt eredetije a ferenczrendűek gyöngyösi levéltárában. Pecsétje elveszett.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

199.

Kolozsmonostor, 1525 június 9.

Mérai Dezső Antal és neje Anna a kolozsvári Erzsébet-ispotályba költözni akarván, mérai birtokuknak felét, egy kétkerekű malmot a Nádas folyón, öt szőlőt, megjelölt számú lovaikat, ökreiket stb. nevezett ispotálynak adományozzák, kikötvén, mi volna ezekből visszaadandó Annának, ha özvegységre jutva többé az ispotályban lakni nem akarna.

Conventus monasterii Beate Marie Virginis de Kolosmonostra ... ad universitatis vestre ... notitiam ... Nobilis Anthonius Desew de Mera et Domina Anna consors sua ... volentes se ... totum ad Dei servitium exhibendum ... dare et ... ad hospitale ecclesie Sancte Elisabethe Vidue extra muros civitatis Kolosvariensis fundate causa mansionis perpetue conferre, idemque hospitale sive eandem ecclesiam iuribus ipsorum possessionariis atque aliis rebus infranotandis a Deo ipsis collatis predotare: primo directam et equalem medietatem prefate possessionis Mera vocate, in Comitatu de Kolos existentis et habite, simulcum cunctis utilitatibus et pertinentiis ... molendinum unum duarum rotarum super fluvio Nadas vocato habitum, vineas quinque in territorio et intra metas dicte possessionis Mera vocate adiacentes, equos redales sex, tres autem succubitales sive pro supersessioni aptos, equos equatiales quadraginta, boves iugales, sive aratro convenientes, sedecim, vaccas maiores sex et totidem minores, oves ducentas et quinquaginta, porcos maiores cum minoribus centum et quinquaginta, apum alvearia triginta duo prefate ecclesie hospitalis Sancte Elisabeth, atque usui pauperum in eadem degentium ... donaverunt, contulerunt, inscripserunt, testamentali legatione perpetuarunt ... coram nobis ... tali conditione mediante: quod si ... Anthonium Desew ... ab hac luce decedere, Domina Anna pretacta consorte sua supervivente, contingeret, ipsaque in dicto hospitali manere nollet quoquo modo: extunc depositis sibi ... florenis sexaginta sex ex dicto hospitali de et ex portionibus atque iuribus predicti Anthonii Desew pro dote et rebus paraphernalibus eidem provenire debentibus, iuxta Regni consuetudinem, succedente tamen et devolvente sibi tertialitate rerum mobilium prescriptorum ... vinearum autem prescriptorum duas, arabilium terrarum iugera sex ... Datum feria sexta proxima ante festum Sancte et Individue Trinitatis, anno Domini 1525.

Budai orsz. levéltár. Kolosmonostori Protocoll. D. L. 36.400. 316. l.

Közli: Bunyitay Vincze.

200.

Székes-Fejérvár, 1525 június 18.

Campeggio kardinális jelenti, hogy két lutherizáló papot elfogtak s az érsek őket Esztergomba vitette és érdemök szerint fog elbánni velök.

— — — — — — — — — — — — — — — —

A questi giorni furon presi doi preti che lutherizavano, et Strigoniense li ha mandati in Strigonio, et ne farà quanto si deverà per la iusticia. Uno dessi è stato a posta a Vittemberga a odire quel buon profeta et veniva molto bene instrutto et erudito per assettare questi populi. Dio gli ha provisto.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. 1-ső kötet. 224. lap.

201.

1525 július 22.

A győri káptalan előtt néhai Némay Deák György gyermekei komárommegyei Ivántelek nevű pusztájukat atyjuk lelkiüdvéért alamizsna gyanánt a pannonhalmi monostornak adják.

Proles quondam Georgii Némay Litterati praedium suum Ivántelek «pro salute anime patris eorum» monasterio sacrimontis Pannoniae donant.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. V. 1. B.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

202.

1525 július 22.

Akay Gáspár nemes a győri káptalan előtt két nemesi telket Bőnyben 32 forintért és «pro anime sue salute et refrigerio» a pannonhalmi monostornak ajándékoz.

Nobilis Gasparus Akay duas sessiones nobilitares in Bőny existentes pro 32 flor. et «pro anime sue salute et refrigerio» monasterio sacrimontis Pannoniae donat.

Eredetije a pannonhalmi főapátság lt. c. III. 1. E.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

203.

Buda, 1525 augusztus 8.

II. Lajos király újra kéri VII. Kelemen pápát, hogy azt az igazságtalan pert, a melyet Sienai Fülöp protonotarius az esztergomi káptalan ellen a Bakócz-kápolna ügyében már évek óta folytat, a felperes eltiltásával szüntesse meg.

Beatissime Pater, post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae. Egi saepius et litteris et per Oratores meos apud Sanctitatem Vestram, ut litem illam, qua Phylippus de Senis Capitulum Ecclesiae Strigoniensis pretextu Capellae Beatae Mariae, mensae eiusdem Capituli per serenissimum quondam dominum Wladislaum regem, patrem nostrum charissimum, consensu Archiepiscopi tunc presidentis ac totius Regni huius mei accedente, iustissimis ex causis in augmentum cultus Divini, utque commodius pro defensione fidei consuetas armatorum copias alere possit, adiunctae, pluribus iam annis acerbissime vexat et premit, pro singulari eius in me, Regnum[que] hoc meum pietate et gratia, silentio adversae parti imposito, paterne componeret: et licet Sanctitas Vestra meis votis cupiens respondere, cum esset per id tempus maioribus Reipublicae Christianae curis impedita, rem hanc commiserit magnifico Dño Ioanni Antonio Pulleoni Baroni Burgii nuncio suo, deinde quibusdam ex collegio Rmorum Cardinalium curandam iniunxerit, Phylippo tamen adversante (ut ab oratoribus meis istic agentibus didici) res ipsa ad hunc usque diem confici non potuit. Cum autem, Clementissime Pater, clarum omnibus et perspicuum sit, qua fide et constantia predecessores mei atque hoc Regnum Hungariae sacrosanctam Sedem Apostolicam non minus in adversis quam prosperis rebus coluerunt, qua item ego observantia et religione, quo sumptu, quo labore, quanto meo ac meorum periculo adversus orthodoxae fidei ac Romanae Sedis hostes vel hac ipsa tempestate pro virili certare et contendere soleam, pro cuius amplitudine et dignitate sanguinem fundere et emori sum paratissimus, non iniquum fuerit fortasse, ut me tandem pro re iusta ac pia toties tanto studio supplicantem Vestra Sanctitas exaudiat, Strigoniensique Ecclesiae et Capitulo iniquissima lite afflicto et misere laboranti manum suae aequitatis et clementiae porrigat, eamque ab importuna Phylippi Senensis calumnia et vexatione eripiat: factura est Vestra Sanctitas rem, quam Deus et boni omnes vehementissime sint approbaturi, me vero et Regnum Hungariae hoc quoque nomine Vestra Sanctitas sibi ac Sedi Apostolicae maiorem in modum devinciet. Alia

meis oratoribus ad Vestram Sanctitatem referenda commisi, quibus benignas aures et fidem indubiam dignetur adhibere. Deus Optimus Maximus Vestram Sanctitatem tueatur et conservet felicissimam. Datum Budae octava die mensis Augusti, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Eiusdem Vestrae Sanctitatis

Devotus filius

Ludovicus

Rex Hungariae et Bohemiae etc. m. p.

Theiner, Vetera monumenta II. 652.

204.

Buda, 1525 augusztus 9.

Burgio Antal pápai nunczius jelenti, hogy mikor a becsukott jubileumi pénztár-ládákat a király parancsára felnyitották, azokban csekély összegeket: a budaiban háromszáz, az esztergomiban száz és néhány forintot találtak. E mellett a ládák üveg és rézdarabokat, hamis pénzeket és gúnyiratokat is tartalmaztak. Míg huszonöt év előtt százhúszezer forint folyt be: most jó lesz, ha három-négyezer forint fog begyűlni; ebből látható, mennyit hanyatlott a buzgóság Magyarországon huszonöt év óta.

— — — — — — — — — — — — — — —

La Maestà Sua per lo bisognio di lo dinaro et perchè fra poco giorni dui valirano per uno, have voluto che si aprissiro le caxie del Jubileo, per poter cum quelli dinari provederni Jaiza, che di novo torna ad affamarsi; et havemo incomenzato di questa di Buda, et non si sono trovati si non trecento fiorini di questa moneta che sono cento di oro, cum molti scritti ignominiosi per nui et per Sua Maestà, como a dire: «Tornati il tuo giubileo in Roma et lassa star lo dinar nostro quì». In altri eran tre dinari di ragione et dicean: «Un di questi sia del Papa, l'altro del Cardinale, l'altro di Strigonio». Trovammo vetri, rame, moneta falsa et simile ribalderie. Questa terra è quasi habitata di Tudeschi et non è di maravigliare. To aperta la caxia di Strigonio et si sono trovati cento et poco piú fiorini di questa moneta di modo che secondo questi dui citati che sono le principali, si pò credere che sil Jubileo arrivirà a tre o quatro milia fiorini di questa moneta, serrà gran cosa; perchè si pò conprendere in XXV. anni quanto sia mancata la devotione in questo regnio. Al tempo di Regino buttò il giubileo meglio di cento et XX milia ducati. Li dinari del iubileo che si serrano

trovati et a cui serran stati donati, quando tutte le caxie serran aperte, io ne mandirò nota a Sua Santità.[1]

Vatikáni Magyar Okirattár. Második Sorozat. I. köt. 253—54. ll.

205.

Buda, 1525 augusztus 9.

Burgio Antal jelenti, hogy a budai birák egy lutheránust halálra itélték.

— — — — — — — — — — — — — — —

Questi iudici di la cità (Buda), per voler dar principio a li capitoli che han fatto in dieta (Rákos), han condennato hogi a la morte un Lutherano.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második Sorozat. Első kötet. 256. l.

206.

Buda, 1525 augusztus 15.

Lajos király a sajó-ládi pálos-klastrom Bas nevű elhagyott birtokára költözködő és építkező jobbágyoknak hat évi adómentességet ad.

Nos Ludovicus... Rex Hungarie... memorie commendamus... nos ob illam devotionem, quam erga beatissimam Virginem Mariam gerimus, tum etiam ad nonnullorum fidelium nostrorum supplicationem, illam possessionem religiosorum fratrum Heremitarum Sancti Pauli regulam profitencium in claustro beatissime Marie Virginis de Laad degentium, Bas vocatam in Comitatu Zempliniensi et per translationem in Borsodiensi habitam, ... (ut) relevari, restituique et populorum edificiis et jobagionibus rursus condecorari posset, ab omni solutione proventuum nostrorum ... infra sex annorum spatio et... colonos, qui in dicta possessione noviter edificaverint a

[1] Október 10-én a jubileumra vonatkozólag ezeket írja Sadoletusnak: «Circa il Jubileo, Vostra Signoria Reverendissima creda, che a tutto lo regnio è manifesto già che le elemosine che si haverano per esso, si convertino ad benefitio del regnio. Nè mancò diligentia in farlo publicare como si dovea; ma in queste citati di confini ove sono Germani, sono Lutherani assai, che è gente invida et si deletta di detrahere, non havendo un solo rispetto a la verità». — Id. m. 272. l.

die datarum presentium duximus eximendos ... Datum Bude feria tertia in festo Assumptionis beatissime Marie Virginis Anno Domini 1525.

Relatio Magistri Emerici Bebek
Secretarii Regie Maiestatis.

Emericus Bebek
Secretarius.

Papir, alján nagy kerek pecséttel. — *Budai országos levéltár: D. L. 24175.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

207.

Buda, 1525 augusztus 16.

Szalkai László esztergomi érsek sürgősen kéri VII. Kelemen pápát, hogy az esztergomi kanonokokat, kik számra negyvenen vannak és szegények, Sienai Fülöp protonotarius jogtalan követelései és örökös czenzurái ellen megvédelmezze s az évek óta folyó veszedelmes és botrányos pert beszüntesse.

Beatissime Pater, post serviciorum meorum ad pedum pulveres Sanctitatis Vestre beatorum humilem commendationem. Cum mei sit officii ea, que ad manifestum religionis et cultus divini detrimentum spectare videntur, Vestre Sanctitati uti summo in terris Ecclesie Dei pastori ac principi explicare, silentio preterire non possum id, quod Vestra Sanctitas ex mei quoque predecessoris quondam Georgii Archiepiscopi Strigoniensis litteris ac supplicatione sepius intellexit, in hac ecclesia mea in dies minui rem divinam et sacras ceremonias a beato Stephano huiusce nacionis apostolo, atque aliis divis Hungarie Regibus institutas, idque fieri studio Reverendi Dñi Philippi Senensis prothonotarii, cuius opera Canonici Strigoniensis ecclesie, qui sunt numero quadraginta, ab aliquot annis racione Capelle sancte Marie, que illorum mense est attributa, perpetuis censuris et acerrima excommunicacione vexantur. Exigit ab eis Dnus Philippus, ut audio, nomine fructuum ab incepta lite perceptorum aureos quatuor millia, quam summam cum ob inopiam et reddituum tenuitatem, atque ob graves et assiduos sumptus, quos in alendis pro fidei defensione militibus erogant, non possint exolvere, sacris coguntur abstinere, et cum turpi non solum eius ecclesie, sed totius Regni ignominia has censuras longo iam tempore sustinent et perferunt. Quorum condicionem et sortem miseratus, ut tandem ex hac lite et censuris possint emergere, numeraveram de meo mille aureos Dño Philippo exolvendos, quos ille, quantum intelligo, et contemnit et pro nihilo habet. Quamvis qui

totius causae originem ac progressum velit dispicere, facile cognoscet hanc litem utcunque inicio excitatam sola calumnia ac per summam Capituli Strigoniensis iacturam ad hoc usque tempus esse protractam, et nisi me moveret Canonicorum egestas ac penuria possem non magno fortasse negocio declarare: plus mihi in illa Capella quam Dño Philippo iuris esse, et si convellenda hec esset unio, me potissimum actore convelli posset; sed ego vel ea, que sancte a maioribus sunt instituta, mutare, vel Canonicos, quibus vix alioqui quotidianus victus suppetit, ad mendicitatem redigere, impium et extreme crudelitatis opus semper existimavi. Non possum autem non mirari, cur de fructibus Capelle perceptis agat Dominus Philippus, quum optimis testibus (ut affirmant Canonici) probari possit, si id negocii Domino Baroni, aut cui Vestra Sanctitas maluerit, demandetur, omnes illos redditus Revmo quondam Domino Thomae Cardinali, qui Domini Philippi hac in re fuerat procurator, esse persolutos. Supplico itaque Vestre Sanctitati, dignetur pro singulari sua erga hanc ecclesiam meam et Regnum Hungarie gracia et pietate hanc litem perniciosam et scandali plenam funditus extinguere, ne vel vicinis hereticis vel parum integris christianis detur causa detrahendi Sedis Apostolice auctoritati: cum videant non tam iure (ut passim loquuntur homines), quam per calumniam tante ecclesie ministros sacris et re divina prohiberi. Oro Deum Opt. Max. ut V. S. diutissime ac felicissime conservet ac tueatur. Ex Buda die XVI. mensis Augusti 1525.

Eusdem Sanctitatis Vestre

Humillimus et devotissimus Servitor et Capellanus

Ladislaus

Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Theiner: Vetera monumenta II. 653.

208.

Buda, 1525 augusztus 30.

Burgio Antal jelenti, hogy a halálra itélt lutheránus (v. ö. 205. számot) kínpadra vonatván, sok budai német polgárt és kereskedőt nevezett meg, kik szintén lutheránusok; a többi közt Szerencsés Imrét és a királyné egy kamaragrófját is. Az urak szigorúan akarnak elbánni velők; a királyné pártfogolja őket. Az eredményről tudósítani fogja ő Szentségét.

— — — — — — — — — — — — — — —

Lo Lutherano che per l' ultime mie scrissi che era stato condennato a morte, è stato tormentato, et confessa molti citadini tudeschi

et mercanti che quì sono; intro l' altri confessa il giudeo del quale ho tante volte scritto et un camergraff di la Reina, in mano di cui son venuti le montagnie, che erano di Fucari. Li Signori sono tutti inclinati ad volere far iustitia di tutti per molti rispetti; la Regina li favorisce quanto pò. Di quel che ne serrà, Sua Sanctità ni haverà haviso.

Vatikáni Magyar Okirattár. II. Sorozat. 1. kötet. 262. l.

209.

1525 augusztus.

Vincenzo Guidoto, a velenczei köztársaságnak II. Lajos királynál követe, 1525. évi végjelentésében így ír az akkori érsekek- s püspökökről és évi jövedelmeikről:

Li prelati sono diuisi in duo archiepiscopi, zoe (cioè = azaz, t. i.) *Strigonio* et *Collocia.* Strigonio ha sotto se sei Episcopati, videlicet Agria, Transiluania, Xagrabia (így), vesprimia, vacia, et Jaurino. Collocia ha etiam sotto se altri 6 Episcopati, zoe cinque gesie, (így) Serimia, Cenadino, varadino, nitria (így) et bossnia.

Archiepiscopo de Strigonio al presente è il R. Vladislauo[1] hungaro, nato verso le selue de Transiluania non molto nominale, homo de picola statura, de bona doctrina, de expedito inzegno, et quello che faccua il tutto, dumente sum stato in hungaria, et ha molta copia de danari, diligente, curioso et ressoluto. Ha mostrato fauorir le coze di la Serenità Vestra,[2] è de eta de anni 48 in 50, et ha de Intrada Ducati da 35/m.

Archiepiscopo de Collocia è il R. D. Paulo Thomori, frate del ordine de Sto Francesco de observantia, oriundo de Transiluania, homo de honesta et sancta vita, costumato, de éta de anni 49 in circa, experto ne le arme et alla guerra, hauendose in quelle exercitato per tutto il tempo de la vita sua, excepti duo anni e mezo, liquali è stato ne la religione, homo de optima volunta et quello, che ha mantenuto et mantene li confini del regno contra Turchi in quelle parte, nel che spende tutta la sua Intrata, che po esser da circa ducati 20 in 22/m.

El primo episcopato è agria, qual tene il R. Paulo Diaco,[3]

[1] Szalkai László.
[2] Érti Gritti András, velenczei dogét.
[3] Várdai Pál.

non molto de natione nominata, homo de assai bon inzegno et non de molta doctrina, musico et arismetrico, de eta de anni 44 in circa, di bona phama, et vene dicto lui anchora esser virgine. Ha de Intrada ducati 22/m. in circa.

El secundo episcopato è Xagrabia, qual tene el R. D. *Simon,*[1] Nepote del q. R^mo^ Cardinal Strigoniense[2], homo di procera statura, del optima phama, de eta de anni 33 in circa, de bon inzegno et doctrina, et serue in quelle parte del suo Episcopato bene il regno contra Turchi, quale vnse et fo ministro alla Coronatione de la Ser^ma^ Regina, sufficiente religioso, et ama la Celsitudine vestra. Ha de intrata ducati 18 in 20/m.

El terzo episcopato è Transiluania, qual tene il R. D. Zuane Goston[3], de Nobele sangue, et è Cancellier de la Ser^ma^ Regina, homo de picola statura, assai grasso, Doctor, homo de bona vita et honesta. Ha de intrata da ducati 24 in 25/m. Non ama questo Excellentissimo stato.

El quarto episcopato è Varadino, qual tene il R. D. Francesco Perini[4], figlio del pallatino morto, de eta de anni 27 in 28, homo di prospera statura, picolo, bello di corpo et faza, de bona doctrina et inzegno. Ha de intrada de ducatí 26/m. in circa. Ha il corpo de Santo Wladislao fo Re de Hungaria in la sua gesa, alla sepultura dilqual vltra tutte le hore diurne et nocturne de di et de nocte sempre se cantano psalmi.

El quinto episcopato è cinque gesie, qual tene il R. D. Philippo More di nobile prosapia, de eta de 54 in 55 anni, di la sorte ben nota alla sublimita vestra, pero pretermetto le altre sue digne condictione. Ha de intrata da 25 in 26/m. ducati.

El sexto episcopato è vesprimia, quale tene il Rev. D. Thomasso de Salacaza[5], homo docto in greco et latino, de eta de anni 40 in 42. Ha de intrata de ducati 10 in 12/m.

El septimo episcopato è iaurino, che tene il R. D. Blasio Paxi,[6] nobile de le prime case del regno, homo di bona statura, non molto docto, et che hora se fa per zornate. Ha de intrata de ducati 13 in 14/m.

Lo octauo episcopato è Vacia, quale tene il Rev. D... de Orsag,[7] de le bone case et fameglie del regno, et del ordine di baroni, homo ben dotato de doctrina et de ogni bonta, di eta de anni 39 in 40; ha de intrata da 4 in 5/m. ducati.

[1] Erdődy Simon. — [2] Bakócz Tamás. — [3] Gosztony János. — [4] Perényi Ferencz. — [5] Szalaházy Tamás. — [6] Paksy Balázs. — [7] Guthi Ország János.

El nono episcopato è Nitria, qual tene il Rev. D. Stephano Podmonisco[1], homo deuoto, et che non molto se interpone ne le facende; de eta de anni 55 in circa. Ha de intrada de ducati 4/m.

El decimo episcopato è Cenadiense, qual tene il Rev. D. Francesco[2], de bona fameglia, de eta de anni 29 in 30, ben docto. Ha de intrada da circa 3000 ducati.

La vndecimo episcopato è Serimia, qual tene il Rev. D Wladislauo Macedonico,[3] de le nobile fameglie del Regno, de eta de anni 46 in circa, homo molto eloquente. Soleva reuder il suo episcopato da ducati 5 in 6/m., sua hora per esser sta spogliati et tolti da Turchi molti lochi del dicto episcopato, po hauer da 2500, non so se ariua a ducati 3000.

El duodecimo episcopato è Bossina, quale tene hora vno hungaro pur nobile[4], et che se ha molto operato ne le confine contra Turchi, se po dir, che l' habia se non il titulo, per esser le intrate sue in mano de Turchi, che molte poche nel regno el se atroua.

Tutti li due archiepiscopi et 12 episcopi sopranominati sono consiliarii regii, perche quamprinum è creato vno episcopo, el se intende consiglier tra li altri, ipso iure. Ma li duo archiepiscopi sono ordinarii per modo, che non possono esser exclusi da la R. Mta, la qual potria excludere li altri episcopi, quando la volesse, quantunque mai li excludo.

Firnhaber, Vincenzo Guidoto's Gesandschaft am Hofe K. Ludwigs von Ungern. (Quellen und Forschungen für vaterländ. Geschichte etc. Wien, 1849.) 135—137. Magyar Sion III. 554—557.

210.

Nagy-Szeben, 1525 szeptember 12.

A szebeni káptalan dékánja Clementis vagy Medgyesi János papot Luther tanainak terjesztéséért s egyéb vétségeiért Gál utáni keddre (okt. 17-re) maga elé idézte.

«1525. sept. 12. Per E. Dominum Decanum Judicem ordinarium citatus est saepedictus Dominus Johannes Megien. peremtorie ad feriam tertiam proximam post Galli: responsurus obiectis et obiicien. de Luthera secta in Schellenberg et Geriszaw per eum pullulata: et ecclesiastica instituta infracta.»

A szebeni káptalan *A* jegyzőkönyve 131. lapon. — *Fabritiusnál* id. m. 62. l.

[1] Podmaniczky István. — [2] Csaholyi Ferencz. — [3] Maczedóniay László. — [4] Kesserű Mihály.

211.

Buda, 1525 szeptember 30.

Werbőczi István nádor levele VII. Kelemen pápához. — Köszönetet mond a szentatyának, hogy őt nádorrá történt megválasztatása alkalmából üdvözölte.

Beatissime pater ac domine, domine mihi semper Clementissime. Post devota pedum vestrae Sanctitatis oscula beatorum, et mei ac meae servitutis humillimae in gratiam eiusdem commendationem. Summa me laetitia affecerunt hae litterae vestrae Sanctitatis, quas mihi reverendus dominus Stephanus Brodericus orator regius reddidit. Etsi enim non ignarus eram gratiae et humanitatis, qua solet vestra Sanctitas suos vel infimae conditionis servitores prosequi, memineramque quanta me benignitate regium olim istic oratorem agentem exceperit: retinuisse tamen vestram Sanctitatem tamdiu erga me suum favorem et clementiam, atque auxisse etiam, non potest mihi non esse summae voluptati. Quem quidem Vestrae Sanctitatis in me favorem omnibus, quibus potero obsequiis, dum vivam, conabor promereri. Gratulatio autem vestrae Sanctitatis de mea in hunc magistratum assumptione tanto mihi gratior esse debet, quanto a maioris, immo a maximi et supremi omnium principis iudicio proficiscitur, et quanto hae causae, propter quas vestra Sanctitas dignitate mea laetatur, plus in se decoris et honestatis habent. Video vestram Sanctitatem eodem tempore et dignitate mea laetari, et salutem patriae meae, quae mihi, ut par est, fuit semper carissima, vehementissime optare, immo hanc ipsam dignitatem eo ipso nomine mihi gratulari. Quo quid potest esse vel mihi gratius, vel summo omnium Christianorum pastori ac principi convenientius, quam omnia ad publicam Reipublicae atque ad huius patriae, unde illa procul dubio dependet, salutem referre? Quare rursus repetam, mira sue atque incredibili laetitia haec vestrae Sanctitatis affecit gratulatio. Eius vero sapientissima consilia ac vere paternos monitus atque hortatus (ita mea mihi patria salva fit, pro qua video vestram Sanctitatem tantum laborare) libentissimo animo et nunc amplector, et sequar dum vivam, diesque ac noctes in eis cogitationibus et actionibus consumam, quibus huius ipsius regni salus, honor, commodum et tranquillitas contineatur, daboque omnem operam, ut vestrae haec Sanctitatis gratulatio non cadat incassum, nunquam hac de me opinione fallatur, Vestram vero Sanctitatem ita colam, ita eius imperio iussisque semper parebo, ut intelligat se in me servitorem habere, quem non frustra sua gratia ac benigni-

tate dignum putaverit. Quibus de rebus plura egi cum domino barone nuncio vestrae Sanctitatis, optimo amico meo, atque etiam eodem Stephano Broderico, qui poterunt esse testes, et (credo) erunt, meae et in hanc serenissimam Maiestatem domini mei gratiosissimi, et in vestram Sanctitatem istamque Sedem sacrosanctam fidei ac sincerae servitutis et laborum ac vigiliarum mearum, quas pro huius regni salute iuges atque innumerabiles sustineo. Me et servitutem meam humillimam in gratiam eiusdem vestrae Sanctitatis humillime commendo. Quam Deus conservet semper sospitem ac felicissimam. Budae pridie calendas Octobris anno domini 1525.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

humillimus servitor

Stephanus de Werbewcz

Regni Hungariae Palatinus.

Kívül: Sanctissimo domino nostro, domino Clementi VII. Pontifici Maximo, domino mihi semper Clementissimo.

Eredetije a vatikáni levéltárban, hitelesített másolata a M. Tud. Akadémia kéziratgyűjteményében. Közölte *Fraknói Vilmos,* Magyar Történelmi Tár. 23. kötet 133—134. ll.

212.

Buda, 1525 október 6.

II. Lajos király a szász-székek panaszára Gosztonyi János erdélyi püspöknek és helytartójának, úgyszintén a szebeni és meggyesi dékánoknak megtiltja, hogy az egyházi bíróságok előtt oly ügyeket tárgyaljanak, melyek nem oda, hanem a világi bíróságok elé tartoznak.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris Reverendo in Christo Patri Domino Joanni Goszthon, Episcopo Ecclesiae Albensis in Transilvania, Cancellario Reginalis Maiestatis, et ipsius Vicario in spiritualibus Generali dictae Ecclesiae Albensis Transilvanae, nec non Honorabilibus Decanis Cibiniensi et Mediensi, praesentibus scilicet et futuris, praesentes visuris, salutem et Gratiam. Ex gravissimis querelis Fidelium nostrorum, Prudentum et circumspectorum Magistri civium, Iudicum, Iuratorum, caeterorumque civium, Populorum et Incolarum septem et duarum Sedium nostrarum Saxonicalium accepimus non sine displicentia, complures esse in Transilvania tam spiritualis quam saecularis conditionis homines, qui comparatis sibi litibus, et ut plurimum alicuius spe commodi consequendi ducti, quae non forum spirituale sed Iudicium

saeculare concernerent, in praesentiam vestram ac Sedem spiritualem citare et gravibus indebitisque expensis et fatigiis vexare consuevissent, in derogamen Privilegiorum et Libertatum ipsorum Saxonum, per diversos olim Reges, nostros scilicet praedecessores ipsis exponentibus concessarum et confirmatarum, atque praeiudicium Iurium et consuetudinum Regni nostri Transilvaniensis manifestissimum. Supplicatione ergo praedictorum Exponentium exaudita, volentes eosdem Exponentes penes Iura et Privilegia eorum consuetudinesque dictarum Partium contra tales infestatores et vexatores defendere, Fidelitatibus vestris, et unicuique vestrum, harum serie mandamus firmissime, quatenus a modo deinceps ad nullius, vel spiritualis vel saecularis personae instantiam, a causis profanis contra memoratos Saxones nostros, vel eorum aliquem, litis post hac citatos, nisi in causis aperte Forum Spirituale respicientibus et annumerandis, facere audeatis, sed si quispiam vestrum aut plebeae conditionis, aliquid Litis et Actionis contra Saxones in talibus causis profanis habuerit, id coram Iudicibus ipsorum Ordinariis iuris ordine prosequatur. Si etiam casu interveniente ad cuiuspiam sinistram informationem impetraretur citatio aliqua directa, et extradita fuisset, nihilominus Causam ipsam[1] in praesentiam Iudicum suorum Ordinariorum, adiudicandi et definiendi gratia remittere debeatis et teneamini. Secus nullo modo, nullaque ratione facere praesumatis. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Budae, feria sexta proxima post festum Michaëlis Archangeli Anno 1525.

Pray, Specimen Hierarch. Hung. II. 273. *Szeredai,* Series Episcoporum Transilvaniae. A.-Carolinae, 1790. 185—186.

213.

Nagy-Szeben, 1525 október 24. és 31.

Tanúkihallgatás a lutheránus tévelygésről, nőrablásról, házasságtörésről stb. vádolt Medgyesi Clementis János áldozópap ügyében.

1525. die 24. m. Octobr.

In causa honorabilis domini Johannis Megien. presbiteri. In Iudicio in domo consistoriali supra capitulis et articulis infrascriptis commissis accusati: videlicet de Secta Lwtherana: super Raptu, Adulterio: Plariario[:]: Periurio: Siccario, vbi per circumstancias omnes dictos articulos negat.

[1] hibásan . ipsarum.

Articulus primus videlicet super Secta Lwtherana *(következik egy üres hely).*

Articulus Secundus. De Raptu: Blasius Piscator de Preuszdorff Citatus et Juratus, Interrogatus fassus est in hunc modum, quod licet fuerit citatus per dominum decanum de Bodcz ad instanciam domini Johannis Megien. ad secundum articulum et capitulum de raptu, sed non comparuit racione raptus et dicit et fatetur ad iuramentum suum prestitum tactis sacris Evangelijs: quod preter voluntatem suam, propositis multis debitis contra Blasium per dominum Johannem, absportauerit vxorem suam: sed minarum fl. 14 pretensarum, vellet testem ad Albam citare et inquietare quousque idem satisfaceret.

Articulus Tercius. De vicio Adulterij: Jamdictus testis deposuit in hunc modum: quod sepedictus Johannes Megiensis vxorem suam sepius vi et verborum impulsu de domo propria ad domum dotis propulerit et eadem ad vota sua potitus fuerit: in lecto egritudinis post partum cum eadem coniacuisse: Et noctibus quibusdam cum eadem, pretendendo nocturnum timorem, marito inuito, dormiuisse.

Item occulte, noctis sub silencio, tectum domus infringen. domum intrasse et eandem ui ad domum suam deportasse.

Testis Secundus Paulus Gwnthard: Citatus Iuratus fassus super articulo primo in hunc modum. Quod tempore quadragesimali proxime preterito opera in Geryszaw fecit talia, quod deus potuerit adaperire terram et omnes homines absorbere: videlicet vsus ouis, butiro, caseo: et que ceterri sacerdotes docerent, essent falsa: ipse diceret eis veritatem (aliaque dixit quod ceteri conseden. in mensa perterriti abiecerunt). Ittem cum quadam maritata contra honestatem peccasset: Item puellas duas paruulas in domo paterna stuprasset: Ittem in preuszdorff tota Communitas dicunt eum raptorem vxoris Blasij. Et die tercia post partum ex lecto egritudinis ui de domo propria in domum dotis absduxisse et ea abusum fuisse.

Excipit aduersarius de persona sibi suspecta, dicen. ipsum paulum inimicum.

Die ultim. Octobris.

Ittem die vltima octobris Citati et Iurati de Geryszaw: Gaspar Sachris: et Andreas Sachris confirmant fassionem ipsius Pauli Gwnthard prius factam.

Ittem pretacti fassi: Quod in domiciliis eorum diebus octo hospitatus fuerit: nunquam librum aliquem legendo vel orando viderint, vel ecclesiam visitauerit.

Die eadem Johannes Gwnthard Citatus fassus, quomodo ante festa Jacobi apostoli proxime preterita Bistricium versus iter facien. diebus octo nihil orare vel boni aliquid facere viderit.

A szebeni káptalan A jegyzőkönyve, 133—134. lapon. Közölve *Fabritiusnál* id. m. 145—147. ll.

214.

Győr, 1525 november 3.

Galgóczy Miklós volt püspöki helytartó fölvilágosítja a győri szentszék előtt megjelenni vonakodó soproni városi tanácsot, hogy helytelenül hivatkoznak Zsigmond király kiváltságlevelére.

Salutem et omne bonum! Circumspecti et prudentes viri, amici nobis honorandi! Litteras vestras ex parte citationis certorum concivium vestrorum ad instantiam Joannis Wychaij litteris nostris preceptoriis mediantibus facte nobis tanquam vicario huius alme Jauriensis ecclesie directas, etsi ipso officio vicariatus nuper functi sumus, legimus tamen, et pellegimus (így) simul et privilegium divi Sigismundi regis. Scribitis vos mirari, qualiter contra privilegia et libertates vestras ad instantiam ipsius Johannis Wychay vos coram nobis in iudicium vocari ausi fuissemus, hortamurque in calce litterarum vestrarum tamquam calcar nobis imprimentes, ne deinceps ad cuiuscunque instantiam vos aut alterum vestrum in quacunque causa coram nobis in ius vocari presumamus, allegantes, quod actor forum rei sequi debeat. — Nos centuplum amplius miramur, quod vos, alioquin prudentes et maturi viri, ita insensate et pueriliter scribatis, tanquam velletis sine capite vivere et liceret vobis, quicquid liberet, non intelligentes privilegium domini Sigismundi, putantes illud esse pro voluntate et intentione vestra, cum directe sit contra eam et sit non modo vestrum, sed et totius regni Hungarie privilegium, immo quoddam ius commune. Dominus vicarius, successor noster, hodie pro tribunali sedens, multitudine hominum cleri, nobilium et ignobilium fere centum aut ultra astante, litteras vestras tandemque privilegium Sigismundi regis alta et intelligibili voce publice legi fecit. Quid dicam? Omnes et singuli vos irridebant, vos ydiotas et insensatos dicebant, docti, ut intelligentes, indocti doctos ridere videntes. Cum quidquid littere vestre allegant, privilegium ipsum omnino contrarium ponat. Dicitis, quod actor sequatur forum rei, glossam non legistis: littera occidit, spiritus autem vivificat. Notarius vester in unico verbo notarium nostrum com-

prehensum, tanquam in sagena grandem conclusisset murenam, gaudet. Ponit enim notarius noster in nostris litteris, quod forent nonnulli inter vos. Vbi vester notarius excipiendo dicit, vos non esse in numero citatorum. Et iuste quidem et bene carpit eum. Sed numquid sigillum nostrum, quod scripto prestat auctoritatem, carpere potest? Quod in alterius vergit detrimentum, diligenter notarius vester advertit, quod autem pro honore et utilitate vestra faceret, cecus non vidit et stultus non intellexit. Quare, nisi aliter vobis consulueritis, iustitie plus quam notario fidentes, eveniet, quod non speratis. Scribo hec pro honore vestro. Vellem, ut honor vester potius augeatur. Parcatis, si posui hic errorem vestrum, non in malum vestrum, immo in bonum feci. Cognito errore potestis deinceps fore cautiores et maturius super huiuscemodi deliberare. Valete felicissime amici charissimi et me vobis commendatum habete. Ex Jaurino feria sexta post festum Omnium Sanctorum anno 1525.

Capellanus vester

Nicolaus de Galgoch

archidiaconus Papensis et canonicus ecclesie Jauriensis.

Prudentibus... magistro civium, iudici et iuratis civitatis Sopronienis.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. XXXII. et G. fasc. X. nr. 176.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

215.

Buda, 1525 november 7.

Burgio pápai követ értesíti a lengyel királyt, mennyire terjed a lutheranismus a Németországhoz közeleső városokban és Budán.

Io Antonius Pulleo, Baro Burgi, Nuncius apostolicus in Ungaria, Sigismundo, Regi Polonae.

— — — — — — — — — — — — — — —

Haeresis quantum in Slesia, Moravia et Bohemia vigeat, quid opus est dicere? quum Mtas vra et prius ista, quam nos audiat et etiam propter vicinitatem sentiat. Sed hec antiqua est querimonia. Hic vero in Ungaria nulla est civitas, que Germanis vicina sit, que vel in cordibus hominum secreto, vel in concionibus publice non det huic secte fomentum. Sed ut reliqua taceam, in civitate regia Budensi quantum hec labes vigeat vel fassiones unius, qui morte

damnatus est, liquido possunt ostendere. In quibus fassionibus tot cives vocantur et citantur, ut fuerit his dominis consultius visum, ut supprimerentur potius, quam in lucem venirent, verentes, ut ajunt, ne civitas ditissimis civibus privata, in oppidum evaderet. Sed quid de civitate ego loquor? utinam altius et propius hoc malum non serperet. Nihil ego tacerem, si presens essem, nihil foret Mti vre occultum, nunc vero non sunt literis omnia committenda.

Acta Tomiciana. Tomus VII. 334.

216.

Nagy-Várad, 1525 november 19.

Dóczy János királyi kincstartó a jubileumi bucsúk alkalmával Nagy-Váradon begyült pénzt a király részére veszi föl.

Nos Joannes de Doocz thesaurarius regie maiestatis etc.... recognoscimus... quod nobis reverendissimus dominus Franciscus de Peren episcopus ecclesie Waradiensis unacum capitulo eiusdem de pecuniis iubilei anni presentis dedit et assignari fecit manibus nostris ad mandatum maiestatis sue in novis monetis florenos quingentos quadraginta quinque in antiquis vero monetis florenos quatuor denarios viginti quinque; super quibus quidem eundem... dominum Waradiensem quietum et expeditum... facimus... casu vero, quo prefatum dominum episcopum quispiam pro huiusmodi pecunia aut coram... archiepiscopo Strigoniensi aut coram barone, legato apostolico requisitum habuerit, in persona eiusdem domini Waradiensis coram maiestate regia sufficienter respondere et eundem protegere promittimus... Datum Waradini in festo sancte Elizabeth vidue anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Idem thesaurarius manu propria.

Közölve: gr. Károlyi család oklevéltára III. k. 156. l.

217.

Nagy-Szeben, 1525 november 25-ike körül.

A szász egyetem határozata a kolostoroknak, templomoknak, vagy más jámbor czélokra történt örökbe-hagyások eltiltása-, illetve visszaválthatásáról.

«Nullus testantium ullam haereditatem suam pro refrigerio vel salute animae suae ad usum claustrorum vel ecclesiarum aut

alios pios usus sub perpetue possessionis titulo tam in vita quam mortis articulo possit aut valeat testamentari, conferre; sed affines et consanguinei illius testantis post obitum — — pro digno aestimationis pretio rehabere, — si autem affines vel consanguinei testantis defecerint, ex tunc civitatenses — — — possint et valeant haereditates iuxta conscientiosam aestimationem obtinere.»

Szász nemzeti levéltár. A szebeni tanács jegyzőkönyve II. 32. — *Fabritiusnál* id. m. 71. l.

218.

Szeben, 1525 november 28.

A szebeni káptalan a fogságban tartott Medgyesi Clementis Jánost Pemfflinger Márk szász gróf, Rapolth János polgármester és más előkelő polgárok kérésére, — miután előbb magát a lutheránus tévelyben és egyéb bűnökben részesnek vallotta és javulást fogadott — fölmenti, nem kívánva tőle egyebet, mint hogy Szebenben, Sellenberken és Fenyőfalván ünnepnapokon prédikáció végével, az egyházi szószékről nyiltan vonja vissza a lutheránus eretnekséget.

Anno domini 1525. die vigesima octaua mensis Nouembris ad horam diei primam vel quasi, in domo consistoriali venerabilis Capituli Cibiniensis comparuerunt circumspecti et honesti viri Johannes Rapolth Consul et in persona egregii et circumspecti Marci Pemfliger Iudicis Regii tunc ex causa absentis, item Johannes Agathe, Magister Johannes Hecht, Martinus Kakas, Georgius Hotter et Andreas Sydner pelliparius ad instanciam et in persona venerabilis domini Johannis Mydwyscher tunc ex certis criminibus, puta Lwtherane heresis: raptus coniugate: vel siccariatus: et instanter pro eius eliberacione et emancipacione hortati et deprecati sunt, in primis propter deum et ob respectum dictorum egregiorum et circumspectorum denominatorum virorum atque familie sue honeste: quibus viris dicta crimina declarata sunt. Et dominus Johannes requisitus an illa perpetrauerit: Quoad primum capitulum de Lwtherana heresi respondit in conspectu tam dictorum dominorum quam capitularium, quod sibi constat de victualibus quadragesimalibus inhibitis se excessisse, sed quod de mendacio sacerdotum et decepcione ac seduccione eorundem, et quod ipse talis fuerit seductor aliquando, sibi non constaret: vbi reprobatus est per duos testes per eum admissos, videlicet Gaspar Zachris et Clos Axmann de Gyrysau, prout in fassionibus, eorum continetur. Vbi Decanus pro tribunali seden. voluit vt iuris ordini se subscriberet, tam de

propriis confessis quam de aliis conuictus per dictos testes. De aliis autem criminibus, vt de siccariatu, num Feko mordasset, eciam fatetur se id extendisse, tamen neminem (így) nocuisse: vbi tamen de iure Vt L. I. ad le. Cor. de vi publica, debebat puniri, vt ibi; sed de raptu dicit se velle reprobare Blasium maritum Anne. Quare de iure petit dominus Decanus se propria manu de illis commissis subscribere.

Die et anno quibus supra, testibus preterea quibus supra presentibus, ego Johannes Clementis Arcium liberalium Baccalaureus, vinculis absolutus et per reverendum Dominum Decanum Cibiniensem a criminibus per me perpetratis cum modificacione: de qua in sententia diffinitiva contra me lata, non vi, dolo, fraude vel metu circumventus, sed mera et libera mea voluntate, conscientia mea id me informante, presentibus confiteor manu mea propria exaratis et affirmo, me in errorem Lutheranum et in alia crimina, de quibus supra, prolapsum fuisse, nec opus fore aliqua alia probacio[ne]: sed sponte et libere hoc confiteor et affirmo, gracias agens Deo et benignitati Domini Decani atque patrum de capittulo, qui mecum misericorditer ad preces familie mee egerunt, de cetero nunquam commissurus. Si autem tractu temporis me in illos vel consimiles errores, quod deus auertat, relabi contingeret: extunc pro heretico convicto haberi volo.

Ego Johannes qui supra manu propria de illis omnibus fidem facio.

Ihesus Maria et sancta Aina.

Petrus Tonheuser de Cibinio. Arcium Liberalium magister in Magno Horreo plebanus et venerabilis Capituli Cibiniensis Decanus hec orta nobis coram inter honorabilem dominum Johannem Clementis de Medijes et officium nostrum causa ex causis supra signatis et capitulis, videlicet Lutherane heresis: siccariatus: vel raptus, et propterea idem dominus Johannes detentus in uinculis ad uoluntatem venerabilium dominorum Capitularium, et tandem ad preces familie sue unacum egregio domino Marco Pemphlinger Judice regio Cibiniensi effusas coram dicto venerabili capitulo Cibiniensi pro sua emancipacione, dictum Capitulum unacum domino Decano preces coram aductus[1] et iustitiam lenitate misericordie permutans iuxta fassionem dicti domini Johannis propria manu subscriptam, de iurisperitorum consilio, et solam sanctam justiciam pre oculis

[1] Talán: precibus eorum adductum.

haben. pro tribunali seden. per hanc sentenciam nostram diffinitivam declaramus in primis predicta crimina dimissa misericorditer et abolita propter divinam misericordiam et honorem dictorum dominorum deprecatorum et penitenciam factam; de Lutherana vero heresi, vt honor divinus conservetur, declaramus et dicimus: quod in Cibinio civitate certa die feriata, quando ad populum sermo concionatur, peracta concione, mox cum predicator descenderit, ipse ascendat et errorem suum declaran. viva et intelligibili voce revocet, et hoc itidem in Schellenberg ac Gyeresaw certis diebus perficiat et amodo se ab huiusmodi erroribus abstineat et se per graciam divinam a similibus custodiat, ubi autem, quod deus auertat, in illas vel alias hereses laberetur, non vlteriori probacione ac documento habitis, tanquam verus hereticus puniri possit, sive hoc expresse sive occulte committat, et tandem condignam penitenciam pro suis excessibus a venerabili Capitulo recipiat. Quodsi illam medicinam suscipere nollet, iterum tanquam hereticus publicus puniatur.

Lecta lata est hec presens sentencia diffinitiva die quo supra (28. m. Novembris anni 1525) presentibus ibidem Egregio Domino Doctore Martino Cibinij plebano, Venerabilibus Magistro Thoma in Schlenbwrg: Johanne in Castenholcz, Johanne in Gyrysaw, Jacobo in Affrica plebanis.

A szebeni káptalan *A* jegyzőkönyve 151. s köv. l. Közölve *Fabritius* id. m. 149—150. ll.

219.

Győr, 1525 deczember 19.

Kajári István püspöki helytartó Pers Benedek és Mészáros Mátyás kiközösített soproni polgárokat a kiközösítés alól föloldozza, oly föltétel alatt, hogy a Lósi Viczay Jánostól ellenük indított per költségeit megfizetni és a jövendő Vízkereszt nyolczada után tartandó szentszéki gyűlésen megjelenni tartozzanak.

Stephanus de Kayar, archidiaconus Soproniensis, ac canonicus necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Blasii Paxȳ electi episcopi ecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui etc. etc. in spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis dilectis nobis in Christo honorabilibus et discretis viris universis et singulis dominis ecclesiarum parochialium plebanis in et sub Jauriensi diocesi ubilibet constitutis et existentibus, qui cum presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus,

salutem in Domino et nostris firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod, licet nos in causa et causis, quam et quas nobilis Joannes Wÿczaÿ de Loos contra providos Benedictum Pers et Mathiam Mezaros de Sopronio, diocesis Jauriensis, in facto certorum negotiorum, in actis cause huiusmodi latius expressorum, illorumque occasione coram nobis in hac alma sede spirituali Jauriensi habet, movereque et habere intendit, exigente eorum multiplici contumacia, eosdem in scriptis excommunicaverimus ac ut tales pro talibus deinde etiam in partibus presentibus (így. Itt pár szó kimaradt.) per honorabilem dominum Joannem plebanum et vicearchidiaconum de Sopronio pro parte eorundem Benedicti et Mathie humiliter supplicatum extitit, ut ipsos ab huiusmodi excommunicationis sententia ad cautelam sub reincidentia absolvere dignaremur; pro quorum absolutione prefato reverendissimo domino nostro per eundem fuisset similiter supplicatum. Nos itaque ex speciali commissione et mandato eiusdem reverendissimi domini et prelati nostri dignissimi tum propter festa natalia domini nostri Jesu Christi proxime ventura, tum etiam certis et rationabilibus ex causis animum dominationis sue reverendissime et nostrum moventibus absolvendos fore et ad divina officia audienda providendos (így) esse duximus. Attendentes enim: ex iusta causa petenti non est denegandus assensus, quodque sancta mater ecclesia nemini claudit gremium sue pietatis ad se redire volenti, eosdem Benedictum et Mathiam modis et conditionibus infrascriptis absolvendos fore decernimus et absolutionem eorum vobis dominis supradictis in solidum committendum fore decrevimus, prout decernimus et committimus per presentes. Ad decernendam vero absolutionem huiusmodi, accersito etiam procuratore prefati actoris, qui in absolutionem huiusmodi licet non consentiendo, non obstante allegatione eiusdem procuratoris in absolutionem huiusmodi, absolvimus ad cautelam, ut premissum est, sub reincidentia. Idcirco discretioni vestre in solidum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet huiusmodi mandatum nostrum exequi recusantes seu recusantem trium dierum canonica monitione premissa, a die exhibitionis presentium vobis fieri computanda, ferimus in his scriptis, districte precipiendo committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, prefatos Benedictum et Mathiam, auctoritate nostra, vobis in hac parte attributa, mediante hac conditione tamen adiecta, quod de expensis, quas dictus Joannes Wÿczaÿ in contumaciam eorundem Benedicti et Mathie proce-

dendo fecit, quas nos sexta die proxima post octavas Epiphaniarum Domini, dante Domino, taxabimus, iustitia requirente et in eodem termino coram nobis in iudicio per se vel per eorum litterarium procuratorem actioni et acquisitioni prefati Joannis Wycay fideliter responsuri comparebunt (*hiányzik* satisfacere), alioquin dicto termino elapso absque alia citatione, monitione et declaratione in eandem excommunicationis sententiam reincidant et intrusi (így) eo facto censeantur vigoreque predictarum nostrarum litterarum denunciatoriarum pro parte iamfati Joannis Wÿczaÿ contra eosdem Benedictum et Mathiam per nos, ut prefertur, ad partis (így) decretarum rursum et iterum prout antea excommunicati valeant publicari et denuntiari in forma ecclesie consueta, absolvatis vel alter vestrum absolvat in causam attractos iuramentoque corporali ab eisdem recepto, ut imposterum semper fideliter mandatis ecclesie parebunt, iniuncta eisdem penitentia pro modo culpe salutari. Presentes vero post dictam earum executionem ac quidquid in premissis feceritis nobis suo modo conscientiose rescribatis, presentes in specie remittendo (így). Datum Jaurini decimanona die mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Blasius de Quinqueecclesiis Notarius.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. XXXI. et FF. fasc. III. nr. 111.

Közli : Dr. Karácsonyi János.

220.

Beszterczebánya, 1525 deczember 29.

A beszterczebányaiak folyamodnak Szalkay László prímáshoz, hogy az elfogott két körmöczi papot bocsássa szabadon.

Post humilem et debitam obedientiam, ut decet subditos semper majoribus, precipue tamen iis, qui curatores animarum sunt, nos Reverendissime paternitati vestre subjicimus. Cum divina voce atque apostolicis Litteris sancitum est, Presul Reverendissime, ut potestatibus subditi esse deberemus, simul etiam obedire, quanto magis decet iis, qui vigilant supra animabus diligenter subditorum, ut nos subjiciamus. Vidimus jam olim diligentiam Rdissime Paternitatis vestre. Intelleximus continuam vigilantiam supra gregem Rdissime Paternitati vestre subditum. Perspeximus affectum paternum, quem Rdissima Paternitas vestra innatum in oviculas Christi Rdissime Paternitati vestre Deo ordinante subditas gerit, precipue tamen in nos, ut singuli fatemur, ubi et corpora et animas diligenter curat. Ob id freti

in Reverendissimam Paternitatem vestram quoque tamquam filii eo animosius non solum presentes, sed et litteris ipsis in conspectum Rdssme Paternitatis vestre accedere audemus. Venerunt Rdssme Presul fratres nostri montanisti fodinarum Cremnicensium proxime elapso die Natalitio Servatoris nostri Jesu Christi a nobis auxilium petentes, miserti duorum concaptivorum sacerdotum, qui olim verbi Dei ministri fuerunt apud illos, videlicet Conradi Cordati et Joannis Cresszlingii, ut supplicaremus apud Rdssmam Paternitatem vestram pro illis. Nos ex innato amore in fratres nostros eis recusare noluimus, imo prompti fuimus acquiescere petitioni, precipue in tam pio negotio, quo vincti consolarentur atque liberari possent. Singuli igitur supplicamus humillime Rdssme Paternitati vestre juxta etiam rogamus per Jesum Christum, ut hos prefatos duos sacerdotes carceri mancipatos liberare dignaretur, aut quo possent tandem liberari miseri, curaret. Nos freti in Rdssmam Paternitatem vestram non aliud expectamus jam, quam nos impetraturos, quod petimus a Rdssma Paternitate vestra, pollicemurque, ut nostri priores olim, omnem debitam obedientiam Rdssme Paternitati vestre. Datum Novisolii ipsa die sancti Thome Episcopi Canthuriensis A° 1525.

Ejusdem gratiosissime D. vre quam obedientissimi prefecti Magistri fodinarum atque montanarum Carbonarii vectores cum omnibus laboratoribus montan. Bistriciensibus.

Kívül: Reverendissimo Dno Ladislao Archiepiscopo Ecclesie Strigoniensis Legato Nato Primati Hungarie et Regie Majestatis Summo Cancellario, Dno nostro gratiosissimo simul et obseruando.

Eredetije Körmöcz városa levéltárában. Fons 19. Fasc. 1. Nr. 28. — Kiadva «Magyar Sion» 1867. évf. 126. l.

221.

1525.

Henckel Jánosról.

Joannes Henckel olim parochus Leutschoviensis molam suam in territorio Leutschoviensi vendidit Novavillanis seu Igloviensibus pro 450 florenis, cujus summae majorem partem pauperibus, mendicis et indigentibus artificibus distribuendam curavit.

C. Sperfogel Contracti Annales. *Wagner:* Analecta II. 145. l.

222.

Kassa, 1525.

A kassai domonkosrendűek 50 forintot vesznek kölcsön Kassa városától.

Nos fratres, frater Jacobus Esticampianus, prior ceterique fratres claustri beatissime semper virginis Marie in alma civitate Cassoviensi fundati, ordinis fratrum predicatorum, tenore presencium fatemur, quod anno domini 1524. accepimus mutuo a circumspectis dominis iuratis et consulatu Cassoviensi patronis nostris fl. XXV, item pro anno domini 1525. iterum fl. XXV ab eisdem ad futurum annum puta 1526. solvendum. In cuius fassionis debitorum certitudinem presentes sigillo iamdicti claustri nostri munire curavimus ac uniuscuiusque nostras manuproprias submittere voluimus. Actum in claustro prefato anno domini 1525.

Frater Jacobus, qui supra, manu propria scilicet.
Frater Lucas, m. p.
Frater Michael.
Fr. Stephanus.
Fr. Blasius.
Fr. Gregorius Sorger.
Fr. Eguidus.

Alján tojásdad pecséttel. *Kassa város lt. 19204. sz.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

223.

Selmeczbánya, 1525.

Selmeczbánya tanácsának benyújtott számadásból.

Verzeignet das eynneme so wir than habben noch Trinetatis von meyn herz zu sannt Nicolas ins Closter Anno 1525.

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Summarie alles einemen vom Taffel geld fl. 8. d. 86.
Ausgeben.
Wachs auff die altare zum Kloster

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Summarie des Wachs d. 91.
Einnemen Kerzengelt von dem Closter

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Summarn Einnemens Kerzengelt fl 8. d. 46.
Unser ausgeben vor wachs zum Kloster

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Summarn ausgeben um Wachs zum Closter fl. 8 d. 60.

Ausgebben (így) umb doccht zu den Kertzen, Weyrach und ander uncostung zu der Kirchenn Notdurft.

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

An gotz lichnam tag vor 6 pürden gras den. 12.

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Schne ab zu werffen den. 12.

--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---

Mer wer unsser zu thun zum Closter Hanuss Hunlein schindlein 1100 sein angeschlagen worden vor fl. 1 den. 10.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

224.

Róma, 1526 január 5.

VII. Kelemen pápa válasza II. Lajos királyhoz, miért nem nevezhette ki eddig biborossá Szalkay László esztergomi érseket.

Clemens PP. VII. Carissime etc. Quod a nobis postulas, ut in creandis Cardinalibus velimus etiam habere tui honoris et desiderii rationem, ac in venerabili fratre L. Archiepiscopo Strigoniensi tantae dignitatis insignibus decorando voluntati tuae, quae ad eam personam vehementer propensa est, satisfacere: nos ita respondemus, multum valere apud animum nostrum Serenitatis tuae amorem atque intercessionem, ipsiusque Strigoniensis virtuti et meritis nos valde affectos esse, daturosque operam, quantum per Dei gratiam et tui istius Regni salutem utilitatemque licebit, ut voluntati tuae satisfiat. Verum quia in creationibus huiusmodi nos antiquum et probatum morem renovaturi sumus, ut nihil nisi de libero assensu et consilio venerabilium fratrum nostrorum simus acturi, augenturque in dies studia et petitiones principum, ut res tota multas difficultates habitura esse videatur, propter quam etiam causam supersedere hac creatione et in aliud eam tempus differre fuimus coacti: nos, quod nostrum est, et quod noster paternus amor in Serenitatem tuam postulat, pollicemur nos voluntati tuae studio et voluntate nostra non defuturos, ac speramus quidem etiam prosperum exitum rei; sed quoniam multorum voluntates necessario sunt requirendae, non existimamus prudentis et cauti Pontificis esse prolixe et plane polliceri, quod ex alieno etiam arbitrio aliqua ex parte dependeat: illud efficiemus, ut in hac re, sicut in ceteris, Serenitas tua intelligat, magni momenti apud nos esse et voluntatem et commendationem

tuam, quemadmodum a dilecto filio Barone Burgii nuncio nostro copiosius intelliges, cui fidem habebis. Datum Romae etc. die V. Januarii 1526. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Theiner, Vetera monumenta Hung. II. 658.

225.

Róma, 1526 január 21.

VII. Kelemen pápa értesülvén, hogy a Magyarországot ért egyes csapások oka Szalkay László gondatlanságában keresendő, inti az érseket, hogy ha hibátlannak érzi is magát, úgy viselkedjék, hogy ilyesminek gyanuját is kikerülje.

Clemens PP. VII. Venerabilis frater etc. Non ingratae nobis fuerunt fraternitatis tuae litterae, quae dum te cum aliquo dolore ferre significant, si quid in nobis opinionis est conceptum, quasi tu ad commodum reipublicae parum propensus sis: magnum nobis indicium afferunt innocentiae tuae ac optimae in salutem communem istius Regni voluntatis, de qua tamen nos semper rectius existimare ceterae tuae virtutes coegerunt. Cum enim doctus vir cum ingenio non mediocri praeditus, cum Dei altissimi sacerdos in ampla dignitate constitutus sis, non potuimus unquam nobis prorsus persuadere, te publicas rationes posteriores privatis commodis ducere: id enim certe indignum et minime tibi congruum esset. Sed cum quotidie aliquod oppidum captum, aliquas urbes amissas, aliquam cladem Regno isti illatam audiremus; cum quod proprium videbatur esse et consilii et auctoritatis tuae, parum adhiberi curae ac providentiae his tot malis repellendis intelligeremus: ut sumus salutis et incolumitatis istius et Regis et Regni amantissimi, non mirum, si aliquantum aegre tulimus, cum non ignoraremus posse te, si animum adverteres, multis rebus providere. Hac quidem nos extimulati cura, quotiens nobis occasio illa est, quae hic Iubilei anno accidit etiam crebrior, voluimus nosse et audire, quae esset tantorum periculorum origo et causa: in qua inquisitione nostra de te potissimum (ingenue enim loquimur) querelae factae sunt, nec tam quod tu auctor esses (nunquam enim hoc fuit a nobis receptum), sed quod cum multa rectius constitui per te possent, negligeres. Quare si iuste te aliquantum accusavimus, non fuit repudiandi et damnandi tui causa, sed emendandi; si iniuste: erit iam deinceps prudentiae tuae non solum crimen, sed suspicionem etiam criminis effugere; qua nos laude tuae virtutis et integritatis non minus quam tu ipse gavisuri sumus: amamus enim fraternitatem tuam paterno affectu, et in tuum honorem ac decus optimo animo sumus. Quodsi fraternitas tua

effecerit id, quod facile potest, ut tua virtus apud omnes nitida et illustris appareat, intelliges nobis curae esse dignitatem et auctoritatem tuam, sicut cum dilecto filio Barone... latius egimus, cui tecum communicanti fraternitas tua fidem habebit, sicut et cum dilecto filio Francisco Marsupino Regio oratore, qui causam tuam apud nos diligentissime egit, latius locuti sumus, et ad dilectum item filium Baronem... nuncium nostrum iussimus perscribi, quibus fraternitas tua fidem habebit. Datum Romae etc. die XXI. Ianuarii MDXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Theiner, Vetera monumenta Hung. II. 659.

226.

Krakó, 1526 január 21.

Joannes Antoninus Cassoviensis krakai orvos és humanista levele Erasmushoz. — Nincs Magyarországon Erasmusnak buzgóbb híve és nagyobb tisztelője Henckel Jánosnál. Megérdemelné, hogy Erasmus a szónoklásról írt könyvét neki ajánlja.

— — — Reposuit apud me clarissimus Joannes Henckell, sacrę reginalis Maiestatis Vngarię a sacris concionibus, munus quoddam cum litteris, tuę Amplitudini mittendum. Non audebam litteras a munere seiungere, et hic tabellio nolebat muneribus occupari, proximum erat vel hęc tandiu tenere, quandiu mercatores nostrates Franckfordiam proficiscerentur. Non vidi ego in Ungaria hominem apud reginam, regem, cęterosque optimates regni hoc uno magis gratiosum, neque vidi, qui in concionibus, domi, foris, per omnem occasionem purius Erasmum illum magnum admiraretur. Nullus est liber Erasmicus, qui in huius bibliotheca non habeat principem locum, neque gravatur, si decies eadem in lucem dentur, coëmere. Quicquid prędicat inculcatque populo, totum hoc spirat Erasmi paraphrasim. Habuit Ungaria multos, ita audio, sycophantas, qui venenum Romę haustum nisi sunt apud Ungaros evomere ad omnem honestam Erasmi recordationem, illos vir iste unicus ita compescuit, ut ne hiscere quidem audeant amplius. Non posset tua Amplitudo illum de concionando librum ulli mortalium rectius dedicare, vel qui tuo nomini tam unice studet, vel qui nolit unas ad se Erasmi literas, sic dicebat ille in multa clarissimorum virorum frequentia, beneficio quantumvis pingui ac assiduo commutare. Si unicę litterę ab Erasmo ad illum tanti fiunt, quanti habebuntur non iam vnicę sed ingens volumen? Ausim promittere illum nemini

episcopo, abbati cessurum esse, si quod somnio, contingeret. Non habet hic vir benignitatis aliquem modum, omnibus etiam mediocriter doctis suppeditat, quantum omnes possunt mirari. Neque vero reginae est solum concionator, est et parochus Cassoviensis, archidiaconus Tornacensis, potuisset iam antea esse episcopus, si voluisset homo minime ambitiosus, doctus ad multorum invidiam usque . . . .

Eredetije a boroszlai városi könyvtárban, Rhediger-féle levélgyűjtemény. 254. 12-ik sz. Egész terjedelmében közölte dr. *Bauch Gusztáv* a Történelmi Tár 1885. évf. 349—351. ll.

227.

Győr, 1526 január 24.

Paksy Balázs győri püspök a szombathelyiek tűzvész alkalmával megrongálódott kiváltságlevelét átírja és elődje példájára újból megerősíti.

Nos Blasius Paxius Episcopus Ecclesiae Iaurinensis locique eiusdem Comes perpetuus, Consiliarius serenissimi principis et domini domini Ludovici, Hungariae et Bohemiae Regis etc. memoriae commendamus... quod providi et circumspecti Iacobus Pruss iudex, Simon Galambos magister artium[1], Stephanus Szele, Wolfgangus Institor, Fabianus Mihály, Stephanus Percziner, Nicolaus Kola, Benedictus Fazék, Georgius Nagy, Bartholomaeus Faber, Petrus Nagy, Thomas Zombath, Gregorius Kulcsár, Valentinus Vincze, duodecim iurati, caeterique cives et inhabitatores civitatis nostrae Sabariensis, nostram venientes in praesentiam, porrexerunt nobis quandam supplicationem declarantes: quomodo Revmus quondam D. Ioannes Episcopus ecclesiae Iaurinensis, felicis memoriae, praedecessor noster, de et super quibusdam pactis et compositionibus inter ipsum dominum Episcopum ab una, ac universos populos et iobagiones dictae civitatis Sabariensis ab alia partibus, mutuo factis, conclusis et roboratis quasdam litteras patentes, in pargameno privilegialiter confectas, sub duplici sigillo, suo videlicet episcopali et capituli dictae ecclesiae Iaurinensis emanatas, dedisset et contulisset, quas quidem litteras privilegiales Revmus D. Ioannes Goszthon, episcopus ecclesiae Iaurinensis, postulatus ecclesiae Albensis Transilvaniensis, praedecessor noster, ad supplicationem praefatorum civium de verbo ad verbum transsumi litteris-

[1] Schönvisnernél: montium.

que suis privilegialibus inseri et sub suo tantummodo episcopali sigillo pendenti extradari fecerat. Cum igitur primae litterae privilegiales, quae anno superiori casu quodam per incendium fulminis destructae et corrugatae esse dicebantur, sub dupplici sigillo, episcopali videlicet et capitulari, emanatae fuisse cognoscebantur, sed in aliqua sui parte propter huiusmodi corrugationem per incendium factam illegibiles fore videbantur: petierunt a nobis debita precum instancia,ut easdem litteras *(átirja s püspöki és káptalani pecsét alatt ujra megerősítse; mit megtesz)*. Datum Iaurini feria tertia proxima ante festum Conversionis Pauli Apostoli, anno Domini 1526.

Schoenwisner, Antiquitatum et historiae Sabariensis libri novem. 275—277.

228.

Róma, 1526 február 9.

VII. Kelemen pápa V. Károly császárt komoly szavakkal sürgeti, hogy a végső veszedelemben forgó Magyarországnak a többi keresztény fejedelmekkel együtt segítségére siessen.

Előadván, hogy Magyarországból a legaggasztóbb hireket vette s hogy ennek következtében kardinálisaival s a Rómában levő fejedelmi követekkel legott tanácskozást tartott, így folytatja: Illud quidem prae ceteris praesentius et promptius remedium... visum est: quoniam armis et apparatu bellico occurrere in tempore ad illam nobilem ac maxime opportunam provinciam (Magyarország) retinendam non possumus, ut unusquisque Principum per suum fidelem aliquem subsidium pecuniae in Ungariam mittat, per quod ex finitimis nationibus, Bohemisque praesertim, pedites conducti sustinere impetum ingruentium hostium tantisper possint, et regni illius spiritum atque vitam ad aliquod commodius medicinae tempus reservare. Hoc unum consilium reliquum videtur factum, in quo spes etiam nunc aliqua exiguae salutis resideat. Quod si neglectum et repudiatum fuerit, non veremur iam nos quidem, sed pro certo ducimus, nos ad alterum annum Ungariam non habituros, frustraque deinde et nobile membrum Christianitatis, et propugnaculum nationis fortissimae adversus Turcarum intolerabilem potentiam, desideraturos. Quae res cum sic se habeat, scribimus ad cunctos quidem Principes et eorum auxilium rebus Ungaricis imploramus: sed in te unum praecipue, fili charissime, oculi et mens nostra conversa est. Scimus te Dei causa quid possis, novimus quid velis, quantum autem velle debeas, omnes ignoti notique intelli-

gunt. Ad tantam autem naturae bonitatem, tanto necessitudinis et erga Deum gratiae officio adiuncto, quid est vel tam arduum, quod pro republica, vel tam laboriosum, quod pro honore Dei aut tu non suscipere, aut nos de te non sperare debeamus? Cernimus ipsi, in quae tempora vocati ad hoc praegrave iam, nequaquam autem iucundum Pontificatus administrandi onus fuerimus, infausta videlicet et turbulenta, quibus quicquid sanandum confirmandumque apprehendas, ut in ruinosis parietibus putres structurae solent, ita tibi apprehensum in manibus conteritur ad nihilumque redigitur: tenuimus tamen, Deo adiuvante, Ungariae salutem usque in hodiernum diem. Nos enim summam pecuniae, quae illuc a felicis recordationis Adriano praedecessore nostro missa fuerat, auximus: nos iam aliquotiens hordei, tritici, pulveris non mediocrem numerum ad sustentandas arces Croaciae misimus. Nos urbem Clissum bis a Turcis obsessam et pene captam, nostro item bis sumptu, nostra cura liberavimus: ut quisque in eis regionibus opis indigus est, ita ad nos opem petitum advenit, quos nos non sinimus vacuos spei opisque discedere. Et haec facimus omni ipsi ope, omnibus prope vectigalibus destituti: vincit tamen voluntas impotentiam, et fidei ac charitatis studio difficultates omnes superantur. Quae cum a nobis fiant summa egestate oppressis, quid a te expectandum est, fili charissime, in quem omnis summi Dei beneficentia tam large et abundanter effusa est? Neque nos te monemus officii et debiti in eis regionibus celeri et opportuno pecuniae subsidio adiuvandis, quo iam suscepto oneri et impendio nosmetipsos subducamus, partesque etiam nostras in te transferamus; sed ut tu nobiscum una ad ferendam opem illi regno te accingas in honorem et salutem Christianitatis, cuius tibi incolumitas prope aequa ex parte ac nobis commendata est: quae si illa inclyta natione amissa, manca et mutila facta fuerit, deformatoque corpore, si hanc etiam notam tuae aetatis saeculo inusserit, ut te usque adeo florente et praepollente, immanissimis tamen hostibus prodita et abiecta fuisse videatur: quid te quaesumus opes tuae, quid imperium, quid victoriae insignes adiuvabunt ad diluendam maculam nominis tui? Quam ad Deum omnipotentem causam dicturus es, apud quem certe dicenda est, quando caetera omnia caduca et interitura sunt, opus religionis et pietatis solum est aeternum? etc. Datum Romae etc. die IX. Februarii MDXXVI. Pontificatus nostri Anno III.

Theiner, Vetera monumenta II. 659—661.

229.

Buda, 1526 február 18.

Lajos király Szalaházy Tamás veszprémi választott püspöknek az egri, erdélyi, váradi vagy pécsi püspökséget, a melyet t. i. azokból (ha elhalálozás, áttétel, vagy másként megüresedni találnának) választani fog, adományozza.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis: quod nos inducti virtute, integritate, meritis et eruditione fidelis nostri reverendi in Christo Patris domini Thome de Zalahaza, Electi ecclesie Vesprimiensis ac loci eiusdem Comitis perpetui, quibus ipsum ornatum esse cognovimus, volentes eum maiori in dies gratia prosequi et amplioribus dignitatum gradibus cumulare, tanquam personam benemeritam, ad episcopatum ecclesie Agriensis, Albensis Transilvane, Varadiensis aut Quinqueecclesiensis, quem scilicet ex hiis (postquam per mortem aut translationem aut alias de iure et de facto vacare contigerit) idem Dominus Vesprimiensis pro se duxerit acceptandum, auctoritate iurispatronatus nostri, quod more precessorum nostrorum Regum Hungarie in collationibus prelaturarum ac dignitatum ecclesiasticarum habemus, duximus eligendum, nominandum, eidemque huiusmodi episcopatum simulcum civitatibus, castris, castellis, oppidis ac villis, aliisque quibusvis bonis temporalibus dandum, donandum et conferendum; imo exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc eligimus, nominamus, damusque et conferimus presentium per vigorem, mandantes vobis honorabili Capitulo eius ecclesie, cuius episcopatum de quatuor predictis vacandis prefatus dominus Thomas Electus Vesprimiensis acceptaverit, eidem uti domino et Prelato vestro indubitato obedire et obtemperare debeatis, literis nostris contrariis non obstantibus, quas ex certa scientia nostra et animo deliberato ac regia potestate revocamus et nullius vigoris fore decernimus; presentes autem in omnem eventum nos ratas habituros in verbo nostro regio promittimus. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in Dominica Invocavit anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Regnorum nostrorum predictorum etc. anno decimo.

Ludovicus Rex
manu propria.

Egy ív papir egyik oldalán nyilt levél, alján nagy, kerek, veresviasz pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526.*

Közli: Bunyitay Vincze.

230.

Gyula-Fehérvár, 1526 február 18.

Joannes Gosztonyi episcopus Transilvanus decimas oppidi Dés annuatim 12 florenis redimi permittit conditione adiecta, ut commodum sic incolis proveniens «pro fabrica ecclesie paroch. beatissimi regis Stephani in oppido Désiensi fundate ac cimiterii eiusdem» erogari debeat.

Eredetije előbb a dési ev. ref. egyház lt.-ban volt. Az arról vett másolat most Kádár József ig. birtokában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

231.

Hetes, 1526 február 21.

A hetesi plébános és alesperes az egresi (Somogym.) egyházban való temetkezésről tanuvallatást tart.

... «Matheus plebanus et vicearchidiaconus de Hethes, Benedictus plebanus de Warda» Vicario Vesprimiensi...

«Sextus testis Thomas Kelthe de Egres annorum L. citatus, iuratus et interrogatus fassus est in hunc modum: Quod ipse interfuit, dum et quum Valentinus Nagh pater ipsius Anthoni Litterati de hac vita decessit, quod vitricus et plebanus nullo modo sine solutione eum in ecclesia sine solutione (így) permiserint, sed mater ipsius Anthoni fide mediante promisit ecclesiam contentare pro sepultura.»

Eredetije a veszprémi kápt. orsz. lt. capsula E. nr. 92.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

232.

Buda, 1526 márczius 4.

II. Lajos király Soprony János lósi plébánost Sopron város tanácsának oltárigazgatóságra ajánlja.

Commissio propria domini regis.

Ludovicus Dei gratia rex
Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes... fideles... Quia Johannes Sopprony presbiter, nunc plebanus in possessione Losy existens, a nonnullis fidelibus nostris fidedignis ob eius humanitatem, probitatem, scientieque et

doctrine non mediocrem facultatem nobis probatus et laudatus extiterit, ut dignus esse beneficiis amplioribus videatur, sed quia propter maiorem frequentioremque divini servicii assiduitatem cupiat istic in illa civitate nostra esse et vivere magis, quam aliis locis, ideo hortamur et requirimus vos, ut quamprimum sive per mortem sive per resignationem in ecclesia vestra parochiali sancti Michaelis archangeli in illa civitate nostra fundata rectoratus altaris vacaverit aut vacare contigerit, extunc eidem Johanni presbitero, commendatio nostro, cum iure patronatus vestri in hac parte habiti, dari petimus et hortamur... Datum Bude in Dominica Oculi anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Kívül: Prudentibus... iudici et iuratis civibus civitatis nostre Sopronensis.

Eredetije Sopron város levéltárában Lad. LI. F. I. nr. 7.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

233.

Gyula-Fehérvár, 1526 márczius 7.

Gosztonyi János erdélyi püspök Nyárádtövi Petheő Antalnak, a Szent-Miklós-kápolna papjának és hivatalbeli utódainak, kárpótlásul, püspöki dézsmájának Hari nevű birtok után járó részét örök időkre adományozza.

Nos Ioannes Goston Episcopus Ecclesiae Albensis Transilvanae, Cancellarius Reginalis Maiestatis, etc. ad universorum et singulorum notitiam... volumus pervenire, quod honorabilis Magister Antonius Pethew de Nyaradthew, Rector capellae processionalis beati Nicolai Episcopi et Confessoris ante portam Castri nostri Albensis fundatae, nostrum veniens in conspectum, exhibuit et praesentavit nobis quasdam litteras reverendissimorum quondam dominorum episcoporum praedecessorum nostrorum super mediis decimis vallis aquae frigidae, in possessionibus Bolya, Weszewd, Mihály-falva et Ingodál, in comitatu de Kykellew existentibus habitis confectas et emanatas, ex quarum tenoribus et continentiis constitit nobis evidenter, easdem decimas iuxta formam cuiusdam communis inquisitionis, ad litteratorium mandatum piae recordationis reverendissimi domini Dominici episcopi eiusdem Ecclesiae nostrae factae et eidem reverendissimo d. episcopo reportatae, per eundem honorabili Magistro Joanni de Tatha, dum viveret, Rectori capellae praenominatae, intuitu divinorum officiorum pro eadem capella

persolvendorum in perpetuum restitutas et relaxatas esse, verum deinde occupatione alienationeque possessionis atque proprietatis earundem decimarum de manibus Rectoris capellae praenotatae facta, compertum est nobis, quosdam ex reverendissimis dominis episcopis ratione praetactarum decimarum occupatarum certa subsidia atque provisiones in favorem Rectoris capellae praenominatae fecisse, finaliter autem tam decimas, quam etiam caetera subsidia atque provisiones quascunque revocatas, et ita Rectorem ipsius capellae ab omnibus suis proventibus destitutum esse. Unde nos Deum omnipotentem, cuius nutu cuncta reguntur, et eius iustitiam prae oculis ferentes, et diem extremum nostrae peregrinationis sedula cogitatione praemeditantes, et in beatissimo Nicolao Pontifice spem suae intercessionis apud Altissimum pro nobis repositam habentes, non obstante revocatione et alienatione decimarum subsidiorumque atque provisionum a Rectore capellae praedictae facta, salubri siquidem nostra dispositione et pietatis nostrae officio, habentes etiam debitum respectum ad illa fidelia servitia dicti Magistri Antonii, quae per eundem a diuturnis temporibus huic Ecclesiae nostrae praedictae exhibita sunt ac deinceps exhibentur, accedente insuper ad id communi consensu et parili deliberatione venerabilium fratrum Capituli eiusdem Ecclesiae nostrae: in recompensam dictarum decimarum subsidiorumque atque provisionum, decimas nostras episcopales in possessione Hary vocata, in comitatu Albensi existente habitas, ad valorem atque numerum arendationis sedecim florenorum se extendentes, simul cum cunctis suis utilitatibus, fructibus, emolumentis et terrae nascentiis, dicto Magistro Antonio et successioribus suis Rectoribus universis in perpetuum dedimus donavimus et contulimus gratiose, ita tamen, quod divina officia pro eadem capella S. Nicolai debentia, tam in ipsa Capella quam etiam Ecclesia nostra Albensi praedicta nullatenus negligant, in quo si quid neglectum vel omissum fuerit, eiusdem Rectoris pro tempore constituti fidem et conscientiam oneramus. Immo damus donamus et conferimus harum nostrarum, quas sigillo nostro pontificali consignari fecimus, vigore et testimonio praesentium mediante. Datum in palatio nostro Albensi in festo sanctarum Perpetuae et Felicitatis martyrum. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Szeredai, Series Episcoporum Transilvaniae 187—189.

234.

Bázel, 1526 márczius 7.

Erasmus Roterodamus levele Henckel Jánoshoz, Mária magyar királyné udvari papjához.

Hosszasan fejtegeti állásfoglalását Lutherrel és az általa indított mozgalommal szemben. Sokat nem helyesel e mozgalomban; de óhajtja, hogy jó kimenetele legyen s reméli, hogy lesz is, kivált ha több olyan hirdetője leend az evangéliomnak, milyen Henckel. «Non hic te praedicamus, vir optime, — írja aztán — sed Deo misericordi pro dotibus amplissimis, quas in te contulit et per has in te ἐνεργουντι gratias agimus, ex animo gratulantes inclytae reginae Mariae, foeminae, ut audio, tum piae, tum prudenti, vel toti potius Ungariae: in qua hoc impensius optamus florere Christianismum, quo magis patet eorum incursionibus, qui Christianae ditioni male volunt. Porro quod meis quoque studiis tantopere faves, id enim intelligo ex Antonini mei litteris: amo candorem tui pectoris, quo faves, ut ille scribit, omnibus, qui modo spem aliquam bonae frugis praebeant.» Említi végül kiadványait, melyeknek meglett volna kívánt sikerök, «nisi tempestas haec fatalis (a hitújítás) fuisset consecuta: quae si Deo volente mota est, licet per improbos, tamen speramus futurum, ut ἀπὸ μεχανῆς χριστος praeter exspectationem imponat laetam καταστροφην. Id citius confido futurum, si plures exoriantur Evangelistae tui similes, et si monarchae suas cupiditates submiserint Evangelii gloriae». — — Datum Basileae nonis Martiis. Anno a Christo nato M. D. XXVI.

Desid. Erasmi Roterod. Operum tertius tomus Epistolas complectens. Basileae 1540. fol. 583—585. — *Frankl:* Henckel János, Mária királyné udv. papja. 12—17. ll.

235.

Buda, 1526 márczius 9.

Burgio Antal pápai nunczius jelentése a bányavárosokban kitört lázadásról.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Nel medesimo giorno è venuta nova, che li villani che lavorano in le fodine di cupro, che lavoravano Fucari, si son levati in arme. Son da quatromila et insultato la chiesa di la cità, ove era lartellaria, l' han preso et fattosi forti in li monti, et concitano li villani circumvicini, maxime quelli di Germania. Questi lochi son

vicini a la Moravia et Slesia, et anchor che sian nel Regnio, nientidimeno hano tutti la lingua tudesca et sclavona, et sono tutti infetti di la maledetta heresi Lutherana. Per questa Maestà si è fatta provisione di sedare il tumulto, lo qual procede, secondo alcuni credeno, per lo mal regimento de li cammarieri et de la mala pagà che li fano de lor servitii; et per questo addomandano che le fodine si tornino ad Fucari. Altri interpretano che questo movimento vegni da li fattori et amici di Fucari, per poter tanto più facilmente havere le fodine, quanto la Maestà del Re haverà più difficultati in farle lavorare.

Vatikáni Magyar Okirattár. II. Sorozat. 1 kötet. 333—34. ll.

236.

Gyula-Fehérvár, 1526 márczius 10.

Gosztonyi János erdélyi püspök levele Szeben város polgármesteréhez, biráihoz és egész tanácsához. — Értésére esvén, hogy körükben némelyek bizonyos új tanokhoz szítanak s az egyház szabadsága, a szentatyák rendeletei és a papság ellen új intézkedéseket akarnak életbe léptetni, — számos érv felsorolásával, barátságos hangon inti őket: maradjanak meg őseik nyomdokain, ne engedjék a szent hitet hamis tanítók által megrontatni, ne vétsenek az egyház szabadsága és a szent kánonok ellen; inkább oktassák övéiket a jóra és igyekezzenek a tévelygőket az üdvösség útjára visszavezetni.

Prudentes et Circumspecti Viri,
Domini et Amici nobis dilecti!

Post salutem et prosperitatis augmentum. Munus pastorale, quod Deo volente suscepimus, nos impellit, ut non solum omnium nostrae custodiae creditorum curam vigilanti animo geramus, sed omnibus a salutaribus pascuis aberrare incipientibus paterne, fraterne et caritative viam salutis ostendamus. Cum itaque intelligamus, apud Dominationes vestras nonnullos novis quibusdam dogmatibus applaudentes et velle quaedam contra libertatem ecclesiasticam, sanctiones sanctorum Patrum et contra sacerdotes, animarum pastores statuere, non potuimus non graviter dolere maxime ob eam singularem caritatem, qua vos, ut scitis, et totam vestram gentem ab initio semper prosecuti sumus, ne paucorum contagio paulatim, nemine providente, ad omnes serpat, ingemiscentes insuper, ne calamitatibus nostrorum temporum hoc quoque addatur, ut sacrosancta Christi fides ab impiis laceretur pseudomagistris, incipiantque prophetare, qui spiritum propheticum non a fonte lucis, sed a principe tenebrarum hauserunt. Rogamus igitur Dominationes

vestras tanquam fratres et amicos nostros in visceribus Jesu Christi nobis carissimos, velint istiusmodi labe infectis (si res, ut fertur, ita se habeat) charitative succurrere. Meminerint Dominationes Vestrae patrum et praedecessorum suorum carissimorum perpetuam constantiam, qui nullis unquam novis vel ad punctum a vero seducti, fidem Christi ab Apostolis praedicatam inviolabiliter semper custodierint ita, ut neque fames, neque persecutio, neque gladius a vero Christi jugo eos separare potuisset. Revocent insuper Dominationes vestrae, quomodo divi et serenissimi Reges Hungariae et omnium Ordinum Principes seditionum auctoribus non modo circa fidem (quae jocum non patitur), sed etiam civili tumultu debacchantibus masculo semper animo restiterint, digna eisdem pro meritis supplicia in omnemque progeniem ipsorum statuentes. E diverso communitates, quae non more arundinis huc atque illuc levi vento agitantur, solida fide permanserunt, honores, digna laborum suorum praemia receperunt. Considerent ceterum Dominationes vestrae, quam gravibus expensis communitatem vestram affligetis et laboribus, si contra sacerdotes et ecclesiasticam libertatem quidpiam statueritis; nam hoc Deum offendit, Sedem Apostolicam contaminat, Imperatorum et Regum maiestatem ac utriusque status Principum dignitatem violat, vestri vero Pastoris multum erga vos pietatem diminuit, qui, ut firmiter credimus, paratus est animam suam ponere pro ovibus suis, antequam calumniam ullam contra fidem Christi et ecclesiasticam libertatem insultare patiatur. Pensent Dominationes vestrae amoenitatem pacis, quid pretiosa quies valeat; ex adverso quid monstrifera simultas et seditio cruenta parere possit. Quare Dominationes vestras iterum atque iterum per viscera misericordiae Dei paterna caritate admonemus, ut vestigiis praedecessorum suorum carissimorum insistentes, sacros canones violare non attentent, sed quae salutis sunt et honoris, suos doceant et errantes in viam salutis reducant, animo semper revolventes, quid vindex ira Dei possit et valeat: nam recepturus est unusquisque mercedem secundum opera sua. Vestras tandem Dominationes bene valere in Domino optamus, quibus nos ex animo commendamus. Si autem aliqua in re Dominationes vestrae per quempiam offenduntur, dicant, providebitur; nemini enim est parcendum, quia non est alicui potestas ad malum. Albae Juliae sabbato proximo ante divi Gregorii Papae et Confessoris Anno Domini M. D. XXVI.

Joannes Gioszthon,
postulatus Albensis Transsilvanae
ecclesiae manu propria.

Kívül: Prudentibus et circumspectis Magistro civium Judicibus ac toti Senatui Civitatis Cibiniensis Dominis et Amicis nobis dilectis.

Másolata Edernél: Adversaria II. 1041—1046. a Széchenyi országos muzeumban. — Közölte *Fabritius K.*, Pemfflinger Márk, 151—153. ll.

237.

Buda, 1526 márczius 12.

Burgio Antal pápai nunczius értesíti Sadolet carpentrasi püspököt, hogy Maczedóniay László, II. Lajos király felhivására a szerémi püspökségről lemondott, mire azt a király a kanczellársággal együtt Brodarics Istvánra ruházta.

Hier che foro li XI. del presente, la Maestà del Re publicò Cancelliere Messer Stephano, promosso tante volte per Sua Santità, et certo cum satisfatione di ogni uno; et perchè alcuni Vescovi murmuravano, mostrando di haver per male che fosse fatto Cancelliere un Preposito et non di l' ordine loro, per levar la causa del murmurare et di le gridati di Racos, la Maestà Sua ha trovato modo, che lo Vescovo di Syrimio renuntiasse a le mani di Sua Maestà lo Vescovado suo, et Sua Maestà have insieme cum il Cancellariato dato lo Vescovado di Syrimio a Messer Stephano; et anchor che lo Vescovado sia di poco inportantia, puro li dona ad omni modo alcuna authorità di più, che non haveria fatto la Prepositura. In questa creatione di Messer Stephano Monsignor di Strigonio si è portato non solamente integramente, ma amorevolmente; et have fatto meglior fine che alcuni non pensavano.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. I. 335.

238.

Buda, 1526 márczius 15.

Henckel János értesíti (Melczer) András kassai jegyzőt, hogy bár a királyne marasztalja és az egri nagyprépostsággal kinálja, visszatér Kassára hívei közé. Küldjenek kocsit érte.

Hera nostra rursum movet, ut maneam secum, offert preposituram maiorem ecclesie Agriensis et ultra annuam commoditatem. Ego vero nec episcopatu movebor, sed delectabor in domino cum mediocri hac conditione. Rogo, ut dominatio vestra committat magistro chori, ut inter alias curas, vinearum quoque ne recusaret,

quia credo, quod ei pecunia non deficiet, misi enim nuper sibi. Et currum cum equis feria secunda Pasce huc mittat, ita quod feria quinta vel sexta hic sint... Ex Buda feria quinta ante Judica Anno domini 1526.

Eredetije Kassa város levéltárában. Közölve: *Frankl Vilmos,* Henckel János. Mária királyné udvari papja. Pesten, 1872. 17. lap.

239.

Buda, 1526 máreczius 22.

Brodarics István szerémi püspök, Ferdinánd osztrák főherczegnek és római birodalmi helytartónak, ki kanczellárrá való kinevezését pártfogásával előmozdította, köszönetet mond.

Serenissime Princeps et Domine Domine Clementissime post servitutis mee commendationem. Serenissimus et gratiosissimus Dominus meus, frater Vestre Serenitatis ex gratia sua et commendatione eiusdem Vestre Serenitatis fecit me his diebus Cancellarium suum, pro qua promotione mea Vestre Serenitati ingentes et quantas maximas possum, gratias ago, relaturus fidelibus servitiis meis, si Deus vitam mihi concesserit, longe uberiores. Nova hic non sunt alia, nisi que hii Domini Oratores Vestre Maiestatis eidem referre poterunt. Me in gratiam eiusdem humillime commendo, que felicissime valeat. Datum Bude 22. Martii anno Domini M. D. XXVI.

Eiusdem Vestre Serenitatis

humillimus servulus
S.(tephanus) Broderics
Episcopus Sirmiensis, Cancellarius.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando, Infanti Hyspaniarum, Archiduci Austrie et Sacri Imperii Romani Vicario Generali etc. Domino mihi clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, záró gyűrűpecséttel. Csak az aláírás Brodericsé. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

240.

Kassa, 1526 nagyböjt.

A kassaiak az egri vikáriushoz írt levelükben arról vádolt hitszónokukat, hogy a böjt ellen nyilvános beszédben lázítja a népet, azzal mentegetik, miszerint csak azt prédikálta, hogy a nehézkesek, a gyermekek, a betegek, az aggság miatt

elgyengültek és a kiknek gyomra a böjtös ételeket nem szenvedi, élhetnek tejjel és vajjal.

Ad Vicarium Agriensem. Posteaquam rumor aures Reverende Dominationis Vestre perculit, quo pacto Concionator noster, nulla divine legis vel infirmi fratris ratione habita, in populum publica concione sparsisset, ut quilibet hoc quadragesimali tempore libere butiro, ovis et caseo absque peccati noxa uti posset, Eadem continuo et ex officio ad eundem literas monitorias misit, quatenus id vel revocaret vel se iuri ad expurgandum Agriam sisteret. Nos perinde moti V.(enerabilitatem?) Vestram presentibus adire ex re fore duximus, quibus ob veritatem (így) Dominatio Vestra certior fieret, et delator, quisquis sit, male haberet. Non enim nos adeo Dei verbo destituti sumus, ut si evangelii nuncius, si quispiam adversum Dei precepta, sanctiones Patrum vel dignitatem superiorum ore impudenti in plebem ex concione daret, illud surdis auribus fieri pateremur, qui gratia Dei optimi, Maximi hactenus infidelitatis nulla labe notati, instituto et more christiano recte viximus. Verum fatemur eum sic dixisse, quod pregnantes, pueri, morbo correpti, pre senio viribus destituti, alimenta ieunii non ferre valentes, prius venia pastoris obtenta, modo absque proximi scandalo fiat, lacticiniis uti possent. Quapropter V. Vestram rogamus summopere, ne ea de Predicatore nostro apud vos concepta opinio Dominationem Vestram egre habeat, eundemque ob [..............] issimam delationem perturbet, cuius profecto vita christiane doctrine conformis, proximo honeste vite exemplo est; neque veritatis osoribus, zizania puro tritico immiscere volentibus deinceps faciles prebeat aures, qua in re nobis rem non modo gratam faciet, verum etiam omni honoris officio recompensandam.

Egy több ívből álló s eredetileg összevarrt fogalmazó könyv első oldalán, melynek második s következő oldalain 1526-ban kelt királyi levelek másolatai s városi levelek fogalmazatai vannak. Különben Melczer (másképp Gönczi és Aszalós) András kassai jegyző (1520—35. közt) írása. — *Kassa városa levéltára: 1142.* V. ö. If. Kemény Lajos: A reformáczió Kassán. 53. l.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

241.

Szász-Sebes, 1526 április 3.

Zapolyay János erdélyi vajda levele Tonhäuser Péter szebeni dékánhoz, hogy az enyedi gyűlés határozata szerint a kerületi plébánosokkal és papokkal táborba szálljon.

Honorabili Domino Decano Cibiniensi, Amico nobis honorando. Honorabilis Domine, Amice nobis honorande. Qualia peri-

cula huic regno immineant, ubi Caesar Turcorum aperte regnum hoc aggredi proposuit, vobis constare non dubitamus. Hic enim fama per homines nostros dietim nobis veraciter affertur. Ut igitur tantae moli resisti possit, statuimus in diaeta Enyediensi, dominis nobilibus regni et Saxonibus ipsis indicta, ut universi et singuli tam saeculares, quam etiam viri ecclesiastici arma ferre valentes, per singula capita in bello interesse debeant, demtis illis, qui iuxta contenta articulorum pro cura animarum domi manere debebunt, puta, ad duas possessiones in toto regno presbyter unus manebit, caeteri vero omnes una vobiscum in ipso bello interresse debebunt. Non dubitamus enim Dominum Reverendissimum Praelatum vestrum vos superinde ammonuisse. Dato tamen casu, si etiam per Dominum Praelatum vestrum nondum deinde fuissetis ammoniti, nihilominus tamen, ubi periculum omnibus commune sit, scimus et Dominationibus vestris hanc primam curam esse; propterea hortamur vos et committimus, quatenus sub in poena articulis Enyedini superinde confectis, cum universis et singulis plebanis et clericis sub decanatu vestro ubique existentibus, ita vosmetipsos ad bellum appraeparare debeatis, ut cum per litteras nostras requisiti fueritis, in continenti momento, et ad diem et locum per nos praefixum cum praescriptis plebanis et clericis vestris convenire possitis. Nam qui diem et locum praefixum neglexerit, poena in praemissis articulis et constitutionibus superinde confectis, exemptione personarum sine ulla, severiter puniri faciemus. Secus itaque poena sub praemissa ne feceritis. Ex Zaz Sebes tertio die festi Resurrectionis Domini. Anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Joannes,
Comes Scepusiensis, Waywoda Transylvaniae etc.

Kaprinai kéziratgyűjtemény, B. 44. köt. 188. l. — Közölte Seivert: Nachrichten von siebenb. Gelehrten. Presburg 1785. 309. l. és Windisch, Ung. Magazin IV. 190.

242.

Kalocsa, 1526 április 9.

Tomori Pál kalocsai érsek levele VII. Kelemen pápához, melyben az érsekségtől való felmentését és a sz. Ferencz-rendbe visszatérhetését sürgősen kérelmezi.

Beatissime Pater! Post oscula pedum Sanctitatis Vestre, humiles pro felici statu eiusdem ad Dominum precationes cum deditissima mei subiectione. Non puto latere Sanctitatem Vestram, quo pacto

ipse periculosos huius seculi tumultus et dispendiosos eterne beatitudinis anfractus declinare concertans, tutiorem salutis optate semitam non sine grandi multiplicique effrenate sensualitatis repugnantia et rerum labilium uberiori applausu animum revocante, Deo Optimo et Maximo favente, mihi olim comparaverim, iugoque sacre Religionis divi ac Seraphici patris Francisci colla submiserim et regulari observantie devoverim, supernam propitiationem humili spiritu crebris gemitibus a patre misericordiarum sperans promereri. Verumtamen sors adversa quotidiani profectus emula et spiritualis perfectionis inimica Serenissimo principi Regi Hungarie et Bohemie invictissimo, Domino meo gratiosissimo, plura de me persuasit, quam aut virtus, que in me prope nulla fuerat, pateretur, aut rerum gestarum sinceritas unquam prodidisset; egitque sua Maiestas Sanctitatis Vestre favore et auxilio apud Summum Pontificem S. V. predecessorem, ut ipse iugo sacre Religionis michi omni onere tum leviore, tum suaviore etiam invitus subducerer, atque pretextu archiepiscopalis dignitatis baltheo cingerer militari. Quique iam soli Christo Domino me militaturum devoveram, armis secularibus resumptis mundo compellerer militare. Et nisi iurate professionis obedientiale vinculum, quo pedibus sancte Romane ecclesie pontificis censeor esse astrictus, me in publicum prodire coegisset, insuetaque ad officia subeunda Sancte Sedis prefate auctoritas compulisset, Regie Maiestatis et Regni procerum persuasivos impetus facilis ac libens declinassem. Noveram siquidem officia huiusmodi conscientie absque remorsu et animarum dispendio religionisque sacre, cuius censeor esse alumpnus, quam perinde ac nutricem spiritualem et amo et veneror, sine displicentia atque despectu peragere et exequi non posse, prout rerum eventus brevi tempore subsecutus liquido declaravit. Et licet S. V. sua propensiore benignitate, divina sibi indulgentia concessa, tum quoad preterita, tum quoad futura opportuna apponens remedia, me sue creationis asseclam misericordialiter relevaverit, amplisque favoribus, gratiis ac privilegiis in efficaciorem utriusque officii eventum gratiose dotaverit, quorum repetita memoria non solum ad agendas gratias meritis S. V. licet impares, verum etiam fidelitatis propensiora ad obsequia vita comite ardentius excitabit: tamen considerato multiplici spirituali et temporali periculo, Christifidelium precibus ac S. V. opitulamine hactenus declinato, quod nedum mihi vel dicte Religioni ac toti familie mee perpetua cum infamie nota, sed etiam universe Reipublice Christiane in perniciem contingere posset, sive ex impotentia et defectu virium natalium, quibus adeo me desti-

[illegible] experior, ut tripedem potius quam bipedem hominem referens, rebus militaribus emeritus inhabilisque prorsus inveniar, sive ex necessitate ac penuria provisionis, qua Regnum hoc olim inclytum, latissimum et munitissimum adeo ruinatum et oppressum est, ut hostili incursione continue devastante, pugno videatur interceptum. Cum igitur, Beatissime Pater, nec vires, nec opes ad ipsius tuitionem mihi suppetant, cogitemque multis cum offensis, paucis vero cum meritis me propediem moriturum, supplex et humilis precatus ad pedes Sanctitatis Vestre provolutus accedo, per sacratissima vulnera Domini nostri Ihesu Christi, cuius vices S. V. gerit in terris, eandem orans et obsecrans, quatenus priorum beneficiorum et gratiarum ad cumulum hanc cum servo suo, licet inutili, facere dignetur misericordiam pariter et gratiam, ut absolutum ab onere et officio Archiepiscopatus, ad statum Religionis sacre, unde fueram assumptus, me remittere et reponere dignetur, ubi recuperatis preteritis negligentiis orationi ac divine vacando contemplationi, quod reliquum est brevis vite, salubriter persolvam. Si qua vero ordinis episcopalis ad executionem pertinentia usibus fratrum dicte Religionis fuerint necessaria, Sᵗⁱˢ Vʳᵉ ex indulgentia speciali [illegible] ut libere valeam exercere, humiliter postulo. Dignetur insuper S. V. paterno benignitatis favore condescendere, ut Archiepiscopatum, cuius absolutionem suspiro, accedente imprimis beneplacito et voluntate Regiae Maiestatis ipsiusque consiliariorum assensu, persone idonee ac in rebus militaribus exercitate valeam resignare: quae non solum dignitatem Archiepiscopalem, verum etiam officium Capitaneatus sic strenue atque solerter peraget, ut nec Sanctitatis Vestre paterna condescensio preiudicabit, neque me resignationem fecisse tali viro pudebit, nec scripta factis succedentibus [illegible] Valeat S. V., quam semper felicissime vivere mihi audire, [illegible] summa temporalis beatitudo est. Ex Hungaria Civitate nostre ecclesie Colocensis nono Aprilis Anno Virginalis partus 1526.

[illegible] Vestre Sanctitatis

Humilis et devotus Capellanus
Fr. Paulus Thomorius
Archieps Colocensis m. p.

[illegible] Vetera monumenta Hung. II. 667—668.

243.

Esztergom, 1526 április 10.

[illegible] primás kiközösítés terhe alatt megparancsolja a pozsony- [illegible] és híveiknek, hogy a lutheranismustól óvakodjanak, efféle

könyveket ne olvassanak stb. Egyszersmind biztosokul küldi hozzájuk Csézi András doktort, az esztergomi nagyprépostot és Kajári Antal mestert, esztergomi kanonokot.

Ladislaus miseracione diuina Archiepiscopus Ecclesie Strigon. Primas et Legatus Natus Regni Hung., Summusque Cancellarius Regie Maiestatis etc. Reuerendo et honorabilibus viris preposito, lectorj, cantorj, custodi ceterisque Canonicis Ecclesie Collegiate sancti Martini Poson., nec non ecclesiarum parochialium, altarium et hospitalium rectoribus, eorumque vicesgerentibus capellanis gracianis presbiteris, ac alijs personis Ecclesiasticis secularibus et regularibus quorumlibet Ordinum, eciam mendicancium, civitatis et districtus prepositure Poson. predicte diocesis nostre Strigon., vbilibet commorantibus et existentibus, salutem in domino sempiternam. Ad audienciam nostram non sine graui animi nostri displicencia peruenit, inueniri quosdam deplorate consciencie clericos et presbiteros regulares et seculares aliasque vtriusque sexus personas in civitate et districtu predicte prepositure Poson., qui humani generis inimico suggerente, sectam illam lutheranam, superioribus annis a sanctissimo domino nostro et sancta Sede eius Apostolica hereticam, erroneam, pestiferam, et a fide ihu. Christj seruatoris nostri prorsus alienam, condempnatam ac sub perpetui anathematis vinculo in toto Orbe Christiano interdictam, cum graui diuini Nominis iniuria, uerorumque Christi fidelium scandalo, publice et priuatim asserere, probare, laudare, predicare, libellos de ea confectos in domibus et scrinijs eorum seruare, legere, interpretari, ac cantilenas diuersas, in probrum et contumeliam Dei sanctorumque eius et sacrosancte matris Ecclesie publice decantare ore sacrilego et impuro non erubescunt. Cum autem ex debito pastoralis officij, nobis a dicta sede apostolica (meritis licet imparibus) per universum hoc regnum commissi, astricti sumus gregi Dominico sedulo et diligenter intendere, ne falsi errorum propagatores, in ouium uestimentis, in caulam ouium Christj irrepere et mentes simplicium artibus sathanicis inficere, a sinceraque et purissima Christj fide ad doctrinas demoniorum, ignisque perpetui voraginem detrahere queant: comittimus vobis serie presencium firmissime, sub maioris excommunicacionis late sentencie pena, in litteris apostolicis aduersus heresim eandem pestiferam emanatis expressa, per vos et vestrum quemlibet, nisi, que iubemus, cum effectu impleueritis, eoipso incurrenda, quatenus mox acceptis presentibus, singulis diebus dominicis et festiuis omnes et singulos clericos et presbiteros seculares et regulares, quascunque alias vtriusque sexus personas, sub iurisdictione et parochijs vestris quomodolibet degentes, in Ecclesijs

vestris parochialibus, ac ubj, quando et quocies opportunum fuerit, publice, alta et intelligibilj voce, dum inibj populi multitudo ad predicaciones, seu alia diuina officia audienda, aut aliter congregata fuerit, sub maioris excommunicacionis et anathematis perpetui vinculo moneatis et requiratis, ne sectam illam impiam, sacrilegam et hereticam asserere, probare, laudare, libellos de ea confectos in domibus, vel in scrinijs eorum seruare, legere vel interpretari, seu cantilenas aliquas in iniuriam Dei et sanctorum eius sancteque matris Ecclesie palam vel occulte, directe vel indirecte facere vel cantare presumant, eosque omnes et singulos, qui resipiscere ab hijs noluerint vel rebelles extiterint, publice excommunicatos, anathematizatos et interdictos auctoritate apostolica denuncietis et per alios denunciari faciatis, tamdiu ab inde non cessantes, donec ad cor reuersi, mandatis apostolicis ac sancte matris Ecclesie et nostris huiusmodj humiliter paruerint ac sibi ipsis de remedio absolucionis opportune providere curauerint. Ut autem lues hec mortifera, que astu et fraude spirituum erroris plurimorum iam corda isthic (ut intelligimus) infecit, radicitus e medio vestri euellatur, misimus ad vos, pro hac ipsa re celerius curanda, reuerendum dominum Andream doctorem prepositum maiorem et magistrum Anthonium Kayary Canonicos Ecclesie nostre Strigon. predicte, viros industrios prudencia, grauitate et vsu rerum ingenijque solercia conspicuos, quorum arbitrio ac voluntati, quidquid vobis vel alterj vestrum, nomine nostro in premissis et circa ea faciendum iusserint, sub penis et censuris prescriptis, eo facto per vos et quemlibet vestrum incurrendis, in omnibus obsequi et obtemperarj volumus ac mandamus. Datum in Arce nostra Strigoniensi decima die Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo Sexto.

Ladislaus,
Archiepiscopus Strigoniensis Manu propria.

Az aláírás mellett a veresviaszos gyürüpecsét. Papirra irt eredetije a pozsonyi káptalani levéltárban. F. 9. 184. — Közölve Magyar Sion 1863. Első kötet. 714. l.

244.

Buda, 1526 április 11.

Burgio Antal Sadoletus Jakabhoz. Czibak Imréről.

. . . — — — — — — — — — — — — — —

Qui è uno Elmerico Cibac, Ungaro, valente homo et bon Capitaneo, et persona virtuosa veramente. Costui dice di haver fatto

voto tacito di entrare in la relligione di frati minori observanti. Di poi è stato constretto como Capitaneo del Re andare contra Siculi che havean levato la obedientia al Re, et fece conflitto cum loro, vinse, foro morti molti homini. Poi anchora cum Turchi in diversi tempi have fatto conflitto et amazato alcuni. Per questi impedimenti et per altri have tardato di conplire il suo voto; ma più per causa che li è venuta una infirmità nel capo, che dice alcuna volta di star X giorni che li occhi suoi non vedeno sonno. Per lo qual impedimento non si atentiria di entrare in la relligione, vorria di questo suo voto essere dispensato; et perchè have pur animo di farsi promovere ad ordini sacri, quando sanasse di questa infermità et non havesse di servire la Maestà Sua in exercitio militare, vorria essere anchora dispensato di poter pigliar ordini sacri, non obstanti li impedimenti di li homicidii, perchè son stati fatti in bellis iustis contra Turcas et contra subditos rebellantes in dominum; perchè di li par di costui qui son poco et nixuno ha la Maestà Sua più atto di lui al mistero di larme et ad poter essere Capitaneo: ni supplico volintiere a Sua Santità. Monsignor Colocense fa pensero, si lassa lo Arcivescovado et lo Capitaneato, di metter costui in loco suo, per la suffitientia et bontà sua.[1]

Vatikáni Magyar Okirattár. Második Sorozat. I. 362.

245.

Beszterczebánya, 1526 április 13.

Werbőczi István nádor ítéletlevele a bányavárosokban kitört lázadás ügyében.

Nos Stephanus de Werbewcz, regni Hungarie palatinus et servus, Comanorum iudex, memorie commendamus, — quod cum superioribus diebus intestina quedam sedicio et tumultuaria perniciosaque per inferioris status et condicionis homines adversus superioritatem in civitatibus montanis, videlicet Cremnicien. Schebnicien. Bysthricien. insurrectio facta concitataque fuisset, adeo ut authores et ductores eiuscemodi sedicionum rudem et simplicem populum, blandis interdum sermonibus, sepenumero vero terroribus et comminacionibus, suis faccionibus adherere, in vnumque eos coniu-

[1] Hogy a fölmentést megnyerte, kitűnik Burgionak ugyanez évi julius 26-ról kelt jelentéséből: «. . . a quello Elmerico Cibac, per il quale Vestra Signoria (Sadolet) mandò il Breve l' altro giorno». — Id. m. 425.

rare et confederare, eiuscemodique confederacionem eciam iuramento firmare coegissent: vnde sequutum extitisset, ut inani vanaque spe — seducti, non solum cives et inhabitatores predictarum civitatum, a quibus stipendia consueta semper habuerunt, non recognoscere, verum eciam in camerarios regios temere insurgere, domum seu cameram suam regiam armata manu invadere, ipsisque camerariis rebellantes, et eos non ad solitam iustamque et debitam, sed inconsuetam quamdam, immo talem, qualem voluissent, laborum suorum restitucionem atque solucionem compellere, et litteras quoque regias ad eos, ut desisterent, crebro datas contemtui habere cepissent; serenissimus princeps et Dominus, D. Ludovicus, D. gr. rex Hung. et Boh. etc. dominus noster graciosissimus, frequentibus querelis et supplicacionibus fidelium suorum, tum prefatorum civium et inhabitatorum prescriptarum civitatum montanarum, tum vero camerariorum et officialium suorum impulsatus pieque motus, ad reprimendam huiusmodi sedicionem detestandam, Lutheranam eciam sectam et heresim pestiferam, que interea in ipsis civitatibus et circum circa easdem, et presertim in medio predictorum sediciosorum, ex premissa ipsis venditata licencia ac quorumdam heresiarcharum concionatorum subdola seduccione atque dogmatizacione irrepserat pariter et inoleverat, eradicandam et extinguendam, nos una cum magnifico D. Gaspar de Raska, comite Themesiensi duxerat deputandos.

Dum itaque ad hanc Byzthricien. alias Novisolii dictam civitatem cum pleno mandato et auctoritate sue maiestatis venissemus: partibus ambabus, hoc est, iudicibus et iuratis civibus pretactarum ciuitatum montanarum, ab una; nec non plurimis sectoribus et montanistis eorumdem, civitatis scilicet oppidi Hodrych, partibus ex altera, — coram nobis comparentibus ac ultro citroque et in alterutrum querimonias, proposiciones, obiecciones et allegaciones nonnullas proferentibus, illisque per nos et eundem dominum Gaspar, ac egregios et nobiles plerosque viros huius Zoliensis comitatus, nobiscum in discussione et examine premisse contencionis et differencie pariter constitutos et consedentes, intellectis et calculatis ac ad unguem ruminatis, licet videbantur quidam articuli, per prenotatos sectores et laboratores producti, pro eorum parte ad rem aliquid conducere: nusquam tamen visum fuerat vel naturali, vel positiva sive civili lege, aut canonico iure admittendum et tolerandum, ut ipsi propria temeritate vel conspiracione in dominos insurgere et ab eisdem illam tumultuarie, coaccioneque magis quam exaccione exigere; et quod potissimum est, camerariis et officialibus

vtriusque maiestatis rebellare; in domum seu cameram suarum maiestatum armata violentaque manu irruere; eosdemque camerarios ad inconsuetam, immo iniustam solucionem abusivo modo compellere; litteras item regias vilipendere et contemtui habere potuissent aut debuissent. Quamvis et facientes et consentientes pari poena sint puniendi: ne tamen severitatem iustitie lenitate misericordie non temperasse iudicaremur; cum et alioquin simplicem et rudem populum fraudulenta persuasione mortisque et verberum comminacione per authores et capita sedicionum prenarratarum deceptum atque seductum, Lutherana eciam heresi per preallegatos concionatores imbutum ac depravatum, evidenti sufficientique testimonio et alias ex rei ipsius notorietate palam agnoverimus; sana proinde et matura prefatorum Gasparis de Raska, nostri in hac parte college, aliorumque nobilium huius Zoliensis comitatus deliberacione et discussione prehabita, seductores capitaque et authores premisse sedicionis, qui intercipi detinerique potuerunt, vltimo supplicio capitalique sentencia feriri et exterminari facientes; qui vero evaserunt et auffugerunt, nota perpetue infidelitatis et confiscacione omnium rerum ac bonorum ipsorum condemnantes; reliquis autem vniversis et singulis, qui tempore late sentencie proscripti et publice pronunciati non fuerunt, auctoritate regia graciam facientes, eosque super cunctis quorumlibet malorum actuum generibus in confederacione premissa hactenus per ipsos illatis et irrogatis, sub condicionibus infra scriptis quittos, expeditos et modis omnibus absolutos reddentes et committentes, vtramque partem ad infrascriptam pacis et concordie perduximus unionem perpetuo duraturam, eamque et omnes condiciones ac articulos subnotandos per ambas partes eorumque heredes et posteritates perpetuis semper successivis temporibus observandos decrevimus et commisimus.

Primo quidem, vt omnes predeclarate confederaciones coniuracionesque et sacramenta seu iuramenta, ad earum observacionem hucusque quovis modo prestita, dissolute penitus et extincte mortificateque, et super eisdem generaliter ac eciam singulariter ipsi omnes absoluti habeantur; nec de cetero, sub nota perpetue infidelitatis, quisquam illorum eiuscemodi sediciones coniuracionesque et confederaciones inire et concitare vel se illi ingerere presumat.

Secundo, quod regie, reginali maiestatibus, earumdem camerariis prefatis et officialibus fidelitatem et obedienciam ipsi eorumque successores et posteri constantissime prestabunt: iudici eciam et iuratis civibus, iuxta contentum privilegiorum suorum vetustamque

et approbatam consuetudinem eorum, hactenus observatam, parebunt et obedientes erunt.

Tercio, quod predeclarate heresi Lutherane perpetuo renunciabunt ac monicionibus et mandatis ecclesiasticis, iuxta commissionem et edictum plebanorum earumdem civitatum pro tempore constitutorum, canonice tamen ingrediencium et sub obediencia Romani pontificis ac archiepiscopi ecclesie Strigoniensis degencium et nulla heresis labe notatorum vel imbutorum, tamquam veri catholici obtemperabunt et reverenciam exhibebunt. Et premissa se se semper observaturos iureiurando promiserunt.

Item, quod prenotati laboratores ad repetenda sua stipendia seu mercedem laborum suorum, non cum pixidibus et aliis armorum generibus, hostili more, sed simpliciter, manuali cum securi, civitates prenarratas ingredi teneantur.

Vlterius, quoniam prefati sectores et laboratores in civitate Byzthriciensi quamdam fraternitatem, quam czeham sacratissimi Corporis Christi nominant, ab antiquo institutam habent, ad quam conservandam consueverunt singulis ebdomadis seu septimanis singillatim, qui autem sectoriam exercent, seu mineras excidere et eruere solent, unum capisterium ex munificencia de bonis mineris pro sustentacione et augmento huiusmodi confraternitatis prestare atque reponere: que minere alias sacratissime MARIE nuncupantur: ex quibus per anni circulum interdum 400, sepe numero vero 500 floreni provenire solent. Insuper quilibet sectorum singulis annis, in festo sacratissimi Corporis Christi, ad roborandam eorumdem confraternitatem, ad ladulam seu cistam eiusdem confraternitatis 25 denarios usuales dare et imponere. Preterea in qualibet solucione ipsis fienda de singulo uno floreno seu 100 denariis bone monete singulos duos denarios in pixidem seu cistulam ipsius confraternitatis contribuere tenentur. Ne igitur eiuscemodi proventus et redditus predicte civitatis confraternitatis male dispensentur et in usus prophanos ac inutiles convertantur: ideo ipsi sectores et laboratores non ad alios, preterquam infrascriptos usus pecunias collectas et congestas convertendi habeant facultatem.

Primo quidem, preter ornamenta cereque et aliorum apparamentorum ad sacellorum seu ecclesiarum in montanis seu casis fundatarum necessariam empcionem, duobus capellanis, bonis moribus institutis, catholicis et sub obediencia Romani pontificis constitutis nullaque labe Lutherana vel alia heresi depravatis, centum et quatuor florenos solvere; capellano autem ad casam Theyaba nuncupatam, quindecim florenos; capellano vero ad casam Lypzche

per anni circulum flor. duodecim. *Item* in qualibet solucione pauperibus pro elemosyna florenos circiter quadraginta distribuere et erogare. *Item* ex premissa pecunia laboratores senes, lesos, asthmaticos, egrotantes, viduas et orphanos sustentare; deinde sepulturis quoque pauperum sectorum providere tenentur. *Item* in festo sacratissimi Corporis Christi annuatim pro confraternitate sexingenti, interdum vero quingenti flor. ex bursa exponuntur. *Item* in dominica inter octavas corporis Christi de prenotata pecunia pauperes ad viginti mensas cibantur atque potantur. *Item* divisori urburarum, regie et reginali maiestatibus proueniencium, per anni circulum flor. quadraginta solvent. Sunt preterea eciam soluciones per anni circulum ex pecunia predicte confraternitatis ad necessitatem sectorum, laboratorum ipsorum. *Item* ad premisse pecunie conservacionem iustamque et debitam dispensacionem eligantur quotannis per iudicem et iuratos cives predicte civitatis Byzthriciensis, consencientibus tamen sectoribus et laboratoribus atque ipsis iudici et iuratis civibus plenam ad hoc facultatem prestantibus, quatuor probi et honesti viri, duo videlicet ex iuratis civibus et reliqui duo de medio ipsorum sectorum, qui quatuor claves, duas scilicet iurati cives et duas prefati sectores habeant atque teneant: et illi preter scitum et voluntatem ipsorum sectorum iuratorumque civium pecuniam prenarratam dissipare vel aliter exponere nullatenus presumant.

Ceterum, quoniam fide digno accepimus testimonio, abusionem quamdam in predicta civitate Byzthriciensi inolevisse atque increvisse, quod videlicet feriis secundis, ante festa Nativitatis et Resurreccionis dominice et Penthecostes immediate precedentibus, diebus videlicet fori ebdomadalis ipsius civitatis, lanii seu macellarii extranei bovinas porcinasque et alias carnes ad forum importare, suttores eciam extranei calceamenta vendicioni exponere cohibentur; unde prenotati sectores et laboratores tam carnes, quam eciam calceamenta ab internis laniis et suttoribus duplici comparare emereque cogerentur: que quidem abusio dum legi divine pariter et humane preiudicari plane dinoscatur: et si de medio tollatur, nullum preiudicium reip. ipsius civitatis Byzthriciensis generaliter inferre videtur: proinde commodo et vtilitati non solum ipsorum sectorum, verum etiam communitati incolarum eiusdem civitatis mature consulere providereque volentes, auctoritate premissa, per Maiestatem regiam nobis attributa, eiuscemodi abusionem de medio tollendam decrevimus: statuimus, ut a modo deinceps, successivis semper temporibus, omnes et singuli macellarii et suttores extranei quelibet genera carnium et calceamentorum, prenarratis diebus fori, libere

importare vendicionique exponere, et omnes status ab eisdem emendi plenariam habeant potestatis facultatem. Datum in civitate Byzthriciensi predicta in profesto beatorum Tiburcii et Valeriani martirum, anno dom. milles. quingentes. vigesimo sexto.

Katona: Historia critica Reg. Hung. XIX. 579—588. (A beszterczebányai városi levéltárban őrzött eredetiből.)

246.

1526 május 15.

A bakonybéli szerzetesek és a veszprémvölgyi apáczák Balatonfő-Kajár és Szent-Márk-Úr helységekben levő részbirtokukat Gerencze egész helységgel elcserélik.

Quod rev. d. Jacobus abbas... de Bakonbeel... et religiosus frater Benedictus monachus dicti monasterii in sua ac totius conventus dicti monasterii personis ab una et religiosa domina Chaterina Thasi abbatissa ecclesie beate virginis vallis Vesprimiensis... ac domine sanctimoniales Elisabet Nÿari, Dorothea Thelekesÿ et Barbara de Honor in ipsarum et totius conventus personis... talem fecerunt... permutationem, quod... Jacobus abbas portionem... ecclesie sue... Balathonfewkaÿar et predium Zenmark-Wr... in comitatu Vesprim... e contra vero domina Chaterina abbatissa... totalem possessionem... ecclesie predicte Gerencze vocatam in dicto comitatu Vesprim... ex dispositione magnifici domini Johannis Bornemÿsza, interventu, consensu et voluntate dominorum Mathei abbatis sancti Martini sacri montis Pannonie, ordinis sancti Benedicti in regno Vngarie supremi presidentis et domini Johannis abbatis Pilisiensis, ordinis divi Bernardi, similiter presidentis... dederunt et permutarunt etc. feria 3-a infra octavas Ascensionis anno 1526.

Egykorú fogalmazvány a pannonhalmi főapátsági lt. c. 17. l. Z.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

247.

1526 május 17.

A kapornaki monostor oltárigazgatóságot alapít.

Conventus monasterii Kapornakiensis in memoriam magni monasterii huius benefactoris Petri de Semjén, fratris carnalis Antonii abbatis rectoratum altaris in capella Margarethae fundat missaeque sacrificia ibidem celebranda determinat.

A kapornaki konvent megvallja, hogy néhai «Petrus de Semÿen plebanus de Wyudwar frater carnalis Anthonii abbatis de

Kapornak» a kapornaki egyház befedésénél, a monostor peczöli (Vasmegye) birtokának visszaszerzésénél a kapornaki monostornak roppant szolgálatokat tett és utoljára minden vagyonát a monostorra hagyta. Hálából a konvent a monostor egyháza mellett az ettől északra eső és szent Margit tiszteletére avatott, de eddig üres kápolnában oltárigazgatóságot alapít s az oltáros papnak kötelességévé teszi, hogy hetenkint a Szent-Margit-kápolnában 2 misét, a monostor egyházában, Péter plébános sírja közelében pedig szintén 2 misét mondjon Szent-Margit, a boldogságos Szűz fogantatása és Krisztus szenvedésének tiszteletére, egyet pedig a megholtakért.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. F. H. nr. 21.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

248.

Gyula-Fehérvár, 1526 május 26.

Gosztonyi János erdélyi püspök Tövisi János mesternek a Szent-Anna-kápolna tőszomszédságában levő kőházára a Perényi nádortól engedélyezett és Várday püspöktől megerősített kiváltságos jogot újra megerősíti.

Nos Joannes Goszthon... Episcopus Ecclesiae Albensis Transilvanae, Cancellarius... significamus... universis, quod honorabilis magister Joannes de Thywys... huius Ecclesiae nostrae Albensis Transilvanae predictae fundatae, nostram veniens in praesentiam, exhibuit... litteras donationales spectabilis ac magnifici quondam domini Emerici de Perény, comitis perpetui comitatus Ujvariensis... palatini et iudicis Comanorum, quamdam libertatis praerogativam super quadam domo lapidea, in contigua vicinitate [Capellae] Sanctae Annae, Matris Mariae, versus septemtrionem in hac urbe nostra Capitulari sita, per eundem d. palatinum, dum viveret, item ratione filii sui, Rvmi domini Francisci de praefata Perény, episcopatum Transilvaniae certo modo gubernantis, concessam... continentes, alias vero confirmationales Rvmi olim domini Francisci de Várda, felicis reminiscentiae episcopi Transilvaniensis, praedecessoris nostri, super eadem domo cum clausulis necessariis pariter et opportunis confectas et emanatas, quas nos vidimus, legimus atque tractavimus. Supplicavit nobis idem magister Joannes, cum adiunctis sibi certis personis idoneis, ut nos erga dictam Capellam pia devotione moti, de benignitate et gratia nostra speciali, dictas utrasque litteras confirmare... dignaremur. Nos itaque attendentes supplicationem... praetactas utrasque litteras, nobis

propterea exhibitas et praesentatas, omniaque et singula in eisdem... [ex]pressa, quoad omnes clausulas et puncta earundem, auctoritate nostra... duximus acceptandas, approbandas et confirmandas, prout acceptamus etc. Datum in palatio nostro episcopali Albensi, sabbato proximo post festum Pentecostes. Anno Domini 1526.

Szeredai, Series Episcoporum Transilvaniae 189—190.

249.

Nagy-Szeben, 1526 június.

A szebeni káptalan panaszlevele Szalkay László esztergomi érsekhez.

(Szerkesztették Thonhäuser Péter dékán és Huet Márton plébános.)[1]

Querelae seu Scriptum Dominorum Capitularium super Lutheranis Cibiniensibus et Religionis Negotio, Archi-Episcopo et Cardinali (így) Strigoniensi transmissum. Ex authentico desumptum... Anno Domini 1526.

In Civitate Cibiniensi, ubi fundamentum est Lutheranae Haeresis, in domo Magistri Johannis Csukas facta est quaedam schola per quendam scholasticum, ibi canitur Symbolum Nicenum germanica lingua, et aliae cantilenae, Missam et Divina officia concernentia (így). Uxor et vernulae, pueri et tota familia canunt et nituntur Missam facere germanicam.

In domo eiusdem fovetur unus Apostata, qui fuit Ordinis Praedicatorum, nomine Georgius, qui dicit se absolutum ab habitu et religione, tamen hactenus non exhibuit absolutionem praedictam, quam prae se ferebat. Iste irrequisito pastore plebano, in Ecclesiis filialibus praedicat, seducens populum ab obedientia, a ieiuniis et praeceptis ecclesiasticis, dicendo illa, quae placent populo, volens se ingerere ad officium praedicaturae et pecunias non accipere, ita ut possit plebem seducere; is missus est per Ambrosium Slesitam, quondam praedicatorem Cibiniensem, ex partibus illis, ubi degit Lutherus, ut populum retrahat ab obedientia Romanae Ecclesiae et suorum praelatorum ecclesiasticorum.

Idem Apostata manifeste gloriatur, se accepisse mandatum a

[1] «Domini Commissarii electi et rogati ad constructionem et compositionem Articulorum rerum et negotiorum capitularium Strigonium Reverendissimo nostro insinuandorum communi voto sunt egregii d. decanus et e. doctor Martinus, et quidquid hi super suis solertiis fecerint et concluserint, Capitulum promittit de rato.» A szebeni káptalan *A* jegyzőkönyve. 171. lap.

Domino Magnifico Judice Regio, ut Cibinij maneat, donec ipse de Buda redeat; cum tamen Magistratus totius civitatis decreto suo, ad petitionem Dominorum Capitularium, iusserit ut civitatem exeat, ipse vero nil curavit et dixit animo improperante: Et si crepent plebanus et decanus, ac etiam domini senatores, ad despectum eorum ego Cibinÿ manebo. Timenda est seditio brevi.

Adveniunt plerique istius pessimae sectae Lutheranae homines, professores, clerici et laici in civitatem Cibiniensem. Nam ibidem foventur et diliguntur, extra civitatem vero nullibi per totam Transylvaniam admittuntur; illi propter despectum praelatorum ecclesiasticorum ibidem honeste a Cibiniensibus tractantur.

Senatus Cibiniensis sollicitat apud plebanum, ut huiusmodi predicator, aut pseudopraedicatores ad praedicandum admittantur, et cum non possit eis resistere dominus plebanus, necesse habet eos admittere. Ita isti prophetae et mali praedicatores populum in errorem inducunt.

Idem Apostata in conviviis mercatorum et civium informat et [dicit] manifeste Evangelium fuisse absconditum plusquam 400 annos. Sacerdotes dicit nullam veritatem praedicasse, Christianos esse liberos libertate evangelica, non esse obnoxios inventionibus humanis et statutis Patrum, et iam propter huiusmodi sacrilegas doctrinas ipsi Lutherani in predicto Cibinio venerantur a mercatoribus fere omnibus velut Idolum, et tamen trahuntur cum intimo affectu ad convivia, etiam ad altercationem usque, cum quo isto vel isto cive debeant cibum capere, ex qua officiositate ipsi cornua coeperunt erigere.

Item, destructa est fere Iurisdictio Ecclesiastica. Nam paucissimi illam experiuntur, quandoquidem omnes propemodum rigore iussionum et minis ultimi suplicij inferendi forum declinant, dicentes, se habere iudices seculares, se nolle coram sacerdotibus litigare, et in causis mere spiritualibus, ut sunt matrimoniales et inter clericum et laicum. Fundamentum istius disturbij quis sit, Orator dicet.

Item, Oratorem praesentem Magistratus constituit privare beneficio suae plebaniae, sua duntaxat authoritate fruiturus. Apostatas tollerant, artificia mechanica eos addiscere permittunt, etiam apostatis in sacris ordinibus, vel subdiaconatu existentibus, et in eis magnam habent complacentiam. Resonet[1] cantilenam solitam in die Nativitatis Domini et totius eiusdem solennitatis laudem in maximam iucunditatem decantari, Lutherani mali

[1] Seivertnél: Resonant.

homines Cibinienses transmutarunt in linguam germanicam, in non modicum scandalum, immiscentes scurrilia verba, cum tamen illud canticum sit a principio iuste et devote in praeconium recentis pueri nati Filij Omnipotentis Dei contextum.

In Ecclesia Beatae Elisabeth in civitate Cibiniensi est quidam monachus griseus, indoctus et fere idiota, similiter Slesita,[1] qui in omnibus suis sermonibus debachatur in statum ecclesiastici ordinis, lutheranizans; hic fovetur ab ipsis negociatoribus, velut lucem propinans, cum tamen fere omnes suae praedicationes tenebrae sint et erroneae, nil nisi venenum Luthericum prae se ferentes.

Vocamur ad praelium in Turcas, et mandatur nobis sub poenis in Congregationibus Regni Transylvaniensis descriptis, hoc est sub poena capitis et omnium bonorum videlicet belligerare debeamus, contra libertatem ecclesiasticam non curantes facere huiusmodi constitutiones contra clericos, cum tamen ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, sicque multae animae ibunt in perditionem ex pastorum negligentia. Petunt humiles Capitulares Reverendissimae Dominationis vestrae salutare et acceleratum remedium.

Thesaurarius[2] et alij Regni aulici in curiis plebanorum descendunt, victum ibidem tam pro se, quam pro iumentis distrahunt, consumunt, vi etiam rapiunt, clericis dicas imponunt, eosque mirabiliter vexant, minantur etiam bonorum spoliationem. Excommunicatio vero omnino apud nos extincta est et pro nihilo reputatur.

Plebanus Cibiniensis[3] non auderet sub vitae suae privatione aliquem renunciare excommunicatum. Decanum Capituli Cibiniensis,[4] hoc est Vicarium Reverendissimae Dominationis vestrae, quidam negociator Cibiniensis uno aut altero equite in campo fecit circumveniri, angustari, terreri, et molestis verbis non tantum verberatum equites ipsum reliquerunt.

Ecclesiam quandam parochialem in parvo Horreo Dominus Magnificus[5] fecit violari, fores eiusdem violenter demoliendo, nulla Reverendissimae Dominationis V. Vicarij Decani habita authoritate. Nam adeo invaluit ista pestis Lutherana, ut etiam in civitate, ubi Lutherus degit (testibus de his partibus venientibus et nobis referentibus), magis saevire non possit.

[1] Oltardnál hibás oldaljegyzékkel: De Johanne Surdastro loquuntur.

[2] Oltardnál hibás oldaljegyzékkel: Nicolaus de Gerend hic Thesaurarius fuit.

[3] Oltardnál hibás oldaljegyzékkel: Rev. Matthias Ramaschi.

[4] Oltardnál ezen oldaljegyzékkel: Petrum Thonhäuser Pastorem Horrei majoris.

[5] Oltardnál ezen oldaljegyzékkel Dn. Regius Iudex Marcus Penfflinger.

Cibinienses seducunt populum in villis circumcirca et in sedibus Saxonicalibus, inficiendo eosdem dicta haeresi perfida, ita ut rustici insultent pastoribus eorum. Caeremonias illas sacrosanctas in festo Palmarum et magnae sextae Feriae omnino despiciunt, et benedictiones comestibilium diei Paschatis nihili facientes.

Villam unam christianam, nomine Bongarth, cives Cibinienses devastarunt et Saxonibus mandarunt, ut dictam villam exirent, et ita indirecte plebanum plebania sua spoliaverunt, qui propediem cogetur stipem mendicare.[1]

Oblegia consueta in quatuor festivitatibus anni sacerdotibus non dant, sed nec pullos gallinaceos decimales, imo quando domini capellani Cibinienses de more antiquo alias laudabiliter observato vadunt pro dictis pullis colligendis, probris eos afficiunt et verba stulta evomunt.

Die sanctissima Corporis Christi, et per totam octavam, prout ordinavit sancta Mater Ecclesia, plebanus Cibiniensis facit solennes processiones cum Corpore Christi, mane in summa Missa et sero in Vesperis. Tunc pridem[2] nonnulli Cibinienses blasphemiam magnam perpetraverunt, et cives aliqui dixerunt: Sacerdotes nostri credunt Deum factum esse coecum, ex quo tot luminaria incendunt. Alii dixerunt: Sacerdotes nostri arbitrantur Deum esse puerum, qui velit instar puerorum duci et portari in brachiis vetularum circumcirca per civitatem. Concludentes esse stultitiam et sacerdotum fraudulentorum deceptionem.

Detrahunt sanctissimae Beatae Mariae virgini, Exequias mortuorum explodentes, Horas Canonicas esse stultam temporis contritionem (így), volentes sanctimoniales et alias personas religiosas a servitio divino retrahere, dicentes, Christum docuisse nos tantum orare Pater noster, qui es etc.

Et nunc in domo Magnifici[3] manet Apostata, quia de domo Domini Magistri Johannis Csukásch eiectus est.

Reverendissime Archipraesul, his molestiis fatigati, oramus per viscera misericordiae Dei nostri, succurrat nobis patrocinio Dominatio vestra, qui etiam nimiis attriti iniuriis hiscere vix valemus seu hiare; quandoquidem si modo Reverenda Dominatio vestra authoritatem suam silentio praetergressa fuerit, postea super Reverendis-

[1] Oltardnál ezen oldaljegyzékkel: Matthias Armbruster Consul Cibiniens. cum suis subditis Petrum Pileatorem Pastorem Bungarth. vi ejecerat, et clientem suum Georgium de Olzona in locum ejus suffecerat.

[2] Bizonyára írás- vagy sajtóhiba *quidem* helyett.

[3] Oltardnál ezen oldaljegyzékkel: Regii Iudicis Cibiniensis.

simam Dominationem vestram et super nos indignos capellanos fulminabitur illud verbum: Facti sumus opprobrium hominum et abiectio plebis.

Eredetije nincs meg. Először közölte *Oltard János* «Concio solennis et extraordinaria etc. Cibinii 1650» czimű művében, egyes helyes és helytelen oldaljegyzetekkel, miket aztán Pápai Páriz s utána a többi közlők a szövegbe iktattak, mely eljárás sok tévedésre adott alkalmat. Az itt közölt szöveg (az irásmód változtatásával) és jegyzetek *Fabritiusnál:* Pemfflinger Márk 156—160 ll. V. ö. 65. l.

250.

Pozsony, 1526 június 3.

A Sopron- és Pozsonymegyébe és városokba küldött királyi biztosok megnyugtató jelentése Szalkay László esztergomi érsekhez a lutheranismus elnyomásáról.

Reverendissime ac gratiosissime domine, domine nobis perpetuo colendissime! Humillimam nostri et servitiorum nostrorum commendationem. Absoluta legatione a regia Maiestate et reverendissima d(ominatione) v(estra) nobis iniuncta Sopronii, descendimus Posonium, ubi rursum tam in civitate, quam comitatu toto Posoniensi expediemus, expedituri triduo aut quatriduo ad summum. Fecimus autem Sopronii inquisitionem de Lutheranis accuratissimam, edicta quoque regie Maiestatis adversus eosdem iteratis vicibus voce precoina ad sonum tube publicari fecimus. Per comitatum item totum iudicem nobilium cum vicearchidiaconis ad disquirendos pestilentis secte illius assertores expedivimus, premissa tamen his omnibus plebanorum et cleri totius archidiaconatus eiusdem Sopronienis convocatione, monitioneque et exhortatione, ut sanam doctrinam, abiecta heretica, in parochijs eorum doceant inquisitione denique de hijs, qui heresim eandem assectarentur. De quibus omnibus et aliis permultis, cum felices ad eandem divertemur, totoque nostro processu latius eandem certiorem reddemus. Nunc id solum strictim scribendum rogatu dominorum civium Soproniensium duximus certioremque eandem fieri voluimus, nos, tametsi studio diligenti et accuratissimo tam in clero, quam etiam inter cives ac plebem Sopronienserm in exquirendis assertoribus secte Lutherane processerimus, nullos tamen tam in clero vel inter cives et raros in plebe quoque, qui colluvie hac virulenta Lutherana infecti essent, reperimus. Cives enim superioribus diebus ad mandatum regie Maiestatis et plerasque eius litteras ita rei huic in clero et plebe totaque communitate succurrerant, ut explosis infectis librisque Lutheranis

publice combustis, ad statum religionis christiane et sancte Romane ecclesie pristinum civitatem et communitatem totam redigerent. Itaque delatio eorum apud Regiam Maiestatem tam aspera, ut in litteris Maiestatis sue continebatur, non tam zelo iustitie, quam odii vel cupiditatis rerum alienarum diripiendarum causa nobis facta videbatur. Habeatque itaque R.-ma D. V. cives ipsos, si forte cum presentibus ad eandem venerint, veluti bonos, religiosos et obsequentissimos vereque catholicos commendatos. Scribimus enim hec de eis D. V. R.-me vera et sijncera fide. Quam felicissimam diu ad vota valere optamus, nosque ipsos eidem humillime commendamus. Ex Posonio die Dominico inter octavas festi sacratissimi corporis Christi. Anno eiusdem millesimo quingentesimo sexto.[1]

Oldaljegyzet: Fassio dominorum commissariorum Regie Maiestatis ad reverendissimum archiepiscopum Strigoniensem.

Egykorú másolat Sopron városa levéltárában. Lad. XXXI. et FT. f. III. nr. 112.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

251.

Székes-Fejérvár, 1526 június 9.

A pannonhalmi konvent tiltakozik az ellen, hogy Lajos király a pannonhalmi monostort mindenképen megillető szigligeti várat a lengyeltóti Lengyel-családnak ajándékozta.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod honorabilis et religiosus frater Michael professus monachus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie cum procuratoriis litteris domini Mathei abbatis et totius conventus dicti monasterii.. per modum protestationis... significare curavit, quod, prout ipsi protestantes revera didicissent... dominus Ludovicus... rex Hungarie... castrum Zeghligeth... in comitatu Zaladiensi existens... egregiis Ladislao, Johanni, Gaspar et Balthasar Lengÿel de Lengÿelthothÿ... contu-

[1] Ez alkalommal Pozsony város tanácsa a biztosok egyikének, András doktornak egy tál hallal kedveskedett. «Item Octaua Corporis Christi (jun. 7.) geschenckt dem Doctor Andrea, der von wegen der lutterischen sachen hie gewest, ain essen visch, per I t. III β. XV d.». *Pozsony város számad. könyve 1526.* Ugyanekkor Körbler Jakab polgármester a Luther-féle mozgalomra vonatkozó törvényeket a városi iródeákkal leiratta, néhányszor kihirdettette és kifüggesztette s azért neki julius elején némi jutalmat adatott. «Item die wochen nach Johannis paptista stb. Item Statchamerer hat geben nach geschafft her Burgermaisters dem Chamerschreiber, das er die Lutherischen Artickl vfgeschriben, etlichmal ausgerufft, vnd angeschlagen, ft . . . III β. d.» *Ugyanott.* Mindkét adat *Jászay:* Magyar nemzet végnapjai. 525. l. jegyzet.

lisset... qui quidem Ladislaus, Johannes, Gaspar et Balthasar castrum illud post mortem... domini condam Laurentii ducis pro se occupassent, cum tamen castrum illud.. dictum monasterium ipsorum protestantium veracissimo iure concernat. Idem frater Michael suo ac quorum supra nominibus... contradixit... Datum Sabbato proximo ante festum beati Barnabe apostoli anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Eredetije a pannonhalmi főapátság lt. c. 4. L. N.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

252.

Buda, 1526 június 13.

Burgio Antal Sadoletus Jakabnak: Az esztergomi érsek arról értesíti, hogy Mária királyné egyetért Lutherrel.

— — — — — — — — — — — — — — —

Monsignor di Strigonio mi mandò hier una lettera sopra un trattato, che have discoperto di una intelligentia, che la Regina have cum Luthero; che si fosse, fora cosa di malo et pessimo exemplo; et mi ni informirò meglio. Et si trovirò che sia verità, ni scrivirò a presso a Vostra Signoria Reverendissima; perchè intenda in questo caso, che havirò io di fare.

Vatikáni Magyar Okirattár. Második sorozat. Első kötet. 398. l.

253.

Esztergom, 1526 június 13.

Szalkay László esztergomi érsek belenyugszik, hogy a selmeczbányaiak Keck Simont plébánosuknak visszahívják, de követeli, hogy előbb hitének megvizsgálása végett nekie bemutassák.

Prudentes et circumspecti nobis in Christo dilecti. Litteras vestras redditas accepimus. Magister tamen Simon, de quo ad nos scribitis, quis sit? ignoramus. Contenti sumus ut eundem ubicunque locorum sit, reducem faciatis. Priusquam tamen curam vestri, ut pastorem decet animarum, exercere incipiat, volumus, ut eum iuxta sacrorum canonum statuta nobis presentetis, de cuius doctrina, qualis sit? sana videlicet — an pestifera, nos ipsi, officio nostro pastorali id exigente, experiri statuimus. Qui si morbo Lutheriano, qui nunc pululat, vacuus esse sanamque doctrinam habere nobis

probari visus exstiterit, eum ilico litterarum nostrarum testimonio sufficienti in vestri medium remittemus. Nam alioquin, si vel eundem Simonem, vel alium quemcunque labe illa heretica infectum vos (quod non credimus) in plebanum vestrum assumere velletis, sciatis pro certo Regiam Maiestatem dominum nostrum gratiosum id nullo modo passuram. Datum in arce nostra Strigoniensi, die Divi Anthonii confessoris. Anno 1526. Ladislaus Archiepiscopus Strigonensis manu ppa.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV. Részben és némi hibákkal kiadva: *Breznyik,* A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum története. I. 42.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

254.

Buda, 1526 június 15.

II. Lajos király levele a soproniakhoz. Elismeréssel veszi tudomásul, hogy Luther-tiltó rendeletének eleget tettek. Inti őket további hűségre.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae.

Mp. Dni Regis.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Ab piis concivibus vestris intelleximus curam, diligentiam et sollicitudinem vestram, quam prestitistis in exquirendis de medio vestri Lutheranis, et quod[1] medio eorundem polliceamini futuram quoque in hac re diligentiam et operam vestram. Grato animo a vobis accepimus et preterita, que prestitistis servitia vestra, et futura, que ex officio vestro Maiestati nostre exhibituri estis, quod omni gratia nostra regia vobis rependere curabimus; verum committimus vobis firmissime, ut eam curam de religione christiana in medio vestri illibate conservanda et de Lutheranis istinc extirpandis, omnibus modis geratis, ne aliquod scisma et aliqui Lutherani apud vos oriantur. Nam si id negligentia vestra, quod non credimus, fiet, neminem, quam vos propterea inculpabimus. Aliud igitur ne feceritis. Datum Bude in festo beatorum Viti et Modesti martirum. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Kívül: Prudentibus et Circumspectis Magistro civium ac Iudici, iuratis ceterisque civibus civitatis nostre Sopronien. fidelibus nobis dilectis.

Eredetije Sopron városa levéltárában. Kiadva: *Ribini,* Memorabilia August. Confessionis. II. 402.

[1] Hibásan: pro.

255.

Buda, 1526 június 21.

II. Lajos király térítvénye a ferencziek pesti és budai kolostorától a török elleni hadjáratra pápai engedélylyel átvett pénzekről.

Nos Ludovicus, D. gr. R. H. et B. etc. memoriae commendamus et recognoscimus per praesentes, quod quum fideles nostri, reverendus Ladislaus de Macedonia, praepositus Quinqueecclesiensis, ac egregius Petrus Bornemisza de Capotana (al. Kapolna) consiliarii nostri, ad exigendas pecunias vasaque aurea et argentea aut alia iocalia, quae ab universis regni Hungariae, Sclavoniae et Transsilvaniae ecclesiis ac monasteriis, ex permissione et indulto SS. D. N. Clementis PP. VII. pro expeditione contra Turcas colligi decrevimus, commissarii et collectores per speciales litteras nostras deputati fuissent, inter alia, quae ex claustro S. Petri Pestiensi ord. min. fratrum de observantia regulari provinciae Hung. SS. Salvatoris et aliis ecclesiis et monasteriis, hic Budae et in Pesth existentibus, levarunt, de eodem claustro S. Petri sepulcrum S. Gerardi episc. et mart. tempore crucesignatorum ducentas ac decem et novem marcas continens, exceperunt. Item circumspectus Gregorius Nyerei dictus, civis civitatis nostrae Budensis, confrater et procurator claustri S. Joannis Budensis memorati ordinis, dedit ad manus dictorum commissariorum nostrorum, die datarum praesentium, sexingentos et triginta florenos in veteri moneta Hungaricali, in auro autem quingentos, quae quidem summa utraque florenorum fuisset data ab illustrissimo quondam Laurentio de Vilak, duce Bosniae, ad canonizationem religiosi quondam fratris Joannis de Capistrano; ita quod praefati commissarii nostri tam sepulcrum, quam utramque summam huiusmodi, vigore pleni mandati, quod iisdem tribuimus, ac etiam RR. D. Ladislaus archiepiscopus Strigoniensis et magnificus D. Joannes Antonius baro Burgii, nuncius apostolicus, commissarii videlicet praefati SS. D. nostri in hac parte, dederunt et consenserunt, ad rationem nostram effectualiter levaverunt et acceperunt. Super quibus quidem sepulcro ac utraque summa iam dicta, fratres praedicti ordinis ac confratrem eorumdem praefatum, respective expeditos reddimus ac eosdem assecuramus quod de eisdem, modo praemisso levatis, ipsis fratribus ac confratri eorum, post finitam ipsam expeditionem, ex tricesima Posoniensi integre satisfaciemus, harum litterarum nostrarum, sigillo

nostro consignatarum vigore et testimonio mediantibus. Datum Budae, feria V. ante festum nativitatis B. Joannis Bapt. anno MDXXVI.

Katona, XIX. 623.

256.

1526 június 22.

A pannonhalmi főapát és konvent nagy szükségtől kényszerítve elzálogosítja csécsényi birtokát.

Nos Matheus abbas et conventus monasterii sancti Martini sacrimontis Pannonie memorie commendamus, quod nos pro quibusdam arduis nostris ecclesieque nostre necessitatibus nos inpresentiam summe urgentibus evitandum... medietatem possessionis Chechen (in comitatu Iauriensi)... unacum medietate molendini in fluvio Raba... Georgio Chezneky de Enese curie castrorum Comarom et Thata... provisori... pro summa tercentorum florenorum ungarice monete veteris... titulo pignoris... utendum dedimus... Datum feria sexta proxima ante festum beati Johannis Baptiste anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Eredetije a pannonhalmi főapátság lt. c. IV. L. R.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

257.

Buda, 1526 június 23.

II. Lajos király pápai jóváhagyás mellett meghagyja a váradi egyházmegye területén levő összes káptalanoknak és szerzetesrendeknek, hogy pénzkészletük és arany-ezüst templomi szereik felét a török ellen indítandó hadjárat költségeire Csáky Mihály és Serédy Gáspár biztosainak kiszolgáltassák, biztosítván őket, hogy a hadjárat befejeztével a királyi kincstárból teljes kártérítést fognak nyerni.

Ludovicus — fidelibus nostris, universis et singulis DD. praelatis et baronibus, abbatibus, capitulis praepositisque tam cathedralium, quam collegiatarum ecclesiarum; nec non plebanis et magistris capellarum; item provincialibus, ministris, prioribus, gvardianis, custodibus aliisque quorumcumque monasteriorum, claustrorum et ordinum ac religiosorum praefectis eorumque communitatibus; praeterea comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus; oppidis et villis earumque rectoribus; magistris civium, iudicibus et villicis; cunctis etiam aliis, cuiuscumque status, conditionis et praeeminentiae hominibus, in dioecesi ecclesiae Varadiensis ubicumque constitutis et exsistentibus, praesentes nostras visuris,

salutem et gratiam. Scire vos volumus, quod nos animadvertentes, quam atrox malum, quamque horrida procella huic regno nostro immineat a truculentissimo persequutore christiani nominis perpetuoque hoste Turca, qui gregi dominico semper infestus, nihilque magis, quam christianum sanguinem sitiens, validissimis undique copiis contractis, regnum hoc nostrum invadere molitur, atque iam cum bellico apparatu non procul a finibus nostris adventare dicitur, eo proposito, ut non iam aliquam arcem finitimam expugnet, sed ut regni nostri solium, Budam, occupet. Quo malo diu multumque solliciti, quum facultates nostras proventusque solitos ad tantam vim arcendam minus sufficere videamus, praesertim in tam propinquo ac praecipiti malo: statuimus, tum extrema necessitate id exigente, tum etiam SS. D. N. papae permissione accedente, una cum nostris consiliariis assessoribusque: ab omnibus ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, item capitulis ac monasteriis et claustris quorumcumque ordinum, dimidium omnium pecuniarum, ornamentorum vasorumque aureorum et argenteorum, iocaliumque divino cultui dedicatorum, ad hanc expeditionem, quam pro defensione gregis dominici paramus, exigere et excipere, salutarius magisque pium ducentes, iuxta sacrorum canonum et imperialium legum sanctiones, Christi fideles a pernicie et a nefandissimi hostis tyrannide thesauro ecclesiae servare, quam populum christianum una cum thesauro ecclesiae in detestabilem cruentissimi hostis servitutem venire. Ne autem templis et ecclesiis DEI aliquid ademptum videatur: assecurandos vos duximus assecuramusque praesentibus universos, quod quicquid pecuniae aurique et argenti iocalium ex ecclesiis et monasteriis ac claustris vestris hac vice in tam piam et necessariam expeditionem exceptum vel potius erogatum fuerit, id totum ex proventibus nostris ex fisco nostro, post finitam expeditionem integre refundere et in ecclesias vestras reponere volumus. Quam quidem rem uberius singulis vobis nomine nostro declarabunt fideles nostri, magnificus Michael de Chaak consiliarius et Gaspar Seredy secretarius nostri, quorum fidei hoc negocium committimus mandamusque, dantes eis, praesentibus litteris, ex permissione ipsius SS. D. N. papae, plenum mandatum plenamque auctoritatem exigendi et excipiendi ex ecclesiis, monasteriis et claustris vestris praescriptam pecuniam ac aurum et argentum iocaliaque; assecuramusque vos, nomine nostro, super rehabendis omnibus his, quae hac vice ad hoc expeditionis opus excepta erunt. Fidelitati igitur vestrae et vestrum cuilibet harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus, acceptis praesentibus, eosdem homines nostros

in ecclesias monasteriaque, claustra, sacristias conservatoriaque pecuniarum ac omnium rerum, quae ecclesiae et claustra vestra habent, admittere, omniaque eis sub vestra conscientia et fide, DEO et nobis debita, ac etiam sub iuramento eisdem hominibus nostris praestando, fateri et ostendere ac iuxta conscientiosam, tam ipsorum, quam etiam vestrum limitationem, dimidium omnis auri argentique et iocalium, nec non vasorum ornamentorumque ac pecuniarum manibus eorumdem tradere et assignare, sine ulla difficultate aut dilatione, debeatis et teneamini; providendo eisdem ac familiae ipsorum, ubicumque opus videbitur requisitique ab eisdem fueritis, de salvo securoque transitu usque ad loca tutiora, ac etiam de curribus equisque ad vehendas res huiusmodi. — Datum Budae, in vigilia B. Johannis Bapt. anno dom. MDXXVI. Ludovicus rex, manu propria.

Pray, Dissertatio historico-critica de sacra dextera Divi Stephani. Vindobonae 1771. 54—57. *Katona,* XIX. 625—628.

258.

Esztergom, 1526 június 24.

Szalka László érsek felhívja Miklós beszterczebányai plébánost, hogy míg a török ellen való háború tart, nyilvános imákat végeztessen.

— — Instat Cesar Turcorum cum omni potencia sua, ut occupet hoc regnum et fidem christianam deleat. Ego una cum Regia Maiestate et ceteris regni dominis et proceribus iturus sum ad expedicionem contra illos fidei hostes simul cum equitatu et peditatu meo ac tormentis bellicis. Rogo itaque te, hortor et moneo ex paterna charitate, ut unacum clero et populo tuo incumbas oracionibus, ieiuniis et suplicacionibus continuis, donec bellum geretur, ut omnipotens Deus prostratis vel fugatis hostibus concedat victoriam Maiestati Regie et populo christiano et non paciatur honorem nominis sui ab impiis Turcis conculcari. Ceterum indigeo multis equis ad trahendum ingenia bellica, que in exercitu meo mecum sum du turus. *(Pisetariusát megbízta, hogy ez iránt a plébánossal értekezzék.)*

A levél eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Töredékesen közölve *Fraknói,* Magyarország a mohácsi vész előtt. 273.

259.

Buda, 1526 június 26.

II. Lajos megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy a lutheranismus miatt fogságba vetett Szabó Vid soproni polgárt, ha megtért és kezeseket állít, a fogságból szabadon bocsássa.

Commissio propria domini regis.

Ludovicus Dei gratia rex
Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Cum intellexissemus preteritis diebus Lutherianam heresim inter vos quoque ex quorundam civium vestrorum errore pullulari cepisse, miseramus ad vos homines nostros, miserat etiam homines suos de voluntate nostra reverendissimus in Christo pater dominus Ladislaus archiepiscopus Strigoniensis, qui veritatem huius rei inquirerent. Intelligimus autem nonnullos ex illis etiam captos et in carcerem coniectos fuisse. Inter quos fuit et quidam Vitus Sartor inhabitator huius civitatis nostre, qui etiam nunc in carcere esse dicitur. In cuius persona nobis humillime fuit supplicatum, quo eum, ut qui iam errorem suum recognovit, liberum ex captivitate dimitteremus Cuius supplicatione benigne exaudita, id, quod petebatur, annuimus ita tamen et ea conditione, ut nunquam amplius in hunc errorem dilabatur, et nonnisi ad proborum hominum fidem et cautionem ex captivitate dimittatur. Quare fidelitati vestre... mandamus, quatenus, acceptis presentibus eundem Vitum ex carcere sub illa, quam pretullimus (így) cautione et securitate liberum dimittatis neque eum ob hanc causam damno vel detrimento afficere presumatis. Nos[1] autem, si amplius in hoc errore deprehensus fuerit, pro merito eum per vos castigandum curabimus. Secus nullo modo facturi. Datum Bude feria secunda proxima post festum Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Kívül: Prudentibus... magistro civium, iudici iuratisque civibus civitatis nostre Sopronіensis.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. M. f. M. nr. 157.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] Az eredetiben hibásan: Vos.

260.

Esztergom, 1526 június 29.

János Mindenszentek veszprémi prépostja, budai főesperes és Dóczy Ferencz barsi főispán bizonyítják, hogy II. Lajos király, továbbá báró Burgio Antal pápai nunczius és Szalkay László esztergomi érsek parancsára, az esztergomi főtemplom sekrestyéjéből ezüst- és aranykészletekben és ékszerekben 363 márkát ezüstben, 14 és fél márkát aranyban, továbbá Kanizsay kápolnájából 7-et, az Úr testének kápolnájából 6-ot s végre Bakócz kápolnájából 34-et ezüstben átvettek, a király nevében biztosítván, hogy a háború bevégzése után minden kárpótoltatni fog.

Nos Johannes prepositus omnium sanctorum in Arce[1] Vesprimiensi et archipresbiter Budensis, nec non Franciscus Doczy de Nagyluche comes comitatus Barsiensis et cubicularius regie maiestatis etc. recognoscimus et fatemur per presentes litteras nostras, [nos] ex mandato serenissimi principis et domini Ludovici Hungarie et Bohemie Regis etc. ac spectabilis et magnifici domini Johannis Antonii Baronis nuncii apostolici, nec non reverendissimi in Christo patris et domini Ladislai miseratione divina archiepiscopi alias Ecclesie Strigoniensis, comissariorum sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Clementis pape septimi, de sacristia prefate Ecclesie Strigoniensis de rebus aureis et argenteis eiusdem Ecclesie, videlicet calicibus crucibus monstrantiis[2] candelabris aliisque vasis argenteis divino cultui dicatis, pro facienda expeditione contra infideles Thurcas fidei christiane hostes perpetuos, vicesima nona die mensis Iunii trecentas et sexaginta tres marchas argenti ac quatuordecim et mediam marcham auri puri, de Capella vero reverendissimi quondam domini Johannis Kanisay archiepiscopi Ecclesie prefate septem marchas argenti, et de altera Capella Corporis Christi ad latus meridionale marchas sex argenti, de tertia vero Capella Annunciationis Beatissime Virginis Marie reverendissimi quondam domini Thome Cardinalis Strigoniensis triginta quatuor marchas argenti excepisse et levasse cum effectu, immo excepimus et levavimus sub spe restitutionis future per Regiam Maiestatem fienda. Super quibus rehabendis dictam Ecclesiam Strigoniensem et per consequens reverendissimum dominum archiepiscopum et capitulum eiusdem Ecclesie ac prescriptas Capellas nomine regio assecuramus, litterasque Maiestatis sue obligatorias super premissis marcis argenti et

[1] Hibásan : dioecesi.
[2] Hibásan : monasteriis.

auri omnibus etiam procurare et eisdem restituere promittimus et pollicemur harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Strigonii vicesima nona die mensis Iunii anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto. Idem Iohannes prepositus m. p. (L. S.) Ego Andreas literatus Notarius in premissis fidem facio de summa marcarum prescriptarum per dominos commissarios perceptarum.

Közölte *Szántóffy Antal,* Magyar Sion V. 615—616.

261.

Korpona, 1526 július 6.

Elismervény az 1526-iki török háború költségeinek fedezésére átvett egyházi szerekről.

Nos Johannes prepositus Ecclesie omnium sanctorum in Arce Vesprimiensi fundate et archipresbiter Budensis ac Franciscus Doczy de Naghluwche comes comitatus Barsiensis et cubicularius regie maiestatis etc. Recognoscimus et fatemur per presentes litteras nostras, ex mandato serenissimi principis et domini domini Ludovici Hungarie et Bohemie etc. Regis, ac spectabilis et magnifici domini Johannis Anthonii Baronis nuncii apostolici, necnon Rmi in Christo patris et dni Ladislai archiepiscopi Strigoniensis, commissariorum, de rebus argenteis ecclesie parochialis Bme Virginis Marie de Korpona, videlicet duas cruces et similiter duas ampullas, que ponderant marchas argenti quinque et quatuor lotones, sexta die Julii excepisse et levasse. Immo excepimus et levavimus cum effectu pro expeditione fienda contra infideles Thurcas, fidei christiane hostes perpetuos, sub spe restitutionis future per Regiam Maiestatem fiendam, de quibus ipsam ecclesiam per presentes litteras nostras obligatorias super premissis marcis argenti procurari fecimus. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in Korpona, die sexta mensis Julii Anno Dni 1526.

L. S. *L. S.*

Eredetije Korpona város levéltárában.

Közli: MATUNÁK MIHÁLY.

262.

Buda, 1526 július 8.

II. Lajos király megparancsolja «Stephano de Kayar vicario, Paulo Labadÿ et Nicolao Galgoczÿ canonicis ecclesie Jauriensis, Andree presbitero de Nÿwl et Nicolao plebano sancti Stephani prothomartiris de Jaurino, item nobilibus Joanni de Felpecz et Simoni Ispan de Kayar predicta et magistro Blasio Notario consistoriali dicte ecclesie Jauriensis», hogy a pannonhalmi konvent előtt tegyenek vallomást arról: hova lettek Jakab bakonybéli apát Oldor Simon nevű polyani jobbágyának a győri szentszék előtt felmutatott s egy boldogasszony-dörgicsei (Zala m.) szőlőre vonatkozó okiratai?

Ludovicus II. rex Hungariae fassiones plurium virorum ecclesiasticorum in negotio quarundam litterarum coram sacro tribunali Jauriensi exhibitarum excipi iubet.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. C. 17. 1. X.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

263.

Buda, 1526 július 19.

II. Lajos király megdorgálja Pemfflinger Márk szebeni királybírót a lutheranizmus elnyomása körül eddig tanusított hanyagságáért s hivatal- és jószágvesztés büntetése alatt meghagyja neki, hogy ezentúl az eretnekek nyomozásában és megbüntetésében szorgalmasan járjon el.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc. Egregie fidelis nobis dilecte. Commiseramus tibi praeteritis mensibus, per alias litteras nostras,[1] ut capita et principes Lutheranae haereseos, quae dudum in illis partibus et civitatibus Transylvanicis pullulare coepit, coërceres ac in pristinam fidem et religionem tua opera et diligentia reduceres. Qua in re adeo tepide et negligenter gessisse te accepimus, ut iam non secreto is error in paucorum mentibus versetur, sed palam ac publice vagari, radicesque altius egisse dicatur. Id quod nos ulterius pati nulla ratione volumus. Quare fidelitati tuae harum serie committimus, sub privatione officii tui et amissione omnium bonorum tuorum, ut iam vel deinceps in illis partibus et civitatibus nostris eius sectae homines diligenter et religiose inquirere, inquisitosque et in errore deprehensos secundum eorum culpam et delictum castigari facere debeas et tenearis. Secus igitur, si et rebus tuis et voluntati nostrae consulere

[1] Ez oklevél nem ismeretes.

voles, nulla ratione feceris. Alioquin poena illorum in te redundabit. Datum Budae, feria quinta ante festum beatae Mariae Magdelenae Anno 1526.

Kívül: Egregio Marco Penfflinger Iudici nostro Cibiniensi, Fideli Nobis dilecto.

Oltard: Concio solennis etc. 32—34. ll. után közölte *Fabritius K.*, Pemfflinger Márk élete. 160—161. ll.

264.

Buda, 1526 július 20.

II. Lajos király esdve kéri VII. Kelemen pápát, segítsen rajta minden módon, mert minden reményét egyedül beléje helyezi.

Beatissime Pater et Domine Domine Clementissime, post oscula pedum beatorum Sanctitatis vestre. Scio vestram Sanctitatem ex litteris domini Baronis Nuncii sui, omnium diligentissimi et optimi tam Sanctitatis vestre quam mei servitoris, omnia intelligere. Varadinum Petri iam aliquot dies acriter oppugnatur ab omni parte. Vix spes est ulla opem laboranti arci afferri posse: sed quicquid fieri a me poterit, nihil negligetur, neque per aquam neque terram. Sed quam tanto et tam instructo hosti sim par, vestra Sanctitas et prudentissimus illius senatus non ignorat. Oro, obsecro, obtestor per amorem Ihesu Christi, per salutem totius reipublice christiane, dignetur mihi succurrere omnibus, quibus potest, modis: idque quam primum. Velit rursus submittere pecunias, quanto plures potest, ad onera belli sustinenda. Maiorem spem in vestra Sanctitate, quam in tota reliqua Christianitate habeo repositam; immo totam in sola vestra Sanctitate. Quia ab illa sola adiuvor. Plura de hijs scribet rogatu meo Dominus Baro, loquetur iussu meo Franciscus Marsupinus orator meus. Vestram Sanctitatem Deus optimus maximus per multa secula ad conservationem sacrosancte ac universalis Ecclesie sue dignetur conservare. Bude die XX. mensis Julij. Anno Domini M. D. XXVJ. Regnorum meorum Hungarie et Bohemie etc. anno decimo.

E. Sanctitatis Vestre

devotus filius

Ludovicus,

Rex Hungarie et Bohemie etc. manu ppia.

Önálló hasonmás a Vatikáni Magyar Okirattár II. sor. 1. kötetének végén.

265.

1526 augusztus 2.

Leweldi Rawsar Farkas a pozsonyi káptalan előtt végrendeletet tesz.

Tandem universa vestimenta... commisit, ut pretio condigno vendantur et huiusmodi pretium eorundem manibus... Emerici de Papocz concanonici et Notarii nostri assignetur... ut ipse... pro refrigerio salutis anime eiusdem testatoris pretium ipsum expendat. Item equum suum... et arma sua... mandavit, ut pretio vendantur, huiusmodique pretium predicto magistro Emerico assignetur... ut ipse... eodem ex pretio indumentum sive ornamentum sacerdotale aut calicem vel aliquid simile ad ecclesiam sanctissime virginis Marie in.. Gaatha constructam fieri faciat...

Eredetije a Nemz. Muzeum levéltárában. Véghely gyüjtemény.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

266.

Paks (?), 1526 augusztus 5.

II. Lajos király meghagyja az összes erdélyi papságnak, különösen pedig a szász plebánosoknak, hogy kiküldött biztosainak, Ferencz gyulafehérvári prépostnak és vingárti Horváth Gáspár főétekfogó-mesternek rendeleteit pontosan teljesítsék.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris universis et singulis, abbatibus, decanis, plebanis, rectoribusque capellarum et altarium, prioribus, custodibus et gwardianis universarum ecclesiarum partium regni nostri Transilvan. presertim autem plebanis Saxonicalibus, quibus presentes ostendentur, salutem et gratiam. Misimus in vestri medium hos fideles nostros venerabilem Franciscum prepositum Ecclesie Alben. Transilvane et magnificum Gasparum Horvath de Vyngarth dapiferorum nostrorum regalium magistrum, commissarios nostros, per quos vobis nonnulla regnorum nostrorum defensionem concernentia nunciamus. Mandamus igitur vobis et cuilibet vestrum harum serie firmissime, sub pena indignationis nostre gravissime, quatenus quidquid vobis et unicuique vestrum prefati commissarij nostri de mandato nostro dixerint et commiserint, non solum credere, verum etiam citissime exequi debeatis et teneamini. Nam alioquin commisimus fideli nostro Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni Goston

episcopo Ecclesie Albensis Transiluane, cancellario Reginalis Maiestatis etc. qualiter secus facientes punire debeat. Aliud facere nullo modo presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in oppido P— in festo beatissime Virginis Marie de Nȳve. Anno Domini 1·5·2·6.

Haner, Miscellanea historiam Hung. et Transsilvan. inprimis ecclesiasticam illustrantia I. 195. *Fabritius*, Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 178—179.

267.

Báta, 1526 augusztus 19.

II. Lajos bizonyítja, hogy Várday Pál egri püspöknek akaratja ellenére kellett elhagynia a királyi tábort (a mohácsi csata előtt), minthogy a király által Budára küldetett a beszterczebányai kamara ellen emelt sikkasztás vádjának megvizsgálására.

Nos Ludovicus — — — Recognoscimus per presentes litteras nostras: Quod cum his diebus magni clamores contra egregios Bernardum Bohemum camerarium Cremniciensem, necnon Joannem Lengyel et Petrum Bornemyza de dissipationibus, que per eosdem in camera Bistriciensi eo tempore, quo illam Fwkaris ademptam fidei et administrationi eorundem commiseramus, in cupro et argento aliisque rebus ad ipsam cameram et fodinas cupri pertinentibus fecisse dicebatur, orti fuissent, magna instantia sepissime supplicatum, ut a predictis Bernardo, Joanne et Petro computum exigi faceremus, et quicquid per ipsos vel aliquem ex ipsis male ablatum fuisset, retorqueri et ad usum et necessitates presentis expeditionis nostre exponi faceremus. Ad quod negocium exequendum requisivimus fidelem nostrum Reverendum in Christo patrem dominum Paulum Episcopum Agriensem, quem cum delegissemus, quamvis ipse multum ac diu fuerit refractatus in ea re voluntati nostre, inter alia per hoc se excusans, quod non liceret ei nec posset honeste nunc abesse a nobis et a latere nostro, propter futurum conflictum, quem cum hostibus nostris, deo adiuvante, habituri simus. Nos tamen causam hanc nullo modo admittere voluimus, quin potius eundem invitum et renitentem compulimus, ut Budam ascendere debeat et rationem a predictis personis exigat et nobis pecunias reportet, sperantes eius opera et diligentia ex hoc computu non mediocrem pecuniam ad evitandas presentis belli necessitates maximas nos habituros. Sperantes etiam ipsum, expedito huiusmodi computi negocio, ad tempus conflictus posse ad nos in castra redire.

Super qua quidem compulsione nostra, ut honori eiusdem domini Episcopi consulatur et quilibet intelligat, eum hanc provinciam ex mandato nostro invitum et coactum suscepisse, et malevolis eius non reliquantur obloquendi locus et occasio, presentes litteras in huiusmodi rei testimonium duximus concedendas. Datum Bathe die dominico ante festum elevationis sancti Stephani Regis[1] anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Ludovicus Rex, manu propria.

Eredetije a primási világi levéltárban. Nyomtatásban megjelent Magy. Sion. 4. 205. l.

268.

Báta, 1526 szeptember 1.

A bátai benczés apátsági templom miseruháinak jegyzéke, miket ottani szerzetesek a mohácsi csatát követő harmadnapon Alsokra (ma Győr-Szent-Márton) szállítottak, onnan pedig a pannonhalmi apát fel a várba vitetett.

Regestum factum super indumenta seu clenodia ecclesie S. Michaelis de Batha, que post obitum regis Ludovici die tertia, anno 1·5·2·6 in die sancti Egidii abbatis adduxerant ad Alsok fratres eiusdem monasterii ac professores, videlicet frater Ioannes Chwacus, fr. Paulus Kálmánj, fr. Dionisius de Batha, fr. Emericus de Baya et fr. Gregorius de Babokya, simul cum civibus eiusdem loci, Anthonius Porkolab, Nicolaus Ispán, Blasius Litteratus, Martinus Procz et Martinus Zabo. Et has res seu indumenta conventus S. Martini, cum nutu et voluntate reverendissimi domini abbatis eiusdem loci, viris predictis contradicentibus, ad castrum S. Martini vi asportari mandavit et commisit per istos dominos patres, per patrem Matheum lectorem, alium patrem Michaelem Iauriensem, tunc cellerarium

[1] «Itt csak aug. 20-a érthető, melyet a XIII. századi magyar naptár így jelöl: Stephani regis Hung. translatio (Fejér: Cod. dipl. VII. II. 361. l.). Szükségkép ez ünnepet érti az okmány is a bár szokatlan elevatio szóval, mert a szemtanú Brodericstól tudjuk, hogy II. Lajos Mohácsra mentében «pridie eius diei, qui erat assumtae virgini matri dicatus», tehát aug. 14-én ért Szekszárdra, innen pedig «binis castris Batham» (Katona: Hist. Crit. XIX. 670. l.). Itt a király hosszas tanácskozás után Tomorit és Zapolyai Györgyöt fővezérekül nevezé, ezek innen mentek a tábor kijelölésére a mohácsi mezőkre, a király pedig később innen elmenve, «se in nova villa Macedoniorum, quae inter Batham et Mohacsium est (a mai Szekcső), cum paucis continebat» (Katona: i. h. 674. l.). Mindez mutatja, hogy a jelen okmány szükségkép a mondottuk napon kelt, de mutatja azt is, hogy Ráth Károly (A magy. királyok hadjáratai, 286. l.) téved, midőn Jászay után állítja, hogy II. Lajos Bátáról aug. 19-én ért Mohácsra.» — *Knauz N.* jegyzete.

S. Martini, et per patrem Nicolaum Seniorem, tum capellanum reverendissimi D. abbatis S. Martini. — — Que annumerata, computata, signataque sunt in regestibus. — — Primo sunt due casule, vulgo kamuka, ex toto auro facte, per regem Mathiam date. — Alie due casule purpurei coloris valde deaurate, per eundem regem Mathiam date et concesse. — Una casula, Camuka vocata, penitus deaurata, data per dominam relictam Petri Gheris. — Alie quatuor casule date per Ioannem wayvodam, filium regis Mathie. — Casula una purpurea nigri coloris, mixta cum colore rubro, non tamen deaurata, sed crux ex toto auro disposita et preparata, data per magnificum Emericum Therek. — Casula una, nagh bárson vocata, non tamen deaurata, sed crux aurata et gemmata, data per dominam relictam Ioannis wayvode. — Alia casula purpurea rubri coloris non deaurata, sed crux auro contexta per totum, data per dominam relictam Pauli Kinisy. — Alia casula, kamuka vocata, ex toto deaurata, data per Emericum palatinum. — Alie due casule, una violacei coloris, altera rubri coloris, non tamen deaurata, data per D. magnificum Gharay Iob. — Alie tres casule, una purpurea rubri coloris, aurata valde, due vero kamuka nigri coloris, tertia albi coloris, auro contexta per totum, date per Augustinum Nagh, civem Bathensem.

Az eredetiből kiadta *Katona*, XX. 25—26.

269.

1526 szeptember 7. után.

A pilisi apátság felgyujtása és egy rendtag elégése.

Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto, in Vigilia Nativitatis Marie, venerunt severissimi turce civitatem in Budensem regalem, post stragem factam, qua succubuerunt ungari, rege ipso clementissimo, Lodowico nomine, waiwoda Johanne occasione (így) dante. Qui quidem rex inventus est in paludibus miserrimeque sepultus; monasterium eciam nostrum cum compluris (így) aliis conbusserunt, unus patrum nostrorum in monasterio conbustus est. Hec ego conscripsi frater Georgius Pelisiensis professus, videns, intelligens, futuraque ingemens — — cum fratribus secularibus vero — — in cuius rei testimonium exportavi duos calices argenteos deauratosque, unamque casulam albam, cruce aurea decoratam, sine aliis utensilibus, pro necessitate ex Pestino — percepi mutuo a reverendo in Christo patre Domino Willelmo

novem talenta monete usualis Wiennensis. Pro quibus — — — — quittanciam, seu cartulam meo sub nomine, proprioque scripto signatam ac roboratam. Wienne hec facta sunt in Curia Sancte Crucis; rei in testimonium Wolffang civis, haudnon Udlricus, dispensatores eiusdem domus, aliorumque extraneorum, que dicta sunt; Michael de Pelisio Posoniensis civis, frater Jacobus de Paradiso, frater Petrus monachus professus de Pastho.

Egykorú feljegyzés az osztrák-szentkereszti cziszterczi könyvtárában a 226. sz. codex legutolsó lapján. — Közölte dr. *Békefi Remig:* A zirczi, pilisi, pásztói és szentgotthárdi cziszterczi apátságok története. I. 275.

270.

Buda, 1526 szeptember 15-ike táján.

Lajos király Szalaházy Tamást, választott veszprémi püspököt, a Gosztonyi János erdélyi püspöknek Váradra történt áthelyezésével megüresedett erdélyi püspökségre helyezi át.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus... quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri Reverendi Domini Thome de Zalahaza Electi ecclesie Vesprimiensis... eundem... ad episcopatum ecclesie Albensis Transilvane nunc per translationem Reverendi Domini Joannis Gozthon eiusdem ecclesie ultimi et immediati possessoris ad ecclesiam Varadiensem de iure et de facto vacantem authoritate iurispatronatus nostri Regii duximus transferendum... imo transferimus... quocirca vobis fidelibus nostris Honorabili Capitulo predicte ecclesie Transilvane... Datum Bude

Ludovicus Rex,
manu propria.

Egy fv papirnak egyik oldalán keresztben írva, a kelet éve, napja és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526.*[1]

Közli: BUNYITAY VINCZE.

271.

1526 szeptember 15-ike táján.

Lajos király Tamást, választott veszprémi püspököt a Gosztonyi János halálával megüresedett erdélyi püspöki székre helyezi át.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus ... quod nos inducti meritis et eruditione

[1] Ez és a következő 2, nap nélkül keltezett levél a mohácsi csata után alaptalan hiresztelések nyomán készült, de Szalaházyra nézve rendkívül jellemzők.

fidelis nostri Reverendi in Christo Patris Domini Thome Electi ecclesie Vesprimiensis ac loci eiusdem Comitis perpetui... eundem... ad episcopatum ecclesie Albensis Transsilvane nunc per mortem et decessum Reverendi in Christo Patris, Domini Johannis Gozthon eiusdem episcopatus ultimi, veri et immediati possessoris de iure et de facto vacantem auctoritate iurispatronatus... duximus transferendum... imo transferimus... Quocirca vobis fidelibus nostris, Honorabili Capitulo dicte ecclesie Albensis Transilvane... Datum

Ludovicus Rex,
manu propria.

Egy ív papír egyik oldalán keresztben írva, alján nagy, kerek, veresviasz királyi pecséttel, de a kelet éve, napja itt is hiányzik. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica 1526.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

272.

Buda, 1526 szeptember 15-ike táján.

Lajos király Szalaházy Tamás helyébe, kit az erdélyi püspöki székre átvitt, Brodarics Istvánt veszprémi püspöknek nevezi ki.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus... quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri Reverendi Stephani Broderici Doctoris, Prepositi Quinqueecclesiensis... eundem... ad episcopatum ecclesie Wesprimiensis, nunc per translationem Reverendi Domini Thome de Zalahaza, eiusdem ecclesie ultimi et immediati possessoris, ad ecclesiam Albensis Transsilvane de iure et de facto vacantem authoritate iurispatronatus nostri regii... duximus transferendum et eundem episcopatum Wesprimiensem simulcum castris... eidem Stephano Broderico... conferimus presentium per vigorem. Quocirca vobis... Honorabili Capitulo predicte ecclesie Wesprimiensi... Datum Bude

Ludovicus Rex,
manu propria.

Nyilt levél egy ív papir egyik oldalán, a kelet éve, napja és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

273.

Pozsony, 1526 szeptember 21.

Mária királyné megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy a leveldi karthausiakat védje és őrizet végett elhelyezett javaikat megmentse.

Maria regina defensionem Carthusianorum et custodiam rerum suarum Sopronium devectarum senatui Sopronienisi praecipit.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. M. f. IV. nr. 168.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

274.

Róma, 1526 szeptember 22.

VII. Kelemen pápa levele Gosztonyi János erdélyi püspökhöz. — Értésére esett, hogy két szerzetes a domonkosrendből, elhagyva a rendet, annak gyalázatára és a hívő nép botránkoztatására Erdély vidékein szanaszét kóborol. Igyekezzék őket rábírni, hogy a szerzetbe újra visszatérjenek. Ha pedig ezt megtenni nem akarnák, további intézkedésig tartsa őket őrizet alatt, avagy ha ez sem volna kivihető, legyen rá gondja, hogy legalább egyházmegyéjéből távozzanak.

Clemens papa VII. Venerabili fratri Johanni Episcopo Albensi... Duo ex dilectis filiis fratribus ordinis Praedicatorum in regione ista Transilvaniae commorantibus, qui has fraternitati tuae litteras perferent... sic ab officio sententiarum impetratarum eggressi, ordinisque habitu et religione penitus reiectis et relicta, ad saecularem licentiam reversi, ea temeritate et sine pudore per regionem istam palam incedunt et ubique cum omnibus versantur, ut maximo eidem ordini et fratribus in locis istis degentibus dedecori et dampno, majorique cuncto populo scandalo... et re ipsa informari melius poterit. Nam quantum huiusmodi pravi hominum spiritus pravaque exempla et facinora fidei nominique christiano periculosa... satis superque prodidit, ut etiam non te lateat, experimur; quapropter fraternitatem tuam in Domino hortamur, eique in virtute sanctae obedientiae..... apostatas ipsos, quicunque illi fuerint, etiam dictis Poenitentiariae litteris suffultos, leniter et paterne nostroque, si opus fuerit, nomine..... et ordini, quem reliquerunt et iam professi fuerant, in Domini nostri Jesu Christi cultum et honorem redire velint. Sin autem minus, aut causas, cur eggressi sunt, et ea quae [....] ressi sunt, videas et ad nos mittas atque interim, dum quid tibi faciendum sit, viderimus, aliquo in loco reserri et custodiri facias.

Aut si tibi.... ut e regione ipsa saltem et tua dioecesi cedant, atque ne amplius in ea commorentur, cures... D. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Sept. 1526, Pontificatus nostri anno 3.

Töredékekben fennmaradt másolata a Batthyány-levéltárban Gyula-Fehérvárott K. 5. V. 2. 410. l. — Közölve *Fabritius:* Pemfflinger Márk szász gróf élete. 161. l.

275.

Kapronczа, 1526 szeptember 23.

Tótország kapronczai gyűlésének meghatalmazó levele a zágrábi püspökből, Frangepán Kristófból, Désházy Istvánból és többekből álló, Ferdinánd osztrák főherczeghez küldött követség számára.

Serenissime Princeps et Domine Domine nobis gratiosissime... Misimus ad Vestram Maiestatem hos Reverendissimum ac Spectabilem et Magnificos, Egregiosque et Nobiles Dominos: Simonem Episcopum ecclesie Zagrabiensis, Christophorum de Frangepanibus Veglie, Segnie, Modrusieque Comitem ac tutorem et defensorem huius Regni, Stephanum Deshazy de Zomzedwara, Emericum Bradach de Ladomercz, Joannem Castellanffy de Zenthlelewk, Ambrosium Kecczer de Radowan ac Mathiam Brodarych de Jarosyn presentium scilicet exhibitores, fratres videlicet nostros in certis nostris ac huius Regni necessitatibus per eos nomine nostro Vestre Maiestati referendis; rogamus itaque Maiestatem Vestram, velit eadem dictis et relatibus eorum fidem adhibere credentie. Et cum hec (így) Vestram Maiestatem feliciter cupimus valere. Ex congregatione nostra Kapronczensi pro die Dominico proximo post festum Beati Mathei Apostoli celebrata anno Domini 1526.

Eiusdem Vestre Maiestatis

servitores deditissimi
Universitas Dominorum et etc.
Nobilium Regni Sclavonie.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino [.....] Hyspaniarum Archiduci Au [....]

Papir, öt piros és két barnaviasz záró gyűrűpecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és áll. levéltár: Hungarica. 1526. 4.*

Közli: Bunyitay Vincze.

276.

Gyula-Pehérvár, 1526 szeptember 24.

Gosztonyi János erdélyi püspök Máté alpestesi esperes-plebánost és István dévai, Imre hunyadi plebánosokat kiküldi, hogy tartsanak vizsgálatot Scholcz György hunyadi várnagy ügyében, ki Luther tévelyeit nyiltan terjeszti s ez által sokakat megbotránkoztat és félrevezet, — közölvén velök a kérdő pontokat és meghagyván, hogy eljárásukról haladéktalanul jelentést tegyenek.

Joannes Gozthon, episcopus Ecclesie Albensis Transsilvane, Cancellarius Reginalis Maiestatis. Salutem et sinceram in domino charitatem ac nostris firmiter obedire mandatis. Gravis doloris aculeus cor nostrum perfodit, intelligentes, quomodo quidam castellanus Castri Hunyad noviter pro occupando officio in hanc dyōcesim nostram Transsilvanam adveniens,[1] Dei timore postposito, et nimium sapere volens, contra orthodoxam sacrosanctam fidem nostram catholicam varias ac multiplices sectas luterianas dampnabilesque et reprobas opiniones introducendo publicaret populosque Christifideles per suos dampnabiles errores scandalizaret. Unde esset, ut multi exinde in errorem prolapsi Deum et sanctos eius et precepta ecclesie atque ministrorum eiusdem in omnibus transgredientes, seminantes ore prophano se invicem non esse sub precepto, et alia multa, et iure divino et humana lege condempnata, in divine clemencie offensionem et sancte religionis christiane errorem manifestissimum. Unde nos, qui Deum unum firmiter credimus, colimus et simpliciter confitemur, atque sacrosanctam christianam religionem veneramur, huic rei tamquam vehementer periculosissimo (így) ex officio nostro pastorali omni cura diligencia, et solicitudine providere volentes, devocioni vestre harum serie in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena firmissime precipientes committimus et mandamus, quatinus presentibus requisiti accedatis coniunctim vel divisim, quo propterea necesse fuerit accedendum, ibique ab omnibus et singulis promiscui sexus hominibus, quibus decet, et licet, et incumbit, palam et occulte, exactis prius ab ipsis et eorum singulis de dicenda veritate solitis et consvetis iuramentis, de et super eo, utrum videlicet idem castellanus novus sectam et errorem luterianum teneat, et in eo vite suum fundamentum habeat vel ne; item quam fidem dictus castellanus novus inter fideles

[1] Fuit nempe servitor Georgii marchionis Brandenburgensis, domini tunc temporis arcis Vajda-Hunyad.

christianos profiteatur; item quem et quos idem castellanus sua fide erronea a sancta fide catholica seduxerit et in publicum errorem secum traxerit; item quas publicaciones contra ecclesiam catholicam et sanctam ejus institucionem fecerit; item quem errorem luterianum sequatur, et in quo vivere et mori cupiat; item qui et quales sint huiusmodi errores luteriani; item que sacra precepta ecclesie ab eodem contemnantur, spernantur, et vili pendantur; item quomodo qualiter et per quem modum idem castellanus inter fideles Christianos conversetur; item quam vitam et quos mores exerceat; item quid senciat de fide sancta catholica, et unitate sancte matris ecclesie et ministrorum eiusdem; item quos sermones et tractatus idem habeat de veneracione Dei omnipotentis, sanctorumque et reliquiarum eorundem, pariter et de observacione jejuniorum, et quo modo se totum ipsum negocium habeat, seriatim inquiratis et experiamini, meram, plenam, atque omnimodam certitudinis veritatem. Caveatis tamen, quantum cum Deo potestis, ne fraus et dolus in hac parte committatur, seu interveniat aliqualis. In quo vestram conscienciam oneramus. Testes autem, qui fuerint evocati, si se gracia, odio, amore, prece, premio, vel timore subtraxerint, ex tunc compellatis eos auctoritate nostra ordinaria, per censuras ecclesie, testimonium perhibere veritati. Et post hec dicta et attestaciones testium huiusmodi simul cum nominibus et cognominibus eorundem, prout scilicet per quemlibet ipsorum singulariter attestatum fuerit, nobis fideliter et conscienciose literis vestris mediantibus clausis, et nullipiam revelatis, ad unum certum et brevem terminum quantocius rescribere faciatis et teneamini, ac aliud non facturi presentibus eciam reclusis, ac in specie remissis. Datum Albe Transsilvane, die lune, que fuit vigesima quarta mensis Septembris. anno Dni millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

A hátán: Honorabilibus magistris Matheo de Alpestes, Vicearchidiacono Comitatus Hunyadensis, Stephano de Deva et Emerico de Hunyad ecclesiarum parochialium plebanis in Christo nobis dilectis.

Inquisitoria.

Az erdélyi káptalan levéltárában; levéltári signatura nélkül. Pecsétje ép; a paizs mezeje felett püspöki süveg, mely felé két felől két állati alak nyujtja fejét.

Közli: Beke Antal.

277.

Hunyad, 1526 október 13.

Máté alpestesi, István dévai és Imre hunyadi plébánosok jelentése a lutheranizmussal vádolt Scholcz György hunyadi várnagy ügyében megtartott vizsgálat eredményéről.

Reverendissime Domine Domine nobis colendissime post humillimam in Christo orationem ac perpetue fidelii (így) nostri servitii commendationem. Quia nos iuxta preceptum et mandatum eiusdem Vestre Reverendissime Dominationis ad oppidum Hwnyad sabbato scilicet in profesto Beati Calixti pape accessimus, ibique pro dicenda veritate omnes et singulos, quos decuit homines in nostri presentiam citavimus, ipsosque fide ipsorum mediante, de omni vita, moribus et conversatione Georgii Scholcz castellani castri Hwnyad hereticam et lutterianam sectam et pravitatem tenentis examinavimus et interrogavimus, qui fassi sunt in hunc modum.

Item Honorabiles Stephanus presbyter in Dewa plebanus, Emericus plebanus de Hwnyad prescripta, Michael presbyter capellanus in castro eodem Hwnyad et Stephanus presbyter, alias capellanus in eodem castro, nunc autem plebanus in Folth, qui assidue cum ipso castellano conversati sunt, — fassi sunt modo consveto super evangelia fide deposita tali modo:

Item primo audierunt ipsum blasfemare contra Summum Pontificem et dicit esse antichristum, et ore rabido Papam semper vocat bestiam.

Item contra sanctam eucharistiam et eius celebrationem ore canino detrahit et profert publice: non posse ibi conficere corpus Christi, et presbyteros omnes appellat bestias, et dicit: isti bestie, adulteri presbyteri, possunt ne conficere corpus Christi eo, quod non habeant uxores legitimas? affirmat clericos debere habere uxores.

Item vituperat sanctum ieiunium et profert non esse sub precepto et in nullo necessarium; aliosque de ieiunio attrahit, ac in vigilia Beati Jacobi apostoli carnes comedit presumptuose et alioquando ad domum valachi presbyteri accessit sabbato, ibique in derisionem Christi fidelium, cum ipsis valachis carnes comedit et *sectam valachalem extollit christiane fidei.*

Item, deridet sanctam confessionem; dicit et publicat in nullo

esse necessariam et neque in precepto haberi, et refert nullum esse tam magnum traditorem, quam qui suam tradet culpam.

Item, baptismum reprobat et dicit nihil esse baptismum presbyterorum, quia omnes homines sunt presbyteri et possunt baptisare.

Item, promulgat ecclesiam non esse necessariam et apud Deum in nullo acceptum esse templum manufactum, vituperat et deturpat.

Item, dicit non esse venerandam sanctam crucem et cum hoc approbavit, nam in festo nativitatis Beati Johannis Baptiste rector schole Hwnyadiensis, iuxta consuetudinem diuturnam, cum cruce quadam magna de argento facta et deaurata eiusdem capelle, eo, quod capella predicta in castro Hwnyad sit fundata in honore eiusdem Beati Johannis Baptiste, tempore prandii reliquiarum accesserat ad mensam eorundem capellanorum, ubi ipse crucem eandem, ut sibi porrigebatur, detrusit et dixit: non esse necessariam, aliosque redarguit, quod osculabantur, et derisit et protulit, esse hoc exemplum malum.

Item, sanctos omnes ore profano et eorundem reliquias vilipendit et nullo modo venerandos esse profitetur et dum mentio aliqua de sancto aliquo fuerit, ipsos publice vituperat et dicit: fuerunt omnes homines et latrones etc. Apud quendam Johannem Ceh inhabitatorem oppidi eiusdem Hwnyad, vino se replens et inebrians, inter plura sua blasfemia, videns quendam effigiem in pariete applicatam et requirens: cuius sit imago illa? ceteri respondentes: Sancti Gregorii pape, ipse autem accipiens unam securim: eandem effigiem Beati Gregorii pape in eodem pariete minutim secando et dilaniando et proclamans: latro esse debet ne venerari? et proiciens ac vituperans et rursum contra Virginem gloriosam et eiusdem festivitates, sepe inquiens: Ah, quis diabolus vidit tot beatas virgines, sicut vos habetis! semper ieiunium! non tenetur homo ieiunare, et nihil ipse curando in vigiliis Assumptionis et Nativitatis eiusdem Virginis gloriose caseum et ova comedendo.

Item, indulgentias deridet, excommunicationem vilipendit et vituperat ac omnes constitutiones sancte matris ecclesie et sacros canones, sancti quoque concilii ordinationes anichilat (így) reprobat et vituperat et non esse tenendas promulgat.

Item, aquam benedictam in ecclesia deridet et fertur dixisse: expediat matrem aqua benedicta, nil aliud est, nisi fallacia presbyterorum.

Item, suffragia facta pro defunctis dicit et tenet nihil prod-

esse et refert: nil hoc aliud est, nisi deceptio presbyterorum et pro commodo ipsorum hoc instituerunt et decipiunt homines, cum nihil proficere possunt; et dicit non esse purgatorium et rursum nullum hominem posse ascendere in celum preter filium hominis, qui descendit de celo, ut in evangelio habetur.

Item, contra pulsum et signum matutinum et vespertinum ad honorem Virginis gloriose blasfemat et deridet homines, ut videt ipsos orantes et dicit non esse necessarium.

Item, egregius Andreas literatus castellanus castri Hwnyad ac nobiles servitores in castro eodem Hwnyad, qui ipsum audiunt et cum eo conversantur, scilicet: Michael Ispan de Kys[...]cha *(kiszakadt)*, Albertus de Losad et Nicolaus de Pesthyen fide ipsorum mediante fassi sunt in hunc modum: quod crebris vicibus audierunt eum papam latronem latronum dixisse et bestiam apellasse; episcopos, sacerdotes ac quoscunque regulares monachos nequissimos esse dicit ac seductores pauperum apellat, decipiunt, inquit, pauperes isti bestie, ut eo facilius, sine labore sese sustentare valeant. Fassi sunt rursum uno modo: quod in ieiuniis Apostolorum ac vigiliis Beate Virginis, sextis feriis et angariis viderunt ipsum publice comedisse lac, ova, caseum et aliquando et carnes cum suis ac alios quoque ad id faciendum incitavit et dicit: nullum esse ieiunium, est tantum fallacia presbyterorum. Et etiam dicunt audisse ab ore suuo (sic) multociens: missam esse nullius utilitatis et est tantum materia ficta.

Item fatentur: sanctos blasfemare et sepe audisse ab eo, vituperasse et dixisse: esse latrones, et profitentur eundem dixisse: ubi sunt illi latrones: Sanctus Johannes Elemosinarius ac Johannes Capistranus et ceteri Sancti de Hungaria? si sancti sunt, quare non defendunt nunc Budam et Hungariam a turcis? et ubi est in Batha sanguis sanctus? quare permisit ille *Kabala Werh* comburrere et desolare locum suum et Hungariam, si est sanctus? Deus misericors mihi ignoscat et parcat tantum de scriptura blasfemie huiusmodi.

Item aliquando viderunt eundem intrasse missam, potius pro miraculo et derisione, et quando corpus Christi elevabatur per sacerdotem, viderunt ipsum faciem clausisse et oculos, et noluit inspicere corpus Christi et dicit: non posse sacerdotem conficere corpus Christi, cum sint adulteri et non sunt digni ad hoc, ex quo sunt seductores tantum. Diabolus solus, qui scilicet ipsum in tantum seduxit et demersit errorem, ut iam scribere non posset totam suam (így) errorem, quia non cessat ubique latrare etc.

Nos autem factis et auditis huiusmodi fassionibus et attestationibus modo inserto, eidem Vestre Reverendissime Dominationi conscientiose rescripsimus, insuperque eidem V. R. D. ut Domino nostro gratioso supplicamus, ne aliqualiter divulgaretur, ut per nos facta et executa sit presens attestatio, quia precipue nobis N. de Hwnyad ac rectori capelle eiusdem castri, qui sub regimime ipsius hominis diabolici sumus et est in persona Illustrissimi Domini Marchionis, patroni scilicet nostri, si rescire posset, scimus, quod non cessaret nos prosequi (így) et turbari, vituperari, deonestari (így), dampnificari ac opprimi, ut etiam pro nunc parum impendit honorem etc.

Item, Guardianus claustri eiusdem Hwnyad habuit cum ipso conversationem et optime et ipse suam audivit proterviam, qui eidem V. R. D. ad monita nostra pro se conscientiose rescripsit. Quam eandem V. R. D. desideramus valere felicissime. Datum et executum loco et termino preinserto. 1526.

Stephanus,
presbyter, plebanus in Dewa.

Emericus,
presbyter, plebanus in Hwnyad et

Matheus,
presbyter, plebanus in Alpesthes, eiusdem
humiles Capellani etc.

Kívül: Reverendissimo Domino, Domino Johanni de Gosthon Episcopo ecclesie Albensis Transylvane necnon Cancellario Regi-nalis Maiestatis, Domino nostro gratiosissimo.

Egy egész íven, levél alakban, zárlatán gyűrűpecsét nyomaival. — *Budai országos levéltár. Gyulafehérvári osztály: Centuria. F. 16.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

278.

Pozsony, 1526 október 13.

Mária királyné értesíti fivérét, Ferdinándot, hogy Bernárd egri éneklő kanonokot és titkárát ő küldötte hozzá holmi hírek vagy ügyek elmondására.

Serenissimo Principi Domino Ferdinando... Maria... Regina Hungarie... Nunciamus Vestre Serenitati per hunc fidelem nostrum Venerabilem Magistrum Bernardum Cantorem Agriensem, Secre-

tarium nostrum nonnulla... Ex Posonio XIII. Octobris anno Domini 1526.

Eiusdem Serenitatis V.

obediens soror
Maria
Regina Hungarie.

Eredeti, papir, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526. 5.* — Ugyancsak Mária királyné hasonlóképen követül küldi Ferdinándhoz «Venerabilem et Egregium Nicolaum de Gherend Custodem ecclesie Albensis, Regium Secretarium ... Datum Posonii feria quinta proxima ante festum BB. Simonis et Jude AA. a. D. 1526.» U. o.

Közli: Bunyitay Vincze.

279.

Tokaj, 1526 október 17.

A Zapolyay-párt országgyülési meghivójának záradéka.

— — quam abscisa et distracta huius regni membra subire mererentur et que etiam posteris eorum in perpetuam ignominiam et amissionem bonorum videbitur cedere huiusmodique penam etiam per novum regem et principem nostrum curabimus roborari facere. Secus igitur, in quantum salus huius regni vitaque et quies ac libertas liberorum vestrorum vobis cara est, ne feceritis, iterum rogamus. Datum in oppido Thokay predicto, in profesto beati Luce evangeliste anno domini 1526.

Johannes comes Scepusiensis, voywoda Transsilvaniensis, etc. Paulus de Warda episcopus ecclesie Agriensis, Petrus de Peren comes Themesiensis et partium inferiorum capitaneus generalis, Andreas de Bathor comes Zathmariensis, Franciscus de Homonna, Gaspar Dragfÿ de Beelthek, Stephanus de Werbewcz regni Hungarie servus, Joannes Doczÿ thezaurarius regius, Emericus Czÿbak de Palotha, Ladislaus et Michael de Chaak, Michael de Zob, Emericus de Chaol, Jacobus de Thornalÿa, Georgius de Mekche, Michael Jakch de Kussal, Marcus Jaxÿth de Naghlak, Nicolaus de Macedonia, Laurentius Wÿdfÿ de Mohara, Michael de Warda, Johannes de Mathochin, Joannes Wÿtheez de Kallo, Nicolaus Pathochy de Eperÿes, Petrus, Nicolaus et Stephanus Abrahamfÿ de Gerla, Michael de Katha, Joannes Kenderessÿ de Malomvÿz, Nicolaus de Drenchen, Stephanus ac Nicolaus Ibranÿ ceterique universi nobiles ac proceres superiorum et inferiorum partium regni, item oratores aliarum liberarum civitatum partium superiorum.

Eredetije a Batthyány herczegek körmendi levéltárában. Hasonmása: A magyar nemzet története. Szerk. *Szilágyi Sándor.* V. 23.

280.

Lövöld, 1526 november 14.

«Prior et Conventus in Leweld» hálát mond Sopron város tanácsának, hogy a «religiosus frater Lucas conversus»-tól a töröktől való félelemből odaküldött istentiszteleti tárgyakat oly gondosan megőrizlette. Mivel azonban a török szultán visszavonult, «ut divina officia devotius peragere possimus» az istentiszteleti tárgyakat kéri vissza.

Carthusiani de Lövöld supellectile sacrum causa tuitionis Sopronium missum, recedente iam Turca, a senatu Sopronienis repetunt.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. VIII. et PH. f. V. nr. 202.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

281.

Diakovár, 1526 november 24.

Bosnyák Tamás, a boszniai püspökség kormányzója, a szántszándékos gyilkosság elkövetése miatt javadalmából kiesett Lábadi János kanonokságát Dersi Sárközy Ferencznek adományozza.

Nos Frater Thomas Bosnyak de Lewach, Gubernator episcopatus ecclesie Boznensis memorie commendamus... quod nos inducti meritis et virtutibus nobilis Francisci Sarkewzy de Ders... eidem... canonicatum cum prebenda honorabilis Magistri Joannis de Labad, qui canonicatus cum prebenda propter voluntarium et preconceptum homicidium ac enormem eiusdem Magistri Joannis homicide... infamiam ad nos, consequenterque collationem nostram previa ratione legitime condescensum extitisset... duximus dandum et conferendum, imo damus, donamus et conferimus... Datum in castro Dyako sabbato proximo ante festum Beate Chaterine Virginis et Martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Nyilt levél papiron, pecsét vagy aláirás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526. 59.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

282.

Berzencze, 1526 november 29.

«Ladislaus natus de Chorgo nunc vero rector Capelle Beate Marie Virginis in oppido Berzencze ad latus ecclesie collegiate fundate in comitatu Sumugiensi» írja, hogy egy János nevű soproni fiú, «qui a pueritia sua fuerat servitor magnifici condam domini Mathie de Barach prioris Auranee, post hoc

tandem ad servitia Regie Maiestatis sese adiunxerat», őt «cum maximi iurament vinculo super reliquiis sanctorum, manibus nostris super altare positis» fogadott testvérévé tette s midőn a mohácsi csatába indult, 160 frt ára hadi szereket vett tőle kölcsön. Kéri ennélfogva a soproni tanácsot, hogy e Jánosnak, kinek életben létét teljességgel nem tudja, soproni házát, majorját és malmát el ne adja s eladni ne engedje, hanem az ő számára tartsa fönn.

Ladislaus, rector capellae, bona Joannis, iuvenis Soproniensis, retineri petit et ratione mutui et ratione adoptionis in fratrem.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XIX. et T. f. 1. nr. 15.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

283.

Bécs, 1526 november 30. — Bécs, 1527 július 15.

Ferdinánd, Mária nővérének tanácsosait és többeket, kik magyar királylyá való választását előmozdították, minden jogaikban és javaikban fentartani s ha ezektől az ellenpárt által megfosztatnának, két év alatt kárpótolni igéri, hasonlóról Czobor Gáspárt is külön biztosítván.

Ferdinandus dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croatie etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie, dux Burgundie etc. Marchio Moravie etc. Comes Tirolis etc. Recognoscimus et fatemur per presentes litteras nostras, quoniam nos quibusdam proceribus et nobilibus Regni Hungarie quasdam litteras obligatorias concessimus et dedimus, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis: Nos Ferdinandus dei gratia Boemie Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie, dux Burgundie, Stirie, Carinthie, Carniole etc. Comes Tirolis etc. Recognoscimus et fatemur per presentes litteras nostras, quod Nos spectabilem et magnificum dominum Stephanum de Bathor, Regni Hungarie Palatinum ac Iudicem Comanorum, Reverendos Dominos Thomam Vesprimiensem et Stephanum Brodericum Sirimiensem, cancellarium Regium, episcopos, item Magnificos Franciscum de Battyan Regnorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie Banum, Alexium Thurzo de Bethlenfalwa, Magistrum Tavernicorum Regiorum, Joannem Tahy Gubernatorem prioratus Aurane, Casparem Horwath de Wyngarth Magistris (így) Dapiferorum Regie Maiestatis, item Ladislaum de Macedonia prepositum Quinqueecclesiensem, Consiliarium, Nicolaum Gherend Custodem Albensem, Tomam Nadasdy, Nicolaum Olah Archidiaconum Strigoniensem, Secretarios, egregios Emericum Magnum de Waryas Vicepalatinum et Franciscum de Rewa prothonotarium palatinatus, aliosque Serenissime Domine Marie Regine Hungarie et Bohemie

etc. vidue, sororis nostre charissime consiliarios eorumque conjuges liberos, heredes, fratres, amicos et familiares, qui videlicet in assequenda dicti Regni corona et dignitate Regia consilio, opera, facultatibus aut viribus eorum constanter et fideliter Nobis affuerint, quod et omnino facere debent, sicuti nobis promiserunt, volentes de nostra erga eos benevolentia et gratitudine certos et securos reddere, promittimus eisdem in verbo Nostro Regio, quod eos et eorum quemlibet in ipsorum beneficio, ordine, libertate, officiis ac in bonis et rebus omnibus contra Joannem Comitem Scepusiensem, Waivodam Transilvanum, qui preter leges et consuetudinem Regni Hungarie se per suos in Regem eligendum et coronandum curavit, atque alios adversarios, inimicos et emulos, si quos pro eorum in nos fide et constantia sunt habituri, tuebimur et defendemus. Qui si forte aliquam dignitatis, pecunie, bonorum, beneficiorum aut proventuum iacturam huius rei causa acceperint, eisdem, in quantum damna illa per liquidationem vera inventa fuerint, satisfaciemus, eisque intra biennium amissa recuperabimus, aut paribus beneficiis et bonis equivalentibus intra dictum biennium in dominiis nostris, ubi ipsis commodum erit, eosdem contentos reddemus. Interea vero unicuique eorum loca, in quibus tuto et commode pro ipsorum conditione unacum uxoribus, liberis et familia residere possint, in dominiis nostris assignabimus et honestam pensionem pecuniariam pro conditione cuiusque status, dignitatis ac amissorum proventuum constituemus et solvifaciemus. Statim autem post damnum acceptum et amissa bona loca residentie ipsis assignabimus et pensionem suppeditabimus, prelaturas autem dignitates et beneficia ecclesiastica ac bona et iura hereditaria et officia, que ad collationem nostram Regiam, quocumque titulo devolventur, prefatis consiliariis Reginalis Maiestatis et hiis, qui nostras partes sequentur, pro suis cuique meritis ante alios donabimus et conferemus, eosque aliis in hac parte preferemus et rebus omnibus et honoribus, quibus poterimus augebimus. Ad premissa autem omnia firmiter observanda et perficienda, Nos et heredes nostros obligamus, harum testimonio literarum sigilli nostri, quo hactenus tanquam Archidux Austrie usi sumus, appensione munitarum. Datum in civitate Nostra Vienna, die ultima mensis Novembris, anno Domini 1526 Regni vero nostri anno primo. — Nichilominus vero Nos Ferdinandus Rex antedictus attendentes ad fidem et observantiam Egregii fidelis nobis dilecti Casparis Czobor de Sancto Michaele, quam erga nos et Serenissimam domum nostram gerit, et potissimum, quod ipse Caspar in assequenda Regni prefati Corona et dignitate Regia consilio, opera

facultatibus aut viribus suis constanter et fideliter nobis aderit, quod et omnino facere debet, sicuti Nobis promisit, volentes eundem Casparem de nostra erga eum benevolentia et gratitudine certum et securum reddere, eidem Caspari in verbo Nostro Regio promisimus, sicut tenore presentium promittimus, quod pro eo et suis omnia et singula facere, adimplere et exequi volumus, que prenominatis proceribus et nobilibus Regni prefati promisimus et obligavimus, non aliter ac si idem Caspar atque sui de verbo ad verbum et inter alios in preinsertis litteris inserti et specificati fuissent. Ad que omnia et singula firmiter observanda et perficienda Nos et heredes nostros obligamus harum testimonio literarum, sigilli nostri quo hactenus tamquam Archidux Austrie usi sumus, appensione munitarum. Datum in civitate nostra Vienna die quinta decima mensis Julii anno domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo, Regnorum vero nostrorum primo.

Ad mandatum Domini Regis proprium

Ferdinandus. *Jo.[annes] Maius.*

Egyszerű, egykorú másolat egy féliv papír mindkét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. Nachtrag II. nr. 15.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

284.

Székesfejérvár, 1526 november.

Zapolyay János király a székesfejérvári királyválasztó országgyűlésen az elesett főpapok vagyonára, az egyházaktól elszedett arany- és ezüstszerekre, továbbá a megüresedett főpapi javadalmak jövedelmére és a zsidók kiüzetésére vonatkozólag alkotott törvényekre válaszol.

Hoc enim imprimis statutorum et decretorum promulgatum est, quod Regia Maiestas thesaurum archiepiscoporum et caeterorum praelatorum peritorum, apud quos habetur, exquirat, ab illisque exigat, et pro conservatione regni exponat. Resciat et proventum omnium praelatorum, tam archiepiscoporum, quam episcoporum peritorum, et pro conservatione regni exponat, officiaque praelatorum nullis transferat, antequam regnum in bonum statum redibit.

Alterum est statutorum, quod resciat apud quos thesauri Ecclesiarum tam tempore belli, quam posthac extiterint, suaque Maiestas ab illis exquirat, rationemque habeat, quo et quibus, tam tempore belli, quam post obitum Regiae Maiestatis exposuerint, et restantiam Regia Maiestas pro conservatione regni exponat. Regia

Maiestas autem ad hoc tale fecit responsum etc. Restantia thesaurorum ab ecclesijs excepta nullo modo pro conservatione regni exponere vult, sed eisdem ecclesijs restituantur, a quibus excepta sunt. Sua Regia Maiestas promisit pro conservatione regni non modo thesaurum regium et quid prius possidebat, sed propriam vitam exponere.

— — — — — — — — — — — — — — —

Hoc quoque statutum est, quod Judei ex omni regione, civitatibus et oppidis huius regni statim expellantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

A székesfejérvári országgyűlés törvényeinek kivonatos ismertetése, melyet Rauber Kristóf laibachi püspök I. Ferdinándnak Pozsonyból beküldött. — *Fraknói*, Magyar Országgyűlési Emlékek. Budapest, 1874. I. 29.

285.

Wittemberg, 1526 deczember 1.

Luther Márton «Vier tröstliche Psalmen» czímű könyvét Mária magyar királynénak ajánlja.

Der Durchleuchtigisten Hochgebornen Frawen, Frawen Maria, geborne Künigin zu Hispanien etc. Künigin zu Hungern unnd Behemen etc. meiner gnedigisten Frawen.

Gnad unnd trost von Gott unserm vatter unnd Herrn Jhesu Christo. Gnedigiste Frau Künigin, ich hatte mir furgenomen, durch fromer leute angeben, E. K. M. dise vier Psalmen zu zuschreiben, zur vermanung, das E. K. M. solte frisch unnd frőlich anhalten, das heylige Gottes wort in Hungerland zu foddern, weil mir die gute meere zukamen, das E. K. M. dem Euangelio geneygt were, und doch durch die Gottloszen Bischoffe (welche in Hungern mechtig unnd fast das mayste drynnen haben sollen) seer verhindert unnd abgewendet würde, also das sie auch etlich unschuldig blut haben vergiessen lassen, unnd grewlich wider die warheyt Gottes getobet. Aber nu sich indes, leyder, die sache, durch Gottes gewalt unnd versehung, also gekeret hat, das der Türcke disen jamer unnd elend hat angericht, unnd das edle junge plut Kőnig Ludwig E. K. M. liebes gemahl, nyddergeschlagen, hat sich mein furnemen auch müssen umb keren. Hetten nu die Bischoffe das Euangelion lassen gehen, so müste jetz alle welt vol geschreyes sein, das solcher fall über Hungernland komen were, der Luthe-

rischen ketzerey halben. Welch ein lestern solt da worden sein? Wem sie nu wöllen die schuld geben, mügen sie zu sehen, Gott hats (als ich sehe) verweret, das solchem lestern keine vrsache entstünde. — — — — Zu Wittemberg am ersten des Wintter mondes. 1·5·26.

E. K. M.

Williger diener
Martinus Luther.

Vier Trostliche Psalmen, an die Königin zu Hungern, aufgelegt durch D. Martinum Luther. Wittemberg. 1. 5. 27.

286.

Deés, 1526 deczember 26.

Catharina vidua Emerici Kis civis Désiensis, quandam vineam «honorabili Johanni magistro capelle Sancti Spiritus in latere cimiterii ecclesie parochialis» Désiensis coram senatu Désiensi vendit.

Eredetije Dés város levéltárában. 115. sz.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

287.

1526.

Nádasdi Tamás kezével kelet és aláírás nélkül leírt lajstroma azon főuraknak, papoknak, királyi és királynéi tanácsosoknak, kik a mohácsi vész után életben maradtak.

Spectabili et Magnifico Domino Stephano de Bathor Regni Hungarie Palatino et Judici Cumanorum Regiorum etc.

Spectabili ac Magnifico Domino Joanni de Zapolya Comiti Scepusiensi ac Wayvode partium Transsilvanarum, Siculorumque Regiorum Comiti etc.

Reverendissimo Domino Paulo de Varda Episcopo Agriensi etc.

Reverendissimo Domino Simoni Episcopo ecclesie Zagrabiensis etc.

Reverendissimo Domino Joanni Gozthon Episcopo ecclesie Albensis Transsilvane etc. Cancellario Reginalis Maiestatis.

Reverendissimo Domino Thome Episcopo ecclesie Vesprimiensis.

Reverendissimo Domino Stephano Brodaryth Decretorum Doctori. Episcopo Sirimiensi, Cancellario Regni Hungarie etc.

Reverendissimo Domino Stephano Podmanyczky Episcopo ecclesie Nitriensis.

Reverendissimo Domino Joanni Orzagh Episcopo ecclesie Vaciensis.

Magnifico Petro Pereny Comiti Abavyvariensi et Themesiensi ac partium inferiorum Capitaneo Generali etc.

Magnifico Georgio de Bathor Comiti Simigiensi et Agazonum Regiorum Magistro etc.

Magnifico Alexio Thvrzo de Bethlenfalva Thavernicorum Regiorum Magistro etc.

Magnifico Francisco de Bathyan Regnorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie Bano etc.

Magnifico Andree de Bathor etc.

Magnifico Joanni Bornemyza Comiti Posoniensi et Castellano arcis Budensis etc.

Magnifico Emerico Orzagh de Gvth Magistro Cubiculariorum Regiorum.

Magnifico Petro Erdevdj de Monyorokerek.

Magnifico Joanni Ernusth de Chakthornya.

Magnifico Joanni Thahy Gubernatori Prioratus Aurane etc.

Magnifico Ladislao More de Czvla Dapiferorum Regiorum Magistro.

Illustri Stephano Regni Rascie Despoto.

Magnifico Joanni Banffy Pincernarum Regiorum Magistro.

Reverendo Ladislao Macedonyay Preposito Quinqueecclesiensi, Secretario etc.

Venerabili et Egregio Nicolao Olah Archidiacono Comaromiensi, Secretario Regio et Reginali etc.

Venerabili et Egregio Nicolao de Gherend, Custodi Albensi, Secretario etc.

Venerabili et Egregio Thome Nadasdino, Commendatario Abbatie Zaladiensis, Secretario etc.

Venerabili Nicolao Bachiensi, Preposito minori Agriensi, Secretario etc.

Reverendo Jacobo Pisoni, Doctori, Preposito Sancti Sigismundi Budensi, Secretario.

Alii omnes Domini Comites, Barones, Prelati et officiales Maiestatis Regie et Reginalis sunt in expeditione et conflictu preterito interfecti.

Eredeti, papir, kelet és aláírás nélkül, de Nádasdi Tamás, a későbbi nádor kezeírása azon levelek között, melyekkel Ferdinánd a magyar koronára vonatkozó igényeit érvényesíteni kezdi. Nádasdi mint királyi titkár a fentebbiekben összeállította azok névsorát teljes czímökkel, kiknek azon ügyben először is írni kellett. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526. 18.*

Közli: BUNYITAY VIZNCE.

288.

Esztergom, 1527 január 1.

Zapolyay János király kegyurasági jogát az esztergomi székes- és hozzátartozó társasegyházakban Várday Pál esztergomi érsekre ruházza.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatiae et Sclavoniae etc. Memoriae commendamus, quod nos sedula ac diligenti consideratione perpendentes curam, sollicitudinem, vigilantiam et rerum ecclesiasticarum sinceram dispensationem fidelis nostri sincere dilecti, RR. in Christo patris Pauli de Varda, archiepiscopi Strigoniensis, primatis et legati nati regni Hungarie et summi secretarii cancellarii nostri etc., volentes eum pro multimodis suis virtutibus, quibus ipsum non aliorum modo testimonio, verum propria etiam nostra experientia insignitum esse cognovimus, fidelibusque servitiis, nobis et huic regno nostro pluribus iam annis pro locorum et temporum varietate iugiter et indefesse praestitis, aliquo nostro regiae magnificentiae dono prosequi, quo videlicet officio suo pastorali curaeque gregis dominici fidei suae commissi commodius et salubrius invigilare ac satisfacere queat: ius patronatus nostrum regium, quod in ecclesia Strigoniensi et collegiatis, ab antiquo ad eam quomodolibet spectantibus et pertinentibus, sicut in ceteris huius regni nostri ecclesiis, more praedecessorum nostrorum regum Hungariae habemus, earundem ecclesiarum commodis et utilitatibus consulere, de plenitudine regiae potestatis nostrae praefato RR. D. Paulo archiepiscopo [duximus] conferendum, immo conferimus praesentium per vigorem, annuentes et concedentes, ut idem amodo imposterum ad praeposituras dictarum ecclesiarum Strigoniensis et collegiatarum, cantoratumque et alias dignitates, necnon canonicatus et praebendas, vita sibi comite, futuris semper temporibus, toties scilicet, quoties easdem aut ipsarum alteram vacare contigerit, personas idoneas et benemeritas eligere et nominare, atque ipsas sic electas et nominatas confirmare valeat atque possit. In cuius rei memoriam firmitatemque praesentes litteras nostras eidem RR. D. archiepiscopo dandas duximus et concedendas. Datum Strigonii, in festo Circumcisionis Domini, anno Eiusdem 1527. regnorum autem nostrorum praedictorum anno primo.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 277. *Katona,* XX[1]. 27.

289.

Bártfa, 1527 január 15.

Schuster[1] Farkas bártfai prédikátor értesíti a kassai bírót, hogy előbbi prédikátori tisztét Kassán mindaddig nem hajlandó folytatni, míg fizetését meg nem adják és egyhangulag meg nem hívják.

Glück, hayl, sälickayth, fridt unnd aynickayth geb euch Goth czw eynem newen jar. Namhafftige, weysze richter unnd herrn. Nachdem als ich pin vermoneth worden, widerum auf czw nemen mein vorigen dinsth, lass ich ewr herschafft wissen, das dy unbeczallung dy grosth ursach meines abschidens ist gevesen, als ich das offt auf der canczel, mit czeteln, auch mündtlich gedacht hab unnd desthalben auff dem predigstul 2 jar vergangen gesagt hab: Kayn adventh, ob Got wele, czw Cassaw mer czw predigen. So noch hesst des tags dy ursach verhanden ist, so kan ich nicht kumen. Sunder so ich wird mercken, das mich ewr hershafft von des gunters (?) wegen unnd andree gutte lewth, dy das vermugen (wen dy armen wil ich nicht betruben), getrewlich wern beczallen, so ich dos jar hab ausgedineth unnd wurth hinab ayntrechtig gerufft und begerth von allen mit aynander, so wil ich das nicht abschlagen. Sunder ich hoff, Got wirth ewr herschafft ayn frumen unnd gelerthen man schiken, des ir meiner nicht werdt begeren; mit dem wunsch ich ewr herschafft mit sampt der ganczen gemayn vil haylsamer tag mit grosser dankberkayth aller gutter mit ...... mit lob preyss unnd erlikayth nach czw sagen. Gegeben czw Bartphal am dinsttag vor Anthoni 1527.

Wolffgangus Schuster,
prediger czw Barphal (így).

Kívül: denn namhafftigen weyssen unnd vorsichtigen richter unnd herrn der kuniclichen stath Cassaw seynen gunstigen herrn unnd woltetern.

Kassa város levéltára, 1213/76. sz. — Közölve ifj. *Kemény* Lajos: A reformáczió Kassán. Kassa, 1891. 51. l.

290.

Esztergom, 1527 január 18.

János király megparancsolja a benedekrendű apátoknak, hogy a rend megjavítása végett a pannonhalmi monostorban tartandó nagygyűlésen megjelenjenek.

Commissio propria domini regis.

Joannes... rex Hungarie... universis et singulis Abbatibus intra ambitum regni nostri huius ubivis constitutis et existentibus

[1] Helyesebben: *Schüstel.*

necnon earundem Abbatiarum commendatariis atque prioribus proprios Abbates non habentibus salutem... Cum de antiqua consuetudine et sanctorum patrum constitutionibus de triennio in triennium vobis et illis capitulum per totam christianitatem celebrari solitum existat, intelligimusque multas et quidem varias enormitates atque mala quottidie in ordine propter incuriam et negligentiam abbatum fieri et exerceri, ob hoc volumus statum ordinis vestri in melius reformari facere et observantia regulari salubri consilio reducere, statuimus capitulum in monasterio sancti Martini sacrimontis Pannonie, prout etiam fideli nostro reverendo fratri Matheo Archiabbati eiusdem monasterii exinde in aliis litteris nostris per Maiestatem nostram commissum est, ut huiusmodi capitulum celebretur. Nam et reverendisssimus dominus archiepiscopus Strigoniensis ad huiusmodi capitulum venerabiles dominos magistros Antonium Kaÿarÿ Nitriensem et vicarium Strigoniensis ac Blasium doctorem Jauriensis ecclesiarum canonicos et archidiaconos vel saltem unum ex eis propter certas causas et conditiones ibidem declarandas et expediendas mittere habebit. Quare... fidelitatibus vestris... mandamus... quatenus... ad predictum monasterium iuxta commissionem et requisitionem litterarum prefati Mathei archiabbatis semota omni occasione et subterfugio, prout superinde latius fortassis Rmus etiam dominus archiepiscopus prefatus ad petitionem ipsius Mathei Abbatis vobis scribet, accedere et convenire ibique taliter de ordinis reformatione tractare... definire... habeatis facultatem... Datum Strigonii in festo beate Prisce virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 14. l. W.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

291.

Esztergom, 1527 január 23.

Várday Pál érsek értesíti a szebeni dekanátus alá tartozó összes papságot, hogy titkárját Balázs mester locsmándi főesperest és győri kanonokot hozzájuk biztosul küldi, kinek mindenben, a mit velük nevében közölni fog, hitelt adjanak és rendelkezéseit végrehajtsák.[1]

Honorabiles in Christo nobis dilecti. Intimavimus nonnulla per Venerabilem Magistrum Blasium Archidiaconum Lwczmanensem

[1] Már két nappal előbb (in festo b. Agnetis) írt a szebeni káptalanhoz, meghagyván, hogy mindenkit, a ki az eretnekség mérgétől meg van mételyezve,

et Canonicum Jauriensem ac Secretarium nostrum presentium ostensorem nomine nostro refferenda. Hortamur igitur et requirimus vos, ut his que idem Magister Blasius nomine nostro vobis retulerit, fidem indubiam prestare et ea, que per vos obeunda iusserit, sub debito salutaris obediencie exequi et effectui mancipare debeatis. Datum in Arce nostra Strigoniensi feria tercia proxima post festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum 1527.

Paulus,
Archiepiscopus eccles. Strigoniensis
Primas Hungarie Legatus natus et Supremus
cancellarius Regius Manu p.

Kívül: Honorabilibus Ecclesiarum Parochialium plebanis nec non Hospitalium Capellarumque et altarium Rectoribus aliisque Beneficiatis sub Decanatu Cybiniensi existentibus Jurisdiccionis nostre Strigoniensis nobis in Christo dilectis.

Eredetije papiron egy gyűrűpecséttel vörösviaszba nyomva, a szebeni káptalan levéltárában Conv. I. 53. vagy 104. az új lajstromozás szerint. — Hasonló tartalmú oklevél Conv. I. 55. alatt következőleg van czímezve: Venerabili Decano Cybiniensi Jurisdiccionis nostre Strigonien. nobis in Christo honorando. — *Fabritius,* Pemfflinger Márk 162—163.

292.

Esztergom, 1527 január 25.

János király megparancsolja Szeben város hatóságának, hogy Luther követőit, ha világiak, vessék börtönre és összes javaikat foglalják le a kincstár részére, s más úton-módon is, a mint jónak látják, bírják őket rá az eretnekség elhagyására. Az egyháziakat illetőleg pedig — kikre nézve Várday Pál esztergomi érsek külön rendeletben intézkedett — megparancsolja, hogy valahányszor az ez ügyben kiküldött érseki biztos és káptalani dékán őket megkeresik, támaszukra és segítségükre legyenek.

Commissio propria Domini Regis.

Joannes Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris, Prudentibus et Circumspectis Magistro Civium ac Judici et Juratis Civibus Civitatis nostre Cibiniensis, salutem et gratiam. Ad auditum Maiestatis nostre non sine gravi animi nostri displicentia pervenit, inveniri sceleratos quosdam, honoris et salutis

segítsenek az általa kiküldendő biztos és a dékán által kigyógyítani. Az oklevél nincs meg, de jelezve van *Oltardnál* (Concio solennis 36. l.) s hivatkozás történik rá János király következő, jan. 25-iki parancsában.

proprie immemores, in civitate ista nostra Cibiniensi, qui heresim illam Lutheranam, a Sede Apostolica in toto orbe christiano damnatam, interdictam et explosam, non solum legere, asserere et probare, verum etiam publice laudare, profiteri publicareque, in contemptum et vilipendium sacrosancte fidei nostre catholice sancteque sedis apostolice manifestum, non erubescerent. Cum autem ex iniuncto regiminis nostri officio Nobis incumbat, populum fidelem nutu divino moderamini nostro subiectum a labe et peste eiusmodi heretica, alijsque erroribus, quantum cum Dei adiutorio possumus, tueri et preservare: mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, aliud habere nollentes, quatenus statim acceptis presentibus, omnes et singulas personas seculares civitatis et districtus Cibiniensis, cuiuscunque status, gradus, conditionis et preeminentiae existant, que prescriptam heresim Lutheranam legere, asserere, probare, laudare, profiteri vel publicare presummerent, auctoritate nostra regia, vobis in hac parte concessa, captivare, vincire et incarcerare, resque et bona eorum universa, quocunque nomine censentur, dispositioni Maiestatis nostre reservare aliisque viis et modis, quibus vobis expedire videbitur, easdem a predicta heresi retrahere et cohercere debeatis et teneamini. Scripsit preterea Reuerendissimus Dominus Paulus, Archiepiscopus Strigoniensis, ad decanum et communitatem plebanorum aliarumque personarum ecclesiasticarum, etiam regularium, cuiusvis ordinis et districtus civitatis istius nostre Cibiniensis, ut si quipiam ex eis labe heretica prescripta infecti essent, auctoritate sua ordinaria, per commissarium suum specialiter ad id transmissum et decanum Cibiniensem emendarentur. Volumus itaque et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus: quatenus dum et quando per commissarium eundem et decanum requisiti fueritis, omni ope, favore et auxilio eisdem adesse debeatis et teneamini. Secus nulla ratione facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Strigonii, in festo Conversionis beati Pauli apostoli. Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo.

Eredetije papiron a segesvári gimnázium gyüjteményében 16. sz. a. — Közölve *Fabritius K.* id. m. 163—164. ll.

293.

Esztergom, 1527 január 26.

János király megidézteti a pannonhalmi konvent útján a győri káptalant azon erőszakoskodásokért, melyeket «tempore superioris disturbii, quo regnum

hoc miserum ab infandis crucis Christi hostibus vexabatur» Ferencz pápóczi prépost nagyécsi erdején jobbágyai által elkövetett.

Joannes rex in favorem Francisci, praepositi Pápócziensis Capitulum Jauriense ob nonnullas violentias evocari iubet.

Eredetije a pannonhalmi konvent orsz. lt. c. 1. l. J.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

294.

1527 február 11.

Thandallo János tihanyi apát és konventje az előző évben kivetett s a török hadjáratra fordított nagy adó miatt arácsi szőlejüket eladják.

Abbas Tihanyiensis ob tributum grave superiori anno ob incursum Thurcarum impositum vineas vendere cogitur.

Eredetije a Nemzeti Muzeum levéltárában. Véghely gyüjt.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

295.

Prága, 1527 február 11.

Ferdinánd értesíti Bornemisza Jánost, hogy megbizottjául Nádasdi Tamást küldi hozzá és ajánlja, hogy azoknak, miket ez mondani fog, hitelt adjon és azok értelmében járjon el.

Ferdinandus etc.

Magnifice, fidelis dilecte. Commisimus Venerabili et Egregio Thome Nadasdy Commendatori abbatie Zaladiensis nonnulla nostro nomine vobis exponenda, sicut ab eo coram latius accipietis; vos requirentes plurimum, ut eidem Thome in hiis, que referet, non solum fidem indubiam prestare, sed etiam vos super eisdem ita exhibere velitis, sicut in vos confidimus, in quo expressam nostram facietis voluntatem. Datum Prage die 11 Februarii 1527. Regnorum etc.

Fenn a lapszélen: Bornemyza. Tudniillik a levél Bornemisza János pozsonyi föispán és várnagy és Budavára provisorához volt intézve azon alkalommal, mikor I. Ferdinánd a magyar koronát kereste s e végből minden valamirevaló magyar embernek írt.

Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 16.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

296.

Esztergom, 1527 február 27.

János király a pécsi káptalannak, régi pecsétje helyett, melytől, midőn azt egyéb egyházi kincsekkel együtt a török elől biztosabb helyre vinni akarták, Báthory István nádor megfosztotta, új pecsét készíttetését és használatát engedélyezi.

Nos Joannes — memorie commendamus, — quod fideles nostri, honorabiles magistri, Petrus de Nadasd, Elias de... canonici cathedralis ecclesie Quinqueecclesiensis, nostram venientes in presentiam, in suis et aliorum fratrum ac [con]canonicorum suorum nominibus et in personis, declararunt nobis in hunc modum: quod licet ipsi preteritis temporibus, quum serenissimus quondam D. Ludovicus Rex, predecessor noster felicis memorie, cum cesare Thurcorum adverso marte conflixisset ac in ipso prelio honesta morte occubuisset et victor cesar, hostis crudelissimus, profligato rege, viribusque huius regni fusis atque fugatis, commune quasi incendium, per totum regnum vagaretur, ipsamque civitatem Quinqueecclesiensem funditus absumpsisset: officii ac Ecclesie sue memores fuissent, sigillumque et omnia alia supellectilia, quibus Ecclesia illa tum a divis regibus predecessoribus nostris, cum vero ab aliis sanctis et christiane religioni deditis viris affatim dotata et ditata fuisset, ex ea calamitate eripuissent et pro tutiore conservatione per nonnullos fratres et concanonicos suos ad loca secura deferri diligenter curassent; sed cum hii in comitivam magnifici Stephani de Bathor, alias huius regni Hungarie palatini, atque in ipsum Stephanum incidissent, credentes, se sigillumque ac res predicte Ecclesie sue tanto duce et patrono salvos atque incolumes conservare posse, totos se in fidem et integritatem illius credidissent: tunc ipse Stephanus, memor nature, sed immemor pietatis, fidei atque integritatis sue, immemor calamitatis preterite, ex qua fugiens vix manus hostium ex Dei voluntate effugerat, universa clenodia prefate Ecclesie, Deo et sacratissime religioni christiane consecrata, et inter ea sigillum quoque ipsius Capituli, pro seipso detinuisset ac canonicos ipsos, pro repetitione illorum instantes, conviciis ac contumeliis increpatos dimisisset; ipse vero, ut crimen crimini adderet, factioni Germanice contra ius phasque et leges patrie sue adhesisset, sicque Capitulum prefatum rebus et bonis ac sigillo suo, que ex manibus Thurcorum eripuisset, per infideles christianos spoliatum fuisset; supplicantes nobis iidem Magistri... in persona totius prefati Capituli Quinquecclesiensis, ne se Eccle-

siamque suam sigillo suo, a divis regibus predecessoribus nostris concesso, destitui sineremus, sed eisdem novum sigilli usum gratiose concedere dignaremur; nos itaque, qui ex officio nostre regie gubernationis tenemur universas ecclesias ditionis nostre in suis antiquis libertatibus et prerogativis conservare, et presertim cum intelligamus, ipsum Capitulum non negligentia sua, sed malignitate hominum suis rebus et sigillo esse privatum: id, pro quo nobis supplicarunt, annuendum et concedendum duximus, immo annuimus et concedimus presentium per vigorem, ut deinceps ipsi prefato Capitulo Quinquecclesiensi uti liceat novo Sigillo, noviter reformato atque exsculpto, etc. Datum Strigonii feria quarta proxima post festum S. Matthie Apostoli, anno Domini 1527.

Katona, XX. 35.

297.

1527 márczius 11.

Pacsa János soproni plébános és esperes azon vád ellen, hogy a várost megszállva tartott horvátok leszurására a magyarokkal szövetkezett s Esztergomban János királynál (a vajdánál) megfordult volna, mentegeti magát.

Kuniclicher majestat etc. stathalter und hofrate, wolgeporn gestreng, hoch gelert edl vest genedig herrn. Auf Euer gnaden bevelch gib ich dise mein gschriftliche underricht, bittund in aller underthänikait, zu vernemen. Ain Krabatt mit namen Veyt ist mir in meinen pharhof zu Oedenburg furirrt worden, dem ich meinem vermugen nach wie zimlich alle eer bewisen. Hat er auf ain zeit ain ross, so ich ime auf die mustrung gelichen, von mir zu kaufen begert, und mir das genuegsam zu pezallen erpoten. Des ich aber nicht thun wellen, dan ich des zu dem anpau in den phlueg notdurftig gewest, sonst ich ims in kainen weg versagt. Auch so hab ich ime zu gefallen dergleichen andern Krabatten, so er der vill in meinem pharhof gepracht, ein zeit lang des pesten weins aus meinem Keller geben, doch mich underweilen merken lassen, das ich ime des weins nicht gern geb, dan mir dardurch das ganz vass also verderben möcht. Jedoch ime des weins nie versagt. Aus denen zwain ursachen er einen unwillen gegen mir gefasst und sich uber das, so ich mit ime seines unrueligen wesens gross mitleiden gehabt, auss dem pharhof gezogen. Bin ich mitler zeit gen Schäpring, vier meil von Ödenburg, mit sambt ainem frumen beneficiaten, mit namen herr Bertlme, so ich mit mir genomen, zu meinen erben und wein

garten zu schauen, bei liechtem tag ausgezogen und widerumb bei liechtem tag haimgefaren, und allerlai notturftiger speiss des hauss mit mir gepracht, wie ich dan solches alles woll weisen mag und kan. Nach mals ist bemelter Krabatt zugefarn, mich durch den Scheyrer seinen haubtman als tulmatschen vor dem Hartitschen musterherrn und haubtman in beisein des Scheyrers Zeuttinger verclagt und bezicht, wie ich soll bei nächtlicher weil gen Ungern gefarn sein, und bei der nacht widerumb haim komen, und mit denen Ungern ainen pact gemacht solt haben, die Krabaten zu überfallen und zu erstechen, des ich doch mein leben lang nie gedacht. Auch got der allmechtig well solchs in mein herz zu gedenken nicht komen lassen. Demnach sich solchs nimermer bei mir befunden wirdet, wan ich in Ungern zu wonen, wie woll ich der enden geporn, mein leben lang kain lust gehabt. Deshalben ich mit grosser mue und arbeit genn Edenburg under die Teutschen zu kumen lange zeit bemued gewest. Auf das aber, so mir Euer gnaden anzaigt, wie Euer gnaden von dem haubtman verstanden, ich solt bei dem Weida zu Gran gewest sein, so sag ich bei meiner seel selikait, das mir nicht wissen ist, wo Gran ligt und wie es gestalt ist, dan ich mein leben lang nie daselbs gewesen, und niemant mit warhait sprechen mag, er hab mich zu Gran erkennt oder gesprochen.

Und wiert es anders, genedig herrn, dan hie angezaigt befunden, so will ich mit leib und gut darumben halten und alles das leiden, so mir zu straff auferlegt mag werden. Deshalben wer mein hoch fleissig begern, kuntschaft auf die sachen zu geen ze lassen, wuerd sich alsdan mein unschuld clerlich befunden.

Ist hier auf an Euer gnaden mein hoch fleissig diemuttig und underthänig pitten, die weil mir nichts widerwertigs mit warhait in disen sachen furgestellt kan werden, Euer gnaden well mir meine guter, so mir deshalben verspert, an schaden widerumb ledig verschaffen, dan die zeit des pau verhanden, und mich also weiter unverschulter sachen nit bedrueben und beswärn lassen. Das will ich umb kunichliche Majestät, unsern genedigisten herrn und Euer gnaden mit hochem vleiss in aller underthänikait mein leben lang verdienen.

Euer gnaden underthäniger Hanns Patscha pharrer und erzbriezter zu Edenburg.

Kívül: pharrers von Edenburg entschuldigung.

Egy ív papir három oldalán, kelet nélkül, de kelte iránt Mária özvegy királyné 1527 márcz. 11-ikén Pozsonyban kelt levele tájékoztat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 75.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

298.

1527 márczius 11.

Máté, soproni káplán, késznek mondván magát azon esetben, ha az ellene emelt vád igaz volna, a rá mért büntetést elszenvedni, ártatlansága tudatában fölmentéseért könyörög.

Genedig herrn, mit gelicher bezicht pin ich auch samt meinem herrn angenomen worden, und doch gants unverdient. Desshalben ich dann hie vor Euer gnaden stee, urbuttig, wo sohe (így) bezicht auf mich warhaftig gepracht, mit meinem leib und gut darumb still zu halten und alles anders leiden, was mir desshalben auf gelegt wirdet. Wo sich aber solhz bei mir nit erfundet, wie ich dann entlich wais, das solhs mit warhaftiger zicht mir nimermer zuegezogen und auf mich gepracht mag werden, bit ich Euer gnaden mit aller unterthäniger gehorsam, wolle mich der sachen muessig und ledig zellen. Thue mich Euer gnaden als ain unschuldiger armer briester darauf underthaniclich mein unschuld zu bedenken bevelhen.

Euer gnaden undertheniger gehorsamer Matheus, des pharrer zu Odnburg caplann.

Kívül: Des pharrers von Odnburg caplann entschuldigung.

Egy negyedív papir egyik oldalán kelet nélkül a soproni plébános, Patscha János leveléhez csatolva. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 76.*

Közli: Bunyitay Vincze.

299.

Pozsony, 1527 márczius 11.

Mária királyné Alsó-Ausztria kormányzóinak meghagyja, hogy a soproni plébánost és annak káplánját, kiket azon város őrségének kapitánya elfogatott és vasba verve hozzájuk átküldött, azonnal bocsássák szabadon, ügyöket pedig elbirálás végett terjeszszék fel őhozzá.

Maria Dei gratia regina Hungarie et Bohemie etc. Reverende, magnifici, generosi et strenui nobis sincere dilecti. Superioribus diebus, dum intellexissemus plebanum civitatis Soproniensis met secundum per capitaneum presidii eiusdem civitatis captum fuisse, dederamus litteras nostras ad eundem capitaneum, ut eos ex captivitate dimitteret et causam ipsam, pro qua capti essent, cognitioni et revisioni nostre relinqueret. Verum antequam littere nostre ad eum

pervenissent, capitaneus ipse plebanum ipsum unacum capellano suo cathenis et compedibus vinctum ad vos misit. Quod ipsius factum non potest nobis plurimum non displicere. Nam si quid illi fecerunt animadversione dignum, debebat eos mittere huc ad nos, que in omnibus rebus Hungaricis serenissimi fratris nostri, regis Hungarie vicem et locum tenemus, et nos scivissemus quid de ipsis statuendum fuisset. Sed cum res ita acciderit, capitaneusque ipse plebanum ad vos istuc miserit, non parum est refragatum oblationi ipsius serenissimi domini fratris nostri, qui suis litteris omnibus huius Hungarie ordinibus obtulit, se omnes omnium statuum personas in suis iuribus et libertatibus conservaturum; iura autem Hungarie exigunt, ut cause omnes sive tales, sive alie, que in Hungaria emergunt, hic cognoscantur, non in Austria vel aliis externis provinciis. Quare hortamur et requirimus vos, ut statim visis presentibus ipsum plebanum Soproniensem unacum capellano suo ex vinculis et captivitate vestra dimittere et causam ipsius ad nos deferre debeatis. Nos hic eam parate sumus cum consiliariis ipsius Serenissimi domini fratris nostri apud nos existentibus revidere, et si plebanus ipse aliquid egit punitione dignum, nos eum, ut iustum fore videbitur, emendari faciemus. Datum Posonii undecima Marcii, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Maria Regina etc. *Nicolaus Olah,*
Secretarius.

Kívül: Reverendo, magnificis, generosis et strenuis regentibus archiducatus inferioris Austrie, nobis sincere dilectis.

Papir, a királyné zárópecsétjével. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 68.*

Közli: Bunyitay Vincze.

300.

Dévény, 1527 márczius 18.

Brodarics István szerémi püspök eddig, bár attól kellett tartania, hogy Ferdinánd királylyal a lutheranismus is be fog vonulni hazánkba, kész lett volna szolgálni Ferdinándnak, de mivel ez most háborúval támad Magyarországra, elhagyja Ferdinánd pártját s ezt Ferdinánddal tudatja.

Stephanus Brodarics, Episcopus Sirmiensis, hucusque paratus erat Ferdinando regi favere et servire, quamvis timeret, ne cum eo Lutheranismus quoque Hungariam ingrederetur, at nunc Ferdinando bellum movente in Hungariam, eiusdem partes deserit hocque Ferdinando litteris denuntiat.

Fraknói Vilmos közlése a Századok 1877. évfolyamában 60. l.

301.

Esztergom, 1527 márczius 21.

Az esztergomi káptalan Marsupinus Ferencz esztergomi kanonokot, a király római követjét sürgeti, hogy a szentszéknél eszközölje ki a Bakócz-kápolna ügyében az átruházási bullát; a Fuggerek bankjából kivett és Dini kereskedők bankjába elhelyezett ezer aranyforintot vegye ki és tegye át újból a Fuggerek bankjába.

Reverende domine et frater noster charissime. Literas d. v. decima sexta Januarii Roma ad nos datas accepimus. Quod nullas tanto temporis intervallo preter has ab eadem recepimus nec vicissim nos ad eam dedimus literas, causa ea est, quam dominatio vestra affert. Fuimus enim mox post conflictum exercitus nostri Hungarici funestissimum e sedibus propriis omnes ad unum dispersi et paulo ante natalicium Christi post Thurcarum abitionem rursum ad propria regressi, sumusque hic non minus dubii nunc quoque de statu nostro atque prius, dum immanis illa belua Thurcarum tyrannus adesset, eramus. Thurce enim arces omnes quas inter Savum et Hystrum numero decem ad confluvium usque Drawii occuparant, nunc quoque detinent et intra viscera regni una nobiscum commorantur, spatioque bidui aut tridui ad summum, cum eis libuerit, e sedibus nostris denuo nos, ut prius, depellere possunt. Quod si accidat, indubie regnum hoc perfidie et tyrannidi eorum ex integro subiicietur. In negotio Capellanie nostre, tametsi ignoremus, quo temporis articulo id quoque bonorum, quod adhuc ex incendio hostium reliquum est, amittemus, nihilominus hortamur Dominationem Vestram reverendam, velit pro innata sua in nos et ecclesiam hanc nostram benevolentia et charitate, bullam surrogationis in ius domini Philippi de nobis facte, cuius supplicationem superiore anno per Stephanum dominum nostrum in favorem nostri signatam scripserat, expedire et per hunc fratrem nostrum magistrum Mathiam de Bancha remittere. Florenos autem illos mille auri ex Bancho Fuchari levatos et in Bancho mercatorum de Dinis per eandem, ut similiter nobis significaverat, depositos, si possibile est, rursus in Bancho Fukarorum deponat literasque ab eis hiis, qui Bude ex eis agunt, impetrare, ut totam eam summam nobis restituant. Nam ne unicum quidem quadrantem, unde nunc militem novum adversus hostes ex corpore regni depellendos, ad quod etiam supra vires angariamur, possimus, nisi in sortem huius summe pecuniarie mutuum alibi contrahamus, habemus. Sciat autem dominatio vestra, nos omnes proventus, qui de mensa nostra capitulari ei pro-

venire debebant, ex integro semper restituisse; ad proventus tamen archidiaconatus sui Neugradiensis studia ulla habuimus, quandoquidem dominatio vestra reverenda antea id oneris nobis nunquam iniunxerat. Nunc tamen voluntate eius perspecta, navabimus operam, ut illi quoque tam preteriti, quam presentes examussim redeant et restituantur. Non negligemus ea quoque, que Deo et saluti animarum congrua sunt, quo rite et inpretermisse peragantur, obire. Alia is magister Mathias de Bancha frater noster nomine nostro explicabit, cuius verbis fidem indubiam adhibere velit, quam felicissime ad vota valere optamus. Et ut bullam surrogationis quam primum expediri faciat ociusque remittat, etiam atque etiam vehementissime rogamus. Ex loco nostro capitulari vigesima prima Martii anno Domini 1527.

Capitulum ecclesie Strigoniensis.

Kívül: Reverendo domino Francisco Marsupino ecclesiarum Strigoniensis et Agriensis Archidiacono, oratori Regie Maiestatis apud sedem apostolicam, domino et fratri nostro charissimo.

Egy félív papir, egyik oldalán a káptalan kerek pecsétjének maradványaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 130.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

302.

1527 márczius 21. táján.

Az esztergomi káptalan utasítása Rómába küldött követe számára a Bakócz-kápolna igazgatóságának a káptalannal való egyesítése és Siénai Fülöppel való kiegyezés ügyében.

Memoriale in negotiis Capituli Strigoniensis.

Item expediatur bulla surrogationis in causa capelle cum approbatione unionis, alias per Alexandrum VI. Pontificem facta, absolutioneque a censuris ac rehabilitatione ob malam fructuum ex ea per Capitulum perceptionem contracta, derogationemque intentionis fundatoris, qui capellam eandem ex bonis suis patrimonialibus vel castrensibus, non ecclesiasticis fundaverat.

Item, si bulla forte expediri non posset vel pro ea multum exigeretur: expediatur surrogatio per breve Apostolicum ex camera, nihil enim Capitulum pro nunc ob amissionem omnium

bonorum suorum per incendia et fugam a facie Turcorum solvere potest.

Item, si possibile erit, instetur apud Sanctissimum Dominum nostrum, ut dispenset cum Capitulo: ne vetentur per Philippum pro fructibus quoque a tempore litis mote ex capella perceptis, nam omnes illi fructus partim Reverendissimo Domino Thome Cardinali, partim pro solutione ministrorum administrati et restituti[1] fuerunt, ut Magnifico Domino Baroni clarissime ex regestis per Capitulum Bude sibi exhibitis constitit.

Item si calumniaretur Philippus vel alius quispiam pro eo agens: fructus non solutos esse, quod tamen falsissimum est, et Pontifex nollet eos Capitulo relaxare, redimatur lis perpetua et iniusta Philippi vexatio parva aliqua pecuniarum summa...

Item, quod ex mille florenis Capituli post expeditionem bullarum vel brevis, concordiamque cum Philippo reliquum erit, reddatur Capitulo per banchum Fukarorum Bude vel Vienne, ut in literis ad Marsupinum datis exprimitur...

Item, sunt multi in Urbe et maxime Joannes Baptista de Senis Advocatus Consistorialis, qui sciunt causas omnes, quibus unio capelle rescissa a Capitulo fuerat; si ventum fuerit ad expeditionem bulle: necesse est, ut omnes ille cause in bulla tollantur et sanentur. Expediverat autem Magister Nicolaus bullam unam unionis novam sub Leone Pontifice, cuius exemplum, non dubitatur Rome inveniri posset, in qua omnes ille cause expresse et sanate erant; inquiratur in regesto bullarum ac in camera Apostolica vel saltem apud abbreviatores exemplum illud, et ex eo facillime bulla hec nova expediri poterit.

De nuptiis Clericorum

E szavak a félív papirosnak, melyre a *Memoriale* írva van, tulsó oldalán épen legalul állanak. Volt-e ezen félívhez még több is csatolva és ott az előbbieknek folytatása? — kérdés, de aligha volt. — Kelete is hiányzik, de azon Instructióhoz van mellékelve, melyet Várday Pál vál. esztergomi érsek Rómába küldött s megerősíttetését sürgetendő követének adott és sajátkezüleg aláirt, de kelte ennek sincs. A kipontozott hely magától érthető vagy egészen lényegtelen dolgokat tartalmaz. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1526. s. d. 28.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Az eredetiben hibásan: administrafe et restitute.

303.

Esztergom, 1527 márczius 21.

Eszéky János értesíti unokaöcscsét Orbánt, hogy esztergomi kanonoknak beiktattatott, egyuttal kéri, hogy a Magyarországba visszatérni akaró Luccai Tamás gyógyszerész által küldjön neki egy violaszinű biretumot.

Salutem et mei commendationem etc. Urbane charissime. Deo optimo ita volente ad octavum Martii diem in canonicatum metropolitane ecclesie Strigoniensis investitus sum, mox sacerdotium suscepturus; rogo igitur, ut per Magistrum Thomam Apotecarium unum biretum prunaceum, cum ipse in Hungariam redire voluerit, mihi mittere velis, quod si feceris, id tuum in me officium tibi cum fenore repositurus sum. Vale et me Magistro Thome Lucensi Apotecario commendes velim. Strigonii XXI. die mensis Marcii anno MDXXVII.

Joannes de Ezeek,
Secretarius Rssimi Domini Archiepiscopi
et Canonicus Strigoniensis.

Kívül: Bonis artibus operam navanti Urbano de Ezeek mihi uti fratri charissimo Ferrarie.

Egy negyedív papiron, veresviasz kis gyűrűpecséttel lezárva. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 129.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

304.

Esztergom, 1527 márczius 21.

Eszéky László esztergomi kanonok unokaöcscsének, Orbánnak, tizenöt forintot küld aranyban és inti, hogy szorgalmasabban tanuljon. Bolognába való átköltözését nem ellenzi.

Felicitatem. Plures tuas, cum per servitores reverendi domini Joannis Muzarelli tum vero novissime per magistrum Maricthum vigesima secunda die Februarii a te datas accepi litteras, quibus stilum ac litterarum et characterum positionem habunde perspexi. Manum siquidem tuam in scribendis tuis ad me literis tuam propriam esse novi, multo tamen minus, quam cum hinc abiisses, exercitatam, stilum vero nihilo ex te processum esse, multis et quidem clarissimis argumentis cognovi. Quare fac, si tibi non deese

vis, ut proprio tuo ingenio laborare contendas, nec sit, quo tu labore aliorum gloriam tibi comparare deberes. Quicquid igitur litterarum ad me daturus es, fac, ut ex officina tua propria prodeant, alioqui te ipsum, non me decepturus es. Ut igitur liberius et commodius studio literario vacare possis, misi ad te per hunc Magistrum Mathiam de Bancza canonicum Strigoniensem florenos quindecim in auro de auro unacum annulo, ad sigillandum aptato, quem multis precibus iam a me eflagitasti. Cum igitur omnia commoda tui studii habeas, rogo, ne tot meas expensas frustratum iri patiare. Quod autem Bononiam, ubi magis literis quam isthic, ubi es, vacare posses, te scribis proficisci, facile et huic tue sententie assentio, ut tandem non habeas excusationem, cum te arbitrio tuo uti non passus essem, ob id per te studio literario minus vacatum esse. Patiar igitur te in quibuscunque tuis uti voluntatibus, quas quidem ad studium tuum pertinere arbitror. Da ergo operam, ut id pecunie, quod tibi ex mea summa necessitate ereptum misi, ne perdas. Quod quidem tum te fecisse video, cum te litteris optime et moribus ornatum accepero. Vale et continuas tuas ad me des litteras velim. Strigonii vigesima prima die mensis Martii. Anno 1527.

Ladislaus de Ezeek,
Archidiaconus Zolyensis et Canonicus Strigoniensis etc.

Kívül: Bonarum artium studioso Urbano de Ezeek mihi carissimo Ferrarie.

Egy negyedív papir egyik oldalán veresviasz zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 126.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

305.

Esztergom, 1527 márczius 21.

Eszéky László köszönetet mond de Orlandinis Sebestyénnek, hogy unokaöcscsét Orbánt Ferrarában lakására befogadta, továbbra is jóindulatába ajánlja, maga részéről hálás viszonzást igérvén.

Venerabilis Domine et Amice charissime salutem et mei commendationem etc. Nepotem meum Urbanum quod Dominatio Vestra hospitio suo (ut intelligo) exceperit, rem mihi fecit gratissimam, eidem igitur et in ceteris suis rebus quibuscunque poterit, poterit autem pluribus, non desit, rogo; id enim, quod ipsi tulerit beneficii, in me ipsum collatum putabo, cui id omne maiori officiorum

genere, dum mea opera uti voluerit, refundere curabo. Quam feliciter valere opto. Strigonii XXI. die mensis Marcii anno Domini M. D. XXVII.

Ladislaus de Ezeek,
Archidiaconus Zolyensis et Canonicus Strigoniensis.

Kívül: Venerabili Domino Sebastiano de Orlandinis, Domino et Amico charissimo Ferrarie.

Egy negyedív papir egyik oldalán épen olyan pecséttel, mint a következő (306) 127. sz. alatt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 128.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

306.

Esztergom, 1527 márczius 21.

Eszéky László esztergomi kanonok Muzarelli Jánost, szintén esztergomi kanonokot kéri, hogy Orbán nevü unokaöcscsét, kiről azt hallotta, hogy lakóhelyét megváltoztatta, pártfogásába vegye.

Reverende Domine mihi observande, salutem et mei commendationem etc, Intellexi Urbanum nepotem meum locum habitationis sue mutasse; ubicunque ergo sit, commendo eum Reverende Dominationi Vestre, et ut ipsi causa mea non desit, oro. Quam diu feliciter valere cupio. Datum Strigonii XXI. Martii M. D. XXVII.

servitor
Ladislaus de Ezeek,
Archidiaconus Zolyensis et Canonicus Strigoniensis.

Kívül: Reverendo Domino Joanni Muzarello Phisico, Rectori Capelle Corporis Christi et Canonico Strigoniensi Domino et amico meo observando.

Egy negyedív papír egyik oldalán veresviasz záró gyűrűpecséttel, melynek négyelt paizsában fent jobbról koronás alak áll, jobbjában lándzsát tartva, balról kerékből nővő, jobbra ugró szarvas; alant jobbról jobbra lépő elefánt, balról négy pólya; a paizs körül: LAD.... EZEK... STRI... — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 127.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

307.

Brassó, 1527 márczius 21.

A brassai tanács Thonhäuser Péter szebeni dékán előtt panaszt emel György sárkányi plébános ellen és kéri, hogy ha jónak látja, foszsza meg plébániájától; egyébként bármiképen intézkedjék is, a tanács bele fog nyugodni.

Noverit vestra eximia dominatio, quod in possessione Scharkan, nostrae civitatis Braschoviensis pertinen. habemus quemdam plebanum, nomine Georgium, cuius vitam, incuriam negligentiamque circa divina administranda ex proxima visitatione, per vestram dominationem egregiam facta, satis superque vestrae dignitati constare notumque esse existimamus. Itaque si vestra dignitas tales excessus vel negligentias in eo animadvertit, ut merito sua plebania proventuumque inde provenientium *[perceptione]* privari possit et debeat: noster ad id omnium nostrorum assensus accedit; optamusque, ut is, praesentium videlicet ostensor, ei succedat, volentibus id universis dictae possessionis incolis ac nostro accedente suffragio .. Agat itaque vestra dignissima ac eximia dominatio in eo negotio secundum officii huius delegati functionem, prout scit et noverit: noster semper aderit assensus; amotum tamen mallemus, quam remittendum. — Braschoviae, ipso die divi Benedicti, anno orbis redemti 1527.

Benkő, Milkovia II. 304. *Katona,* XX. 33—34.

308.

Esztergom, 1527 márczius 22.

András esztergomi prépost Luccai Tamás gyógyszerészt felszólítja, hogy János doctorral együtt dolgait Ferrarában rendben hagyva visszatérjen. Atyafiainak (a gyermekeknek) szigorúan parancsolja meg, hogy szorgalmasan tanuljanak s a gyönyörűségbe merült életet kerüljék.

Egregie domine et amice tanquam frater honorandissime. Scripsi paulo ante per Nicolaum Polonum Dominationi Vestre egregie simul et reverendo domino Joanni doctori, utrique nostrum amantissimo, que tunc scribenda erant. Nunc nihil tale emersit, quod scitu dignum esset, id solum itaque ab Eadem opto, ut quamprimum ad nos una cum domino Joanne doctore rebus istic in tuto relictis revertatur, mandetque pueris meis rigidius, quo potuerit, ut die noctuque studio literario incumbant, et quod discunt, ediscant, memoriamque sedulo exerceant. Nolo autem, ut vitam agant voluptuosam, sed victu necessario, et eo quoque parcissimo contenti sint, cum natura paucis minimisque ali conservarique queat, curent etiam, ut apices

caracterum ameniores, quam hactenus, imitentur. Et eandem Dominationem Vestram egregiam feliciter ad vota valere cupio. Strigonii vigesima secunda marcii 1527.

Servitor

Andreas dd.,

prepositus Strigoniensis m. p.

Kívül: Egregio domino Thome Lucensi Apothecario, domino et amico meo tanquam fratri charissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán veresviasz záró gyűrűpecséttel; csak az aláírás a préposté. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 135.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

309.

Esztergom, 1527 márczius 22.

András esztergomi prépost Wkonius János és Thows Balás atyafiait, a ferrarai gymnasium tanulóit inti, hogy szorgalmasan tanuljanak, magukat jól viseljék, neki pedig gyakran irjanak, mert különben sem ők, sem szüleik semmi jót tőle nem várhatnak.

Charissimi fratres! Rememoremini preceptorum, que sub discessum hinc vestrum vobis exequenda tradideram et ea die noctuque imitari discatis. Nulla pretereat dies, qua non epistolium aliquod quantumlibet pusillum conficeretis, quod discitis, ediscatis, memoriamque in recitandis epistolis Ciceronianis aut poematibus sedulo exerceatis, apices caracterum ameniores quam hactenus, neque pregrandes, ut tu Joannes, neque pertenues et nihili, ut tu Blasi, formare soletis, epingatis. A solatiis vero et vanitatibus, que ad lasciviam homines pertrahunt, prorsus abstineatis. Non enim ob id istuc profecti estis, ut incassum bonas horas et impensam disperdatis, sed ut bonis artibus die noctuque vacetis ingeniaque inculta excolatis. Quod si ab his, que scribo vel latum unguem discesseritis, nihil unquam boni ipsi vel parentes vestri ex me sperare debent. Nec de vita statuve parentum curam ullam habeatis, sunt enim salvi omnes, nihil prorsus incommodi perpessi. Et bene valete crebriusque ad me scribatis, politius tamen, quam hactenus. Strigonii vigesima secunda Martii 1527.

Andreas dd.,

prepositus Strigoniensis m. p.

Kívül: Ingenuis adolescentibus Joanni Wkonio et Blasio Thows studentibus in gymnasio Ferrariensi, fratribus charissimis.

Egy negyedív papir egyik oldalán veresviasz záró gyűrűpecséttel; csak az aláírás a préposté. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. 136.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

310.

Buda, 1527 márczius.

Azon főpapok nevei, a kik János király budai országgyűlésén jelen voltak és az országgyűlésnek Ferdinándhoz intézett (márczius 24-én kelt) levelét aláirták.

«Paulus de Warda Archiepiscopus Strigoniensis, Regni Hungarie Primas, Legatus natus, Summusque Cancellarius Regius etc. Simon de Erdewd Agriensis, Emericus Czybak Waradiensis, Georgius Swlyok Quinqueecclesiensis, Stephanus Podmanyn Nitriensis, Gabriel de Homonna Jauriensis, Joannes[1] Chanadiensis, Stephanus Brodaryth Sirmiensis, et Franciscus[2] Segniensis, Ecclesiarum prelati, necnon Laurentius[3] Albensis, Joannes Statilius Budensis, et Joannes[4] Scepusiensis, Ecclesiarum prepositi.»

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek. I. 127—128.

311.

Buda, 1527 április 1.

János király kéri VII. Kelemen pápát, hogy a Coeliushegyi szent-István-kolostorhoz tartozó házat, melynek jövedelme a kolostorban élő magyar pálosok eltartására szolgált, de a melyet most egy kardinális elfoglalt, visszaadni rendelje.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Dno Clementi VII. Sancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino meo clementissimo.

Post oscula pedum Sanctitatis Vestre beatorum. Beatissime Pater et Dne Clementissime. Declaravit michi fidelis capellanus meus, prior generalis ordinis fratrum Heremitarum beati Pauli primi heremite, in ista Urbe Romana quandam domum monasterii beati Stephani prothomartiris in Celio monte structi, in quo fratres dicti ordinis nationis Hungarice degunt, per quendam ex reverendissimis dnis Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus contra ius et voluntatem eorundem fratrum occupatam esse, ex cuius redditibus eisdem fratribus alias semper vite necessaria suppeditabantur: modo vero adempta domo et emolumentis istinc provenire debentibus retentis denegatisque, futurum esset, ut in ipso monasterio et fratrum numerus et divinus cultus minueretur. Supplicabat itaque mihi Prior generalis, ut Sanctitatem Vestram litteris meis interpellarem, quo fratres ipsi antiqua eorum hereditate uti possint et gaudere. Ego vero, cum hunc Heremitarum ordinem, qui in hoc meo regno ad edificationem plebis christiane sancte ubique vitam agit, charum habeam, ab

[1] Musinai János. [2] Jozefics Ferencz. [3] Krestshmar Lőrincz. [4] Horváth János.

ineunteque etate illi bene affectus fuerim, Sanctitatis Vestre gratiam et opem implorandum non dubitavi, imploroque et supplico, dignetur primum pro laude et gloria omnipotentis Dei, tum mee quoque supplicationis habita ratione, prefatam domum monasterio Celii montis et deinde fratribus heremitis mee nationis reddendam committere, ut hereditatem suam a sanctissimis Pontificibus, Sanctitatis Vestre predecessoribus donatam et concessam quiete possidere, censusque solitos exhinc pro vite sue sustentatione percipere, divino cultui deinde intendere sedulo et diligentius possint; in quo Sanctitas Vestra est factura rem et Deo honorificam et mihi gratam. Quam Deus Maximus pro incremento christiane reipublice diu conservet semper incolumem. Datum Bude prima die Aprilis. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Vigesimo Septimo. Regnorum nostrorum anno primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

Devotus filius

Joannes,

Rex Hungarie manu pp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus primus. Romae 1863. 595. l.

312.

Brünn, 1527 április 11.

Ferdinánd király értesíti Nádasdyt, hogy a zalavári kolostort elfogadja és annak átvételével Graswein Farkast, a stiriai herczegség al-kormányzóját bízta meg.

Ferd. etc.

Venerabilis Egregie fidelis dilecte. Recepimus binas a te litteras, alteras de 22 Martii proxime elapsi, alteras vero de sexta huius scriptas in negotio monasterii Zalawar, super quo mentem nostram ulteriorem scire petis. Significamus ergo tibi, quod deliberavimus hoc idem monasterium acceptare, commisimusque desuper fideli nobis dilecto Wolfgango Graswein vicedomino ducatus nostri Stirie, ut per te certificatus de die cessionis, illud a te per seipsum vel quem ad hoc deputaverit, nostro nomine et ad manus nostras accipiat. Reliquum est ergo, ut eidem vicedomino confestim prenunties diem opportunam, ad quam ipse hoc a te suscipere possit, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Brunne die XI aprilis 1527 regnorum etc. primo.

Legfelül: Nadasdy.

Egy félív papiron fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. ápr. 17.*

Közli: Bunyitay Vincze.

313.

Pozsony, 1527 április 15.

Mária özvegy királyné levele Ferdinánd királyhoz, ki neki a Luther által ajánlott művet testvéri figyelmeztetés kiséretében (ápr. 12. keltezéssel) megküldte. — Köszöni hozzá való szeretetét, mit az által tanusít, hogy figyelmezteti arra, a mi neki benne nem tetszik. Tudhatja (Ferdinánd), hogy ő (Mária) Luthernek meg nem tilthatja, hogy azt ne irja, a mit akar; ha tudna erre módot, szivesen megtenné. Arról azonban biztosíthatja, hogy Luther az említett könyvet az ő tudta és beleegyezése nélkül irta, a mint az előszóból is látható. A mi figyelmeztetését illeti: Isten őrizze, hogy olyasmit tegyen, a mi házuk jó hírnevének árthatna. Reméli, hogy Isten kegyelmével jó keresztény nő fog maradni, mint eddig is volt s ezen hitben szándékozik meghalni.

Monsr lay recust une lettre de vous escripte du 12e davril ensamble ung livre de Lutter dedie a moy et entendu lamonicion que sur ce me faittes. Monsr ie vous remercie tant humblement quil mest posible de lamour que me montres en ce que mavertisses de ce quil vous desplet en moy et vous suplie en ce continuer. Et cant a ceste affaire, certes mons^r^ vous poes bien penser que ne puis deffender au Luter de escripre ce quil veul, soie a mon avantage ou desavantage, come il a fait a biaucop de princes de la chrestiente lesquels le luy non peu deffender, et mesmesment lempereur et vous ne luy poes deffender. Certes mons^r^ cy saroie voie, parquoy luy poroie defender, ie le feroie volentiers: mais de ce vous puyge bien avertir pour vrey, que nay riens seu dudit livret et la escript sans mon sceu et consentement, come aussy par le prologe poes conoistre. A ceste cause mons^r^ ie vous prie de me tenir en ce pour excusee. Touchant que me amones de provoir de telle sorte, que moy et noz maisons demeurent en leur bonne renomee et que par moy ne viennent ors de leur bon renom etc.: a dieu ne plaise mons^r^ que face chose parquoy devoie diminuer la bonne renomee de nozdittes maison, come iespere que iusques a present nay fait et iespere en dieu le tout puisant quil me precervera de ce et me dora la grace que soie et demeure bonne chrestiene tettelle que espere ay este suis et propose a morir en laditte foy, aidant dieu, lequel ie prie a vous mons^r^ etc. doner bone vie et longue.

Gévay, Urkunden und Actenstücke zur Geschichte der Verhältnisse zwischen Österreich, Ungern u. der Pforte im XVI. u. XVII. Jahrhunderte. Wien, 1840. I. 61—62.

314.

Olmütz, 1527 április 19.

Ferdinánd király válasza Mária özvegy királynéhoz. — Igaz, hogy nem tilthatni meg Luthernek, hogy azt ne írja, a mi neki tetszik; mindazáltal reméli, hogy őt (Ferdinándot) Luther sohasem fogja megdicsérhetni azért, hogy tanát, melyet evangeliomnak nevez, elfogadta és oltalmazta. Egyébként nem kételkedik, hogy nővére mint bölcs és keresztény fejedelemnő azt fogja tenni, a mi kötelessége. Csak arra kéri, hogy ama két pontra is legyen gondja, a melyekre levelében nem válaszolt, t. i. ne olvassa Luther kárhoztatott könyveit és vigyázzon környezetére, nehogy e két ok miatt hírbe keveredjék, mintha jó lutheránus volna, a mint ezt sokan csakugyan beszélni kezdik.

Madame ma bone seur humblement et de bon ceur a vostre bonne grace me recomende.

Madame, iay receu la letre quil vous a plut me escripre responsive a la miene, que vous envoiaey avecques le livret de Lutere, et par cele entendu vostre response et ie puis bien penser que nest an vous ne an moy aussy de defendre a Lutere de escripre ce que luy plait, mais iespere que a moy ne me escripra iames livre de louuangies de ce que ie garde et maigtiens sa doctrine, que apele leuangile; toutesfois ie nen dubte point, que vous come saige et cristiene princese vous feres ce que deues faire, comme me escrives. Parquoy ie ne farey grande redite, seulement vous suplier pourveoir aux aultres deux articles, a quoy nay point eu de response, a savoir de lire en ses livres damnes, et aussy de pourveoir a ce, que ceux et celles, qui sont autour de vous, se portent de telle sorte, que par lesdites deux causes ne venes en bruit destre bonne luteriene, comme aulcuns comencent a creindre et a parler, vous supliant me pardoner sy ie fais trop de redites en cestuy afaire, car certes madame ma bonne seur ie ne le fais que mou de bon celle[1] et amour fraternel, et aussy le temps en quoy somes adonne a ce que cescun descharge sa conscience et dieu cest que nia autre cause que le desusdit; et a tant ie prie le createur donner a vous madame ma bonne seur bonne vie et longue. De holmutz le iour du bon vendredy XIXe iour de avril.

Vostre bon et humble frere
Ferdinandus.

Gévay, Urkunden u. Actenstücke stb. id. köt. 65—66.

[1] talán: coeur.

315.

Pozsony, 1527 április 29.

Mária özvegy királyné levele Ferdinánd királyhoz. — Ismétli, a mit előbbi levelében irt, hogy mint jó keresztény kivân élni és halni. Luther iratait régóta nem olvasta, tudtával környezete sem vétett a hit ellen; ha pedig tudtán kivül tett ilyesmit, azért nem felelős. A mi azt illeti, hogy lutheránának mondják, kérdezze meg azoktól, a kik ettől oly nagyon félnek, miben vétett hát az egyház parancsai ellen? Igaz, hogy böjti időben húst evett; de környezete tanuskodhatik, hogy ezt betegség elkerülése végett kényszerüségből tette. Rossz emberek meg akarják közöttük a jó viszonyt zavarni; de ez nem fog sikerülni, mert Ferdinánd nem fog a rágalmazóknak könnyen hitelt adni, ő (Mária) pedig haláláig jó és hív testvére fog maradni stb.

Monsr mon bon seigneur et frere humblement a vostre bonne grace me recomande.

Monsr, iay receu la lettre quil vous a pleu de mescripre du iour du bon vendredi et bien entendu le contenu dicelle. Et quant au primier me remetz a ma response faicte laquelle espere de tenir et estre et demorer avec layde de dieu bonne chrestienne et morir en celle foy. Touchant mons^r^ aux aultres deux articles, desquelz desirez que ie y mettre remede: sur ce mons^r^ vous veul ie bien advertir que il y a longtamps que nay leu aux livres de Lutter. Et veu vostre admonicion me veuls tant plus garder a les lire. Quant a mes serviteurs et servantes qui se doibvent fort mesler de celle affaire: certes mons^r^ quiconques vous a adverty de ce, ie croy quil na pas eu aultre chose afaire; car ie verroie voluntiers celluy, ceulx ou celles, qui poroient dire que avec mon sceu ilz eussent fait chose contre nostre foy, et se il y a quelcun qui de ce me veulle inculper, ie vous suplie de men avertir, affin que de ce me puisse excuser; silz ont fait quelque chose sans mon sceu, de ce ne veulx pour eulx respondre, mais ie vous suplie mons^r^ de me advertir qui doivent estre ceulx, affin que sy ilz nen sont coulpables, ilz se peussent excuser. Mais veu mons^r^ que mescripuez que aucuns craindent et parlent que doy estre luterienne, il me samble quil est necessaire que sur ce ne me taisse; et pour ce vous suplie de vous enquerre a ceulx qui de ce prendent sy grant crainte, quelle chose iay fait que ne doit faire une bonne chrestienne et selon ce que leglise a ordonnee, excepte que iay menge char en caresme? Mais par ce ne pense pas avoir rompu celle ordonnance; car ie me remes a ceulx qui ont este entour de moy, sy nay este contrainte a ce faire sy iay voulu eschapper une bone maladie, de laquelle ne say sy suis eschappee ou non. Mais ie pense mons^r^ que lennemy de tout bien, lequel est aussy

pere de discorde, voit la bonne amour qui est entre nous, na peu laisser denuoier ses bons et leaulx serviteurs, lesquelz sont estez fort dilligens en son commendement pour essayer se il porroit rompre ladite amour par ce moien. Mais iespere en dieu, que son entreprise ensamble celles de ses leaulx et dilligens serviteurs ne sortira effect; car ie ne doubte nullement en vous que ne seres pas legier a croire malvaises langues desquelles il y a beacop au monde, ce que vous suplie de faire: et quant a moy, ie vous promes mons[r] que veulliez ou ne veulliez, ne me trouverez aultre que bonne et lealle seur iusques a la mort, aidant dieu. Je vous suplie aussy mons[r] de pas penser que vous escrips ce que dessus en prendant en mal ce que mescripuez; car certes ie congnoy que en ce me faictes fort grant plaisir et honneur, de quoy ne vous say assez humblement remercier, et vous suplie dicy en avant, quant vous arez quelque malveillance vers moy, men advertir, iespere de me excuser de telle sorte que ne connoitres iamais que vous donne vraye ocasion a vous mal contenter de moy, mais ie vous prie aussy de pas croire de legier ce que on vous raporte de moy, car iespere que pooez congnoistre sy ie vous desire a complaire et servir; toutesfois mons[r] nay pas voulu laisser de vous escripre ce qu ay eu au ceur, car il me samble que entre frere et seur ne doit estre aulcune dissimulacion. Et sur ce fay fin, priant nostre seigneur vous donner bonne vie et longue. De presbourg ce 29[e] davril anno 1527.

Vostre humble et obeissante seur

Marie.

Gévay, Urkunden und Actenstücke etc. Wien. 1840. I. 68—69.

316.

Veszprém, 1527 május 5.

«Nicolaus de Petthry Dei gratia Episcopus Nandoralbensis, suffraganeus et vicarius ecclesie Wesprimiensis generalis» megparancsolja «de Chege, de Thard, de Berkees, de Fyred, de Alberthy, de Fyred (így) et de Chygeth ecclesiarum parochialium plebanis», hogy Egresi Deák Antalnak az egresi három templomatya (vitrici ecclesie parochialis ss. Kozme et Damiani de Egres) ellen folytatott perében május 15-én a tanukat hallgassák ki arra nézve, van-e joga Deák Antal családjának az egresi egyházban temetkeznie, mert a templomatyák ezt nem akarták megengedni. Irt ez ügyben 1525-ben «Benedicto plebano de Warda» is.

Vicarius Vesprimiensis de iure sepulturae in ecclesia Egresiensi familiae Deák (Litteratus) competenti inquiri iubet.

Eredetije a veszprémi kápt. mag. lt. capsa 109. misc. nr. 84. V. ö. u. o. 81, 82, 83.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

317.

Alberti, 1527 május 14.

A csigeti és füredi plébánosok jelentése az egresi egyházba való temetkezésről.

«Ladislaus plebanus de Chygeth, Paulus plebanus de Fyreed» referunt Vicario Vesprimiensi fassiones testium: «Nobilis Laurentius Hamor de Chigeth annorum LXX... fassus est... quod ipse scit semper predecessores et progenitores ipsius Anthonii litterati in ecclesia parochiali de Egres libere, sine solutione pecuniaria sepultos fuisse. Hiis sic habitis eodem die providos Thomam Kethen ac Joannem Juthaÿ et alterum Joannem Jona vitricos eiusdem ecclesie de Egres in vestre dominationis citavimus presentiam»...

Eredetije a veszprémi kápt. orsz. lt. capsula E. nr. 93.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

318.

Boroszló, 1527 május 15.

Ferdinánd király meghagyja Horváth Gáspárnak, adná tudtára Czibak Imrének, hogy ha irányában jól és híven viseli magát, váradi püspökségét illetőleg nincs miért kétségeskedjék.

Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Accepimus litteras tuas de septima huius, quibus intelleximus abunde, qua cura diligentiaque res nostras complectaris. In quo nobis plurimum satisfecisti, gratissimum itaque nobis fuit, quod ad nos animum et intentionem reverendi Emerici Czibak Episcopi Varadiensis scripsisti, placuitque consilium tuum ac protinus nostro nomine gratiosas litteras fieri iussimus tam missivas quam patentes in personam eiusdem, uti petebas, et sicut ex inclusa copia videbis, quas apud te servabis, nec servitori ipsius consignes, sed ostendas saltem, ut Emerico prefato nuntiare possit, quod si se bene et fideliter erga nos, uti speramus, gesserit, nihil de episcopatu suo dubitandum fore, easque illi posthac, quum necessarium esse putaveris, transmittere poteris. Negotium vero istud in occulto tenebimus, nam nemini secretariorum, nisi fideli, quicquam ea de re communicavimus, de quo eundem Emericum avisabis, facturus interea, uti soles, ea, que fidelitati tue conveniunt, sicut etiam in te gratiose confidimus, et pariter erga te

tuosque clementer recognoscemus. Datum Vratislavie die 15 Maii 1527. Regnorum etc. primo.

Legfelül: Caspari Horwath.

Egy félív papiron fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. május. 36.*

Közli: Bunyitay Vincze.

319.

Boroszló, 1527 május 15.

Ferdinánd király biztosítja Czibak Imre váradi püspököt, hogy ha hű lesz hozzá, a püspökséget nem fogja tőle elvenni, sőt hajlandó őt még nagyobb kitüntetésekben részesíteni.

Ferdinandus etc. Reverende devote fidelis dilecte. Ex litteris magnifici fidelis nobis dilecti Casparis Horwath de Vingarth, dapiferorum regiorum magistri, intelleximus, quo animo et studio quaque affectione nos prosequaris et quam propenso animo nobis obsequia tua obtuleris, quod equidem a te grato clementique suscipimus animo. Quamvis itaque supervacaneum esse arbitremur, ut te ad res nostras cum fovendas tum promovendas instigemus, qui eas te sponte tua curaturum receperis, nihilominus te studiose requirere ac hortari voluimus, ut quo cepisti animo, res nostras imo iura nostra manifestissima, que versus Hungarie regnum habemus, fovere et promovere ac in recto tuo erga nos officio permanere velis, quo facto nostram omnino gratiam amplissimam demerebere, dabisque nobis ansam, ut nec episcopatum a te auferamus, nec alias tibi adversemur, sed potius nostra parte ad maius tui ornamentum et emolumentum inclinemur, quod indubie fiet, ubi, sicut speramus, ea, que petimus, debite perfeceris. Hoc te pro nostra in te gratia et favore latere noluimus. Datum Vratislavie die 15 Maii 1527. Regnorum etc. primo.

Legfelül: Cziback Emerico episcopo Varadiensi.

Egy félív papiron fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. május. 15.*

Közli: Bunyitay Vincze.

320.

Buda, 1527 május 18.

János király megparancsolja a pannonhalmi főapátnak és perjelnek, hogy a kapornaki apát és Pannonius Mihály közt folyt pert a királyi udvarba tegyék át.

Commissio propria domini regis.

Joannes... Hungarie... rex... religiosis fratribus Matheo abbati ac Alexandro priori et conventui ecclesie sancti Martini sacrimontis Pannonie salutem... Exponitur Maiestati nostre in persona... fratris Anthonii abbatis... de Kapornak, qualiter in congregatione seu conventu generali... fratrum ac abbatum totius ordinis vestri pro festo annuntiationis... Marie... apud vos celebrato iidem abbates... ad quasdam litteras nostras preceptorias per egregium Michaelem doctorem Pannonium Wÿenne commorantem pro sui parte extractas et ex voluntate tua, Matheus abbas, ad instantiam eiusdem Michaelis doctoris ratione quorundam centum et triginta florenorum prefato exponenti talem fecissent iudiciariam deliberationem, quod prefatus exponens in Dominica «Misericordia Domini» tunc proxime ventura, nunc vero preterita, hoc et id, quod scilicet predictos centum et triginta florenos ad litteratoriam commissionem prefati Michaelis doctoris egregio condam Gregorio de Sÿthke idem exponens plenarie persolvisset, coram vobis in conventu vestro comprobare deberet et teneretur... Licet adveniente prescripta die... prefatus exponens... prescriptos centum triginta florenos... plenarie persolvisse tum litteris ipsius Michaelis doctoris, tum vero legitima fassione egregii Andree de Sÿthke, filii memorati condam Gregorii... comprobasset, tamen tu Alexander prior, quem tu Matheus abbas, in absentia, ut dicitur, vestra causa in premissa in persona vestra reliquissetis... aliud quoddam privatum fecisses... Itaque... fidelitati vestre... mandamus, quatinus, causam eandem... in curiam nostram... transmittere tenearis. Datum Bude Sabbato proximo post festum beate Sophie vidue anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. A. nr. 22.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

321.

Kassa, 1527 május 23.

Henckel János kassai plébános levele Hess János boroszlai plébánoshoz. — Udvarias szólamok előrebocsátása után értesíti, hogy az evangeliom ügye kevésbbé kedvezően halad előre Magyarországon s hogy a súlyos házi gondok miatt igyekszik plebániai állásától szabadulni.

Graciam et pacem a Domino, vir modis omnibus optime. Venit ad nos Magister Achatius Oppavianus ecclesiastes, tuas ad se mihi legendas exhibens, in quibus cum honorifica mei nominis mencione petis, ut tuis mihi verbis salutem imperciat. Miranti, cur tantus a viro tanto honor haberetur ignoto et, quacunque estimes parte, pusillo: in mentem venit syncerę charitatis fęcunditas, quę undecunque potest, amicos suscipit et parit. Et quanquam iam dudum captarim occasionem, ut ad te scriberem, imo te viderem, audirem et noscerem propius, tamen quando neque illud sineret meus pudor, neque hoc mearum rerum racio ferret, fruar interim hoc bono, quod in Hessi amiciciam vel nunquam visus veni, summę deinde felicitatis loco habiturus, si me litteris tuis confirmare dignatus fueris. De rebus, que proprię nostrę sunt, quid ad te scribam potissimum? Palam est, quam parum prospere procedat in Hungaria negocium evangelicum, hijs passim, qui modis omnibus promovere debebant, aperto marte obstantibus, nullibique non omnia turbantibus monachis, quibuscum mihi perpetua est lucta. Rogabis Dominum, ut illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Sunt privata quędam, quę me valde angunt, nempe domus et familię nimis quam magna et importuna cura, quę mihi functionem hanc valde odiosam facit, unde factum, ut sępe tentarim hoc iugum excutere, quod an bona conscientia possim, mihi dignaberis indicare. Litteras, si quas, ut spero, mittis, domino Antonino[1] Doctori medico, aut domino Michaeli Spys[2] Cracovię reddi curabis, hij enim mox, vt acceperint, huc transferendas dabunt. Librorum bonorum et novorum indicem una expectabo. Dominus tecum. Ex Cassovia 23 die Maÿ: Anno Christi 1527.

Joannes Henckel,
parochus Cassowien.

[1] Joannes Antoninus Cassoviensis. Lásd f. 226. sz. a.

[2] Spiess Mihály Lőcséről, krakai kereskedő. *Wagner,* Analecta Scepus. II. p. 182.

Kívül: Docte pio et pie docto domino Doctori Joanni Hesso ecclesię dive Magdalenes Wratislaviensi parocho, domino et amico in Christo observando.

Wratislavie.

Eredetije a boroszlai városi könyvtárban, Rhediger-féle levélgyűjtemény, V. 87. — Közölte: Dr. *Bauch* Gusztáv, Történelmi Tár 1885. évfolyam 351—352. lap.

322.

Buda, 1527 június 1.

János király meghagyja Podmaniczky István nyitrai püspöknek, hogy a nyitraiakat kiváltságaik és szabadalmaik ellenére ne zaklassa.

Johannes — fideli nostro, Reverendo D. Stephano Podmaniczky de Podmanyn, Episcopo Ecclesie Nitriensis salutem et gratiam. Ex gravibus querelis fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum iudicis ac iuratorum civium et universitatis incolarum et inhabitatorum civitatis nostre Nitriensis, Maiestati nostre in eo porrectis, intelleximus admodum displicenter, quod quamvis eadem civitas nostra Nitriensis, consequenterque incole ac inhabitatores eiusdem, a divis condam regibus, predecessoribus scilicet nostris, immo etiam a Maiestate nostra vigore certarum litterarum exemptionalium et privilegialium libertata exemptaque et supportata fuerit: tamen vos, nescitur, unde moti, eosdem exponentes contra eiuscemodi perogativas, libertates, exemptionesque et immunitates ipsorum multis et variis impedimentis oppressionibusque et taxationibus pariter et gravaminibus ab eo quasi toto tempore, quo vos in Episcopatum Nitriensem concessissetis, afficere non cessassetis, prout non cessaretis etiam modo, in eorundem exponentium preiudicium et dampnum derogamenque prerogative, libertatis ac immunitatis evidentissimum... Proinde fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus acceptis presentibus et rebus sic, ut prefertur, stantibus seque habentibus, prenarratam civitatem nostram Nitriensem.... amodo inposterum in nullo impedire, turbareque et gravare, aut ad exhibenda servitia tolerandosque labores, signanter autem ad educillationem vinorum vestrorum, prout hactenus vos facere consuevisse intelleximus, quovis modo artare cogereque et compellere minime audeatis. — Datum Bude, Sabbato proximo post festum Ascensionis Domini, anno Eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Katona, XX. 72—75.

323.

Kassa, 1527 június 8.

A kassai domonkosrendüek ujfent 65 forintot vesznek kölcsön a kassai tanácstól.

Anno Domini 1527. die 8. Junii.

Nos fratres Georgius Illiricus, prior conventus beatissime virginis Marie Cassovie fundati, necnon Gregorius Transsilvanus, sacre theologie humilis professor ac predicator conventus iamdicti ordinis predicatorum. Accepimus mutuo ab insigni senatu pro vinearum conventus cultura fl. 32 in moneta bona; demum et pro expignoratione argentee crucis eundem senatum dedisse fl. 33, quibus et ipsis conventus supradictus debetur; postremo et anno 1525 idem consulatus tribuit, et hoc mutuo, fl. 50 pro prefatarum vinearum cultura, tempore fratris Jacobi prioris predicti conventus. Quibus omnibus nos obligatos fore astruimus prenominato dominio. In quorum fidem presentes sigillo nostri conventus roborandas duximus. Datum die et anno, ut supra.

Summa fl. 100 et 15.

Alján tojásdad pecséttel. — Kassa v. lt. 19209. sz.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

324.

Szomszédvára, 1527 június 24.

Désházi (Szilágyi) István, neje Lendvai Bánfy Anna és anyósa néhai Lendvai Bánfy János özvegye, Henning Margit a bosnyák ferenczrendüek számára Berdoveczen (Brdovecz) új kolostort alapítanak s azt javadalmazzák.

Nos Stephanus Zylagy de Deeshaz Liber Dominus et Comes perpetuus de Zomzedwara et Zelyn ac Margaretha Hennyngh, Relicta quondam Magnifici Domini Joannis Banffy de Alsolindwa et Anna Banffy consors nostra charissima memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, qualiter nos recenti memoria animo frequenter revolventes, quod vita hominis sit brevissima et que quis seminaverit in presenti vita, in futura habet et metet, de communi igitur consilio, matura deliberatione, unanimi voluntate predicte domine Margarethe matris nostre et domine Anne consortis nostre charissime pro augmento divini cultus et ob refrigerium animarum predecessorum nostrorum, ad

laudem et gloriam omnipotentis Dei et gloriosissime Virginis Marie, Patrone nostre, nec non Sancti Francisci, cuius patrocinio speramus adiuvari, unum claustrum in dominio nostro, videlicet in sancta Goricza, pertinentie Zomzedwara, Fratribus provincie Bozne, ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum nostris proprijs sumptibus et expensis construere et edificare seu construi et edificari et in eodem ipsos Fratres decrevimus intronizare, pro eo potissimum, quia fratres dicte provincie in Regno Croatie continua Turcarum incursione plurima monasteria amisissent, et ut ipsi fratres perpetuis futuris temporibus pro felici statu faustaque conservatione et animarum nostrarum nostrorumque predecessorum salute tanto ferventius et devotius Dominum sint obligati exorare, quanto potiora et ampliora beneficia a nobis se cognoverint percepisse. Ut autem ipsum claustrum comodius construi et edificari ac in eodem Fratres conservari possint, quandam villam nostram Therzthenyk vocatam, de novo populatam cum omnibus et singulis proventibus nobis et castro nostro de eadem villa provenientibus, provenire debentibus cuiusvis nominis vocabulo vocitatis ad dicti claustri constructionem et edificationem et dictorum Fratrum manutentionem et conservationem deputavimus, decidimus et consignavimus, ac sic deputatam, decisam ac et consignatam fore decrevimus tamdiu, donec prefatum claustrum cum omnibus necessariis officinis et aliis oportunis edificiis perfecte fuerit constructum et edificatum. Preterea pro predictorum Fratrum eficaciori conservatione de possessione nostra Berdowez nuncupata de propria nostra agricultura videlicet vini, tritici, avene, milii, ordei, siliginis et surgenis iustas decimas futuris perpetuis temporibus extradari et pleno cum effectu administrari et liberam sextis feriis in nostris locis et fluminibus piscaturam concedimus, ac omnia sic deputata concessa fore declaramus. Quocirca omnibus successoribus nostris futuris et officialibus eorundem strictissime observare precipimus et mandamus sub interminatione districti examinis et iudicii omnipotentis Dei. In quorum omnium fidem et testimonium has nostras patentes litteras sigillo nostro secreto communitas iussimus fieri et consignari. Datum in castro nostro Zomzedwara feria secunda infra octavas sacratissimi corporis Christi, anno salutis millesimo quingentesimo vicesimo septimo.

I. Ferdinánd 1535. nov. 21. átiratából. Ennek eredetije a *bécsi cs. és kir. házi stb. levéltárban*.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

325.

Bécs, 1527 július 5.

Ferdinánd király Peregi Albertet azon esetre, ha Gerendy Miklós nagyobb javadalomra előmozdíttatik, annak helyébe fehérvári őrkanonoknak kinevezi.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungarie, Bohemie... memorie commendamus, quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri nobis dilecti, Venerabilis et Egregii Alberti de Pereg, Secretarii Palatinalis... eidem... beneficium custodie ac canonicatus et prebende in ecclesia Albensi, dum et cumprimum fidelem nostrum, Venerabilem et Egregium Nicolaum de Gerend modernum eiusdem possessorem in maius aliquod beneficium transtulerimus, auctoritate iurispatronatus nostri... donamus et conferimus presentium per vigorem... Datum in civitate nostra Vienna feria sexta proxima post festum Visitationis Beatissime Virginis Marie anno Domini MDXXVII. Regnorum vero nostrorum predictorum anno primo.

Papir, egyszerű fogalmazat vagy másolat pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 13.*

Közli: Bunyitay Vincze.

326.

Bécs, 1527 július 11.

Ferdinánd megerősíti Mária özvegy királyné azon 1526 október 25-én kelt levelét, melylyel e királyné a pécsi kisprépostság kegyurasságát Báthory István nádornak adta.

Ferdinandus rex litteras, quibus Maria regina iuspatronatus praepositurae minoris Quinqueecclesiensis Stephano Báthory Palatino contulit, acceptat.

A jászai konvent 1533. aug. 24-iki átiratában. Ennek eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában f. F. nr. 13.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

327.

1527 július 12.

Ujvári János esztergomi kanonok kötelezi magát, hogy a király kanczellárjának és a kanczellária tisztviselőinek öt rajnai forintot fog fizetni kanczelláriai díj fejében, de csak akkor, amikor a nyitrai főesperesség tettleges birtokában lesz.

Ego Joannes de Novocastro Presbyter, Canonicus ecclesie metropolitane Strigoniensis confiteor me teneri et obligatum fore

Magnifico Dominis Cancellario et officialibus cancellarie Regie Maiestatis Hungarie et Bohemie etc. in summa quinque florenorum Renensium, et hoc ratione taxe quarundam litterarum Regie Maiestatis super donatione Archidiaconatus Nitriensis in dicta ecclesia Strigoniensi mihi per Suam Maiestatem gratiose facta a dicta cancellaria emanatarum, quam quidem summam promitto, prius tamen habita possessione dicti Archidiaconatus, et non aliter, eisdem Dominis realiter et cum effectu persolvere, teste meo manuali cirographo hic apposito. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, die vero Veneris duodecimo mensis Julii.

Idem Joannes de Novocastro
qui supra, manu propria.

A kelet helye hiányzik; egy negyedív papir egyik oldalán, egészen egy kéz írása. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. Nachtrag II. 13.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

328.

Buda, 1527 július 13.

János király a kapornaki, bakonybéli és zirczi apátokra 100 gyalogkatona fizetését rója ki.

Comissio propria domini Regis.

Joannes... rex Hungarie

... Deliberavimus, ut pro tutela et defensione castri nostri Wesprimiensis tu unacum abbatibus de Kapornak, Beel et Chyrcz contribuas ad solutionem centum peditum, conducendorum per fidelem nostrum magnificum Franciscum de Bodo capitaneum nostrum, ita ut quilibet vestrum solvat iuxta numerum colonorum suorum ea lege, ut deinceps vestri iobagiones id vobis restituant. Quare committimus tibi, ut quidquid ad portionem tuam iuxta limitationem ipsius capitanei nostri venerit, id totum mox solvere debeas. Alioquin commisimus eidem capitaneo nostro, ut, si id facere nolueris, omnibus remediis te cogere debeat... Propter solutionem autem ipsorum centum peditum ad duos menses volumus, ut vestri iobagiones non cogantur pro hac vice ad militandum. Datum Bude in festo s. Margarete 1527.

Kívül: Venerabili... Jacobo Abbati de Beel.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban, c. 42. I. O.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

329.

Bécs, 1527 július 17.

Ferdinánd király biztosítja Gerendy Miklóst, fehérvári őrkanonokot, hogy mihelyt az országot birtokába veheti, azon püspökséget, mely azon javadalom vagy püspökség után, melyre Maczedóniay Lászlót, a pécsi prépostot kinevezendi, jövedelmeire nézve az első leend és jogosan és tettleg üresedésbe jő, neki fogja adományozni.

Ferdinandus etc. memorie commendamus... quod nos consideratis virtutibus, prestantique eruditione atque benemeritis fidelis nostri Egregii Nicolai Gherend Custodis Albensis.. eundem hoc modo assecurandum et certificandum, ipsique promittendum in verbo nostro Regio duximus: quod postquam Dei auxilio possessionem prefati Regni nostri Hungarie, ad cuius regimen et gubernacula nutu divino electi sumus, adipiscemur, statim eundem Nicolaum ad eum episcopatum, qui post beneficium seu episcopatum illum, quem Reverendo Ladislao de Macedonia Preposito Quinqueecclesiensi in eodem Regno nostro Hungarie daturi sumus, proventibus et emolumentis primus erit, de iureque ac de facto vacaverit, authoritate iurispatronatus nostri... eligemus et nominabimus... Datum Vienne XVII. Julii 1527. Regnorum nostrorum primo.

Hivatalos fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 77.*

Közli: Bunyitay Vincze.

330.

Gyulafehérvár, 1527 július 18.

Gosztonyi János erdélyi püspök a szász papság képviselőinek előtte való megjelenését Nagyboldogasszony utáni negyednapra halasztja.

Venerabiles in Christo nobis charissimi. Accepta supplicatione nomine vestro in facto evocationis ad comparendum nobis porrecta, nosque erga vos pietate, gratia et clementia moti, propter instantes ferias quadragesimales (?), quibus vos et vestrum quemlibet diligenter occupatum intelleximus, causam evocationis et personalis comparitionis aliquorum certorum et principaliorum ex vobis ad quartam diem festi Assumptionis Virginis gloriose nunc venturi duximus prorogandum atque prorogamus, cupientes obedientiam vestram, ad quam nobis obligatos esse precognoscimus, exhibere, ostendere, et proinde volumus et sub penis in prioribus litteris nostris

iniunctis committimus, quatinus die ipsa quarta festi prenotati coram nobis duo, tres vel quatuor ex vobis nominatiores, ad causam totius universitatis faciendam comparere debeant et teneantur. Ex castro nostro Albensi in crastino festi Beatorum Andree et Benedicti. Anno Domini 1527.

Johannes Gosthon,
Episcopus Transylvanus.

P. S. Volumus autem, ut commissionem nostram litteratoriam super solutionibus fiendis factam nobis in specie ad terminum predictum producere et exhibere debeatis.

Haner után helytelen keltezéssel *Fabritius,* Urkundenbuch zur Geschichte des Kisder Kapitels. 183—184.

331.

Bécs, 1527 július 29.

Ferdinánd király Podmaniczky István nyitrai püspöknek megbocsátja, hogy néhány hóval előbb Zápolyai Jánost megkoronázta.

Ferdinandus Dei gratia Hungariae etc. Rex, etc. Notum facimus... quod quum Reverendus, devotus — Stephanus Podmaniczky, Episcopus Nitriensis, Maiestati nostrae exponi fecerit, se accepisse, nos eidem indignari ob id maxime, quod Joannem, comitem Scepusiensem, quondam vaivodam Transilvaniensem, superioribus mensibus in assertum Hungariae regem coronaverit; ipse vero episcopus asserat, se ab eodem comite vocatum: et quum inibi comparuisset, discedere non potuerit, nisi eidem comiti in his, quae petebat, morem gereret, aut vitae suae discrimen subiret; huius ergo sui commissi veniam petens, — supplicaverit, ut eum ab omni culpa, quam propterea commeruisset, absolvere et liberare, eique clementiam nostram impertiri dignaremur, maxime, quum de praesenti iuri et electioni legitimae, quae de persona nostra Posonii facta est, sponte accesserit: — idcirco nos Ferdinandus, rex ante dictus, relatione praefati episcopi, et causis — bene perpensis — eidem episcopo culpam omnem — remisimus et condonavimus. Datum in civitate nostra Viennae, die 29. mensis Julii, anno MDXXVII.

Pray, Specimen Hierarch. Hung. I. 126. *Katona,* XX. 77.

332.

Buda, 1527 augusztus 20.

Ferdinánd király terjedelmes és kimerítő rendelete Luther, Carlstadt, Zwingli, Oecolampadius s bármely más hitújítók bármi szín alatt való követése ellen. A rendeletet a legközelebbi tíz év alatt karácsony és husvét ünnepén a szószékből az egész nép előtt minden papnak fel kellett olvasni.

Singreniusnál nyomtatott eredeti példányok: Bécsi cs. és kir. családi könyvtár. Alsóausztriai tartom. levéltár. — Egész terjedelmében kiadva: *Raupach*, Evangelisches Oesterreich. Hamburg, 1741. II. Rész: Nützliche Beilagen. 60—68. l. Kivonatban: *Ribini*, Memorabilia aug. conf. in Hungaria I. 21—22. Egy része magyarul: *Révész* Imre, Dévay Biró Mátyás életrajza és irod. művei. Pest, 1863. 24—26.

333.

Pest melletti tábor, 1527 augusztus 23.

Ferdinánd király meghagyja Batthyányi Ferencznek, hogy Tótország főpapjait és főrendeit iránta való hűségre és engedelmességre szorítsa, Frangepán Kristóf grófot, ha fellázadna, az országból kikergesse, ezért neki a belikei (velikei) kastélyt, a zágrábi püspökségnek — míg adósságait letörleszti — átengedését és több más birtokot a sajátjából igérvén.

Ferdinandus etc. Recognoscimus per presentes, quoniam spectabili et magnifico fideli nobis dilecto Francisco de Bathian commisimus, ut prelatos, proceres, nobiles, incolas et inhabitatores regni nostri Sclavonie nobis fideles et obedientes reddat, Comitemque Christophorum de Frangepanibus (si se rebellem et inobedientem exhiberet) ex eodem regno expellat. Quatenus igitur Franciscus antedictus premissa adimpleverit, sicut se facturum promisit, extunc eidem Francisco in verbo nostro Regio promisimus, sicut tenore presentium promittimus, quod eidem castrum Belikhe, si scilicet prefatus Comes Christophorus se inobedientem exhibuerit, gratiose conferemus. Eidem etiam episcopatum Zagrabiensem, si ipsum occupaverit, dimittemus et relinquemus, donec de universis debitis suis contentatus fuerit et satisfactus, castrum quoque Wazan, quod a Serenissimo quondam domino Ludovico Rege Hungarie et Bohemie fratre et sororio nostro charissimo felicis recordationis obtinuit, dimittimus et simul eundem in universis bonis ei per Johannem Comitem Scepusiensem quondam Waywodam Transylvaniensem datis relinquemus et conservabimus. Pro loco vero Thokay aut Scepusio, per eum petitis, quum neutrum istorum pronunc illi dare

aut consignare possimus, eidem Francisco bona equivalentia unius ipsorum locorum, cum scilicet ad nos et nostram collationem devoluta fuerint, dabimus et clementer conferemus, dolo et fraude remotis. Harum testimonio etc. Datum in Castris nostris ad civitatem nostram Regiam Budensem infra Pest positis die XXIII. Augusti 1527.

Legfelül: promissio pro Bathian.

Egy félív papiron fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. aug. 129.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

334.

Bécs-Ujhely, 1527 augusztus 31.

Mária királyné kéri fivérét Ferdinándot, hogy gyóntatóját, kit a király távollétében esztergomi kanonoknak kinevezett, ezen kanonokságban megtartsa.

Serenissimo Principi Domino Ferdinando Dei gratia Regi Hungarie... Maria eadem gratia Hungarie et Bohemie etc. Regina... Contuleramus Magistro Gaspari Capellano et Confessori nostro, dum adhuc Maiestas Vestra Prage esset, canonicatum quendam in ecclesia Strigoniensi, per mortem Magistri quondam Nicolai Endredy tunc vacantem, super qua donatione littere etiam nostre sunt emanate; rogamus igitur Maiestatem Vestram: velit ipsum Magistrum Gasparem Capellanum nostrum penes donationem nostram in ipso canonicatu Strigoniensi conservare... Datum in Nova Civitate Austrie ultimo Augusti anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Eiusdem Serenitatis Vestre

Maria m. p.
obediens soror.

Nicolaus Olah,
Secretarius.

Papir, veresviasz zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 146.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

335.

Neustadt, 1527 szeptember 6.

Mária királyné kéri fivérét Ferdinándot, hogy titkárát, Oláh Miklóst hű szolgálataira való tekintetből, annak távollétében is, idő és alkalom adtán előmozdítani kegyeskedjék.

Serenissimo Principi Domino Ferdinando Dei gratia Regi Hungarie... Maria eadem gratia Hungarie et Bohemie etc. Regina... Licet nihil dubitemus Maiestatem Vestram eorum servitiorum, que fidelis noster Venerabilis et Egregius Nicolaus Olah secretarius noster in hiis, quibus oportuit rebus et Maiestati Vestre et nobis diligenter et fideliter servivit, esse bene memorem; tamen cum idem ea, qua debet, diligentia et fidelitate in dies nobis serviat: existimamus nostre esse partis, si in ipsius negotii commendationem ad Maiestatem Vestram aliquid daremus litterarum. Rogamus igitur Maiestatem Vestram plurimum: velit nostre imprimis petitionis, deinde servitiorum ipsius secretarii nostri, qui hic quoque Maiestatis Vestre est servitor, intuitu promotionem ipsius etiam absentis, dum tempus est et occasio, iuxta gratiosam Maiestatis Vestre ei per litteras factam assecurationem, cure habere et facere, ut sibi in servitiis nostris, que Maiestatis Vestre esse iudicamus, constituto gratiam et benevolentiam eiusdem presto fuisse intelligat, quod erit nobis gratissimum. Maiestatem Vestram felicissime valere... Datum in Nova Civitate Austrie sexta Septembris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Ez alatt a királyné saját kezétől:

Je vous suplie monssigneur davoir ledesusdit pour recommande en son affaire.

Votre humble et obeyssante
seur *Marie* r. h.

Papir, nagy kerek zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 48.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

336.

Gyulafehérvár, 1527 szeptember 19.

Gosztonyi János erdélyi püspök értesíti a szász papság főddékánját, hogy a szász plébánosokra kirótt adó ügyében, bár mind a királynál, mind az

al-vajdánál közbenjárt, eddig semmit sem tudott kieszközölni. Egyúttal megtiltja, hogy híre-tudta nélkül az utóbbinak bármit is beszolgáltassanak.

Venerabilis nobis sincere dilecte. Ex parte presentis taxe ab dominis plebanis Saxonibus expostulate, licet iam pridem apud Regiam Maiestatem certum per nuncium studiose ac diligenter laboramus, vestre cupientes consulere immunitati, nullam tamen adhuc relationem habemus. Sed nec ab ipso domino Nicolao Macedonyay Vice-Wayvoda Transsilvano, quocum iam et coram et per litteras sepius eadem ratione egimus, sed transigere nichil adhuc potuimus. Qui si etiamnum vos urgere non cessat et instat, rogamus, et nichilominus serie presentium vobis et vestrum cuilibet in virtute salutaris obedientie et sub excommunicationis pena firmissime precipientes committimus ac mandamus, ne sine scitu et nutu nostro maturaque deliberatione quicquam eidem contribuere debeatis neque presumatis. Ex Alba Julia feria quinta proxima post festum Exaltationis Sancte Crucis 1527.

Johannes Gosthon,
Episcopus Transylvan.

E levél Lukács berethalmi plébánoshoz volt intézve. *Haner* (Miscellanea I. 177.) után közölte *Fabritius,* Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 182—183.

337.

Eger, 1527 szeptember 21.

Török Bálint értesíti bethlenfalvi Thurzó Eleket, hogy a vajda emberei tályai táborukból nagy lármával a horvátokra rontottak, de nagyobb kárt nem tettek bennök. Máté apostol előünnepén Egert feladták. A német katonák a meghódolt helyeken is a templomokban, városokban, birtokokban iszonyú pusztítást tesznek, embereket kifosztanak, összevagdalnak; kéri tehát, figyelmeztesse a királyt, hogy az általa elfoglalandó országot pusztítani ne engedje.

Magnifice Domine et Pater observande. Post servitiorum meorum exhibitionem. Litteras Magnificentie Vestre intelleximus, ubi inter cetera scribit nobis Eadem, ut nova Vestre Magnificentie scriberemus. Alia pronunc scribere non possumus, nisi feria quarta ante Mathei in conticinio noctis Wayvodani ad castra prope possessionem Talya metata in Croacos irruerant, ibique clamores et insurrectiones fecerunt; tamen aliquod maius fecisse non intelleximus. In vigilia Mathei Apostoli Agriam dediderunt, nunc autem sub Agria sumus, Tamen quomodo vivimus, et hoc Vestra Magnificentia intelligat. Omnes possessiones, ad quas via transducit, civitates etiam illas,

que sese subiugant, Lanczkenethy, ecclesias frangunt, calices abducunt, Corpus Christi et vasculum divinum terre calcitrant, possessiones, civitates in predam publicam proiiciunt, a mulieribus et virginibus vestes spoliant in tantum, ut nudas eas reliquant; sacerdotes, aliis manus, aliis pedes amputant et eos spoliant; ubicunque vero victum invenire poterunt, nullum pro eis obolum dabunt, ita quod nobis Hungaris fame mori oportet. Quamvis Capitaneis satis, superque conquesti sumus, tamen nullum adhuc ex eis pro tam immanissimis facinoribus verberatum vel interfectum vidimus; ad tantum res devenit: magis coram nobis auffugiunt quam coram Thurcis, non quod victum ad castra adducerent. Quare rogamus Vestram Magnificentiam causa Dei omnipotentis: velit Regie Maiestati dicere, ut sua Maiestas tanta mala facere non pateretur, nam Sua Maiestas ad hoc Regnum hac causa venit, ut Regnum sibi vendicaret et non spoliaret; nam si hanc particulam terre, que nondum est desolata, depredari facit: ignoramus, unde Sua Maiestas proventum habebit. Alioquin vero certus sit Magnificentia Vestra, ut omnes, quotquot sumus Hungari, castra ista statim amittemus et insurgemus, erga Suam Maiestatemque veniemus, non enim quod tanta male facere amitteremus, si possemus, sed neque videre possumus. Plura autem de hiis rebus familiaris noster, presentium exhibitor Vestre Magnificentie dicere poterit, cui fidem Eadem adhibeat, quam felicissime valere desideramus. Ex castris prope Agriam metatis in festo Beati Mathei Apostoli anno 1527.

Valentinus Therek.

Kívül: Magnifico Domino Alexio Thurzo de Bethlemffalwa Tavernicorum Regalium Magistro etc. Domino et Patri observando.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. szept. 112.*

Közli: Bunyitay Vincze.

338.

Buda, 1527 szeptember 24.

Ferdinánd király folyamodása VII. Kelemen pápához Szalaházy Tamás veszprémi püspök megerősítése ügyében.

Beatissime pater, domine colendissime. Commendacionem ac filialis observancie continuum incrementum. Ante hoc biennium

vacante episcopatu Wesprimiensi per translacionem reverendi Pauli de Varda ad ecclesiam Agriensem, serenissimus precessor et sororius meus Ludovicus rex reverendum dominum Thomam de Zalaháza cancellarium meum et prepositum Agriensem, Episcopum Wesprimiensem auctoritate regii iurispatronatus creaverat, cuius quidem episcopatus possessionem habet pacificam: sed quod a sanctitate vestra et Apostolica Sede, cuius semper fuit observantissimus, confirmacionem nondum obtinuit, in causa fuerunt temporum difficultates; nam quos ecclesia sua redditus habuit, in alendis pro regni defensione militibus et in funestam superioris anni contra Thurcas expedicionem sunt absumpti, reliquie vero fructuum et bonorum pars non modica per eosdem hostes flamma et incendio perdita adeo, ut summam, qua solvi annata, expediri confirmacio debuisset, ad hunc diem corradere nullo modo potuerit. Propterea vestram sanctitatem oro, dignetur mea causa per diploma seu breve apostolicum ipsi Domino Wesprimiensi paternam impertiri benediccionem, idque clementer annuere, ut per episcopos ritu solemni consecrari et funccionibus pontificiis uti possit, ad quod vehemencius expetendum urget hominem partim affectus sue consciencie, partim religio qua Sedem istam Apostolicam veneratur. Prescribere autem sanctitas vestra poterit tempus annuum bullarum expedicioni, interposita eciam, si videatur, censura, nisi interim eas expediendas curaverit. Nostra quoque interest, ut dominus Wesprimiensis muneribus fungatur pontificiis; cum vix unus aut alter supersit ex regni nostri Hungarie episcopis, qui sit consecratus. Omnes enim fere in ea, quam diximus, expedicione sunt extincti. Instat autem tempus, quo ego et serenissima coniunx mea, optimacium ac tocius regni consensu, iuxta veterem sancte ecclesie observacionem, insigne regium et coronam per manus ipsius episcopi Wesprimiensis, auspice Deo, sumus accepturi. Faciet igitur sanctitas vestra rem mihi gratissimam et ecclesie Dei bene ac salubriter consulet. Que feliciter valeat. Datum in arce nostra regia Budensi die XXIIII. mensis Septembris anno domini MDXXVII., regnorum vero nostrorum primo.

Eiusdem sanctitatis vestre

humilis et obsequens filius
Ferdinandus.

V. Harrach
cancellarius.

Eredetije a vatikáni levéltárban. Litterae Principum IV. 212. — Közölte *Fraknói* Vilmos : Oklevéltár a m. kir. kegyuri jog történetéhez. Budapest, 1899. 95. l.

339.

Buda, 1527 október eleje.

Ferdinánd király budai országgyűlésén jelenvolt püspökök.

— — — Ad comitia, praeter eos, qui Posonii cum regina permanserant, venerunt Paullus archiepiscopus Strigoniensis; Joannes Orsachus (Ország) Vaciensis[1]; Stephanus Podmaniczki Nitriensis... serius aliquanto ac fere post dimidiata comitia, Georgius Swlyok Quinqueecclesiensis.

Ursinus Velius, De bello Pannonico lib. 2. idézve *Katona*, XX. 163.

340.

Buda, 1527 október 25.

Ferdinánd király meghagyja a magyar- és tótországi kartauziaknak, hogy a kolostoraik meglátogatására kiküldött vizitátort, Brunót illendően fogadják és neki rendjök szabályai értelmében engedelmeskedjenek.

Ferdinandus etc. Venerabilibus religiosis, devotis, nobis dilectis Prioribus et Conventibus monasteriorum nostrorum Leweld, Tarkan, Lehnicz, Lapidis refugii, Seytzii, Geyraci, Petriaci et franci (így) gratiam nostram Regiam et omne bonum. Significamus vobis, qualiter religiosus devotus dilectus frater Bruno Carthusianus humiliter nobis exposuit, se in proximo generali capitulo apud Carthews celebrato in specialem visitatorem ordinis Carthusiani per regnum nostrum Hungarie et Sclavonie deputatum et constitutum esse, sicut in litteris sibi a generali capitulo prefato traditis asseruit plenius contineri, nos propterea humilime requirendo, ut vobis committere dignaremur, quatenus vos in hac visitatione sua obedientes et promptos exhiberetis. Considerantes itaque visitationem illam necessariam et bonam esse, sue in hoc petitioni clementer annuimus, vos et quemlibet vestrum ob id requirentes et mandantes omni serio, ut in visitatione per prefatum fratrem Brunonem tamquam verum et ordinarium visitatorem monasterii et ordinis vestri facienda, eundem iuxta ordinem et regulam statutorum ordinis vestri pro tali recognoscentes sub pena indignationis nostre gravissime admittatis eumque monasteriaque (így) illa revidere permittatis et ei in hoc obtemperetis et obediatis, quo visitationis et commissionis sibi demandate provincie et oneri satisfacere, eamque, ut decet, adimplere

[1] Hibásan: Bachiensis.

possit, Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum Bude 25. Octobris 1527.

Legfelül: Visitatio fratris Brunonis Carthusiani.

Egy félív papir egyik oldalán fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. okt. nr. 86.*

Közli: Bunyitay Vincze.

341.

Székes-Fejérvár, 1527 november 4.

Ferdinánd király Maczedóniay László pécsi prépostot a Perényi Ferencznek Mohácsnál történt elestével megüresedett váradi püspöki székre kinevezi.

Nos Ferdinandus Dei gratia Hungariae, Bohemiae etc. Rex Memoriae commendamus... Quod cum nobilissimas virtutes, merita cumulata, ac praecipuas animi dotes, servitiaque plurima, labores continuos fidelis nostri reverendi Ladislai de Macedonia, praepositi Quinque-Ecclesiensis, consiliarii nostri, quos idem in obsequiis nostris suscepit diligenterque obivit, in animo cogitaremus vellemusque virtutes suas ac merita commode remunerari, eundem tamquam personam idoneam et bene meritam ad episcopatum ecclesiae Varadiensis, nunc per interitum reverendi quondam Francisci de Perén, quem casus belli peremit, eiusdem ecclesiae ac episcopatus ultimi, veri, legitimi et immediati possessoris, de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri, quod generaliter in omnibus huius regni nostri ecclesiis instar praedecessorum nostrorum, divorum quondam regum Hungariae habere dignoscimur, eligendum duximus et nominandum, ipsumque episcopatum eidem cum omnibus iuribus, castris, castellis, civitatibus, oppidis et villis, ac quibusvis iuribus et emolumentis dandum et conferendum; imo eligimus et nominamus ac damus et conferimus pleno iure praesentium per vigorem. Quocirca vobis, honorabilibus capitulo ac universo clero praedicti episcopatus Varadiensis, praeterea castellanis ac vicecastellanis, aliisque quibusvis officialibus, item iudicibus et villicis, cunctis etiam aliis colonis, ubicunque in bonis praedicti episcopatus existentibus harum serie committimus et mandamus, quatenus visis praesentibus eundem Ladislaum de Macedonia pro vestro vero, legitimo et indubitato praelato habere et recognoscere, eidemque debitam obedientiam praestare modis omnibus debeatis et teneamini, secus nullo modo facturi. Praesentes autem post earum lecturam reddi mandamus praesentanti. Datum in civitate nostra

Alba Regali, feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum anno Domini 1527.

Pray, Specimen Hierarchiae Hungaricae II. 186.

342.

Székes-Fejérvár, 1527 november 4.

Birtokadományozás megerősítése Maczedóniay Miklós és János testvérek részére.

Anno Domini 1527. Albae Regali feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum ad manuscriptionem propriam Domini Regis (Ferdinandi) datae sunt litterae, quibus mediantibus Maiestas Sua illam donationem, quam superiori tempore ad supplicationem ac ob multiplicia merita Rndi Ladislai de Macedonia praepositi Quinque-Ecclesiensis, consiliarii sui, egregiis Nicolao et Joanni de eadem Macedonia fratribus eiusdem mediantibus aliis litteris super castro Joannis Zapolya Lewa vel alias Illewa vocato in comitatu Trenchiniensi, item super praedio Jatho in comitatu Nitriensi dedit, rursum confirmat.

Steph. Kaprinai, Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 75.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

343.

Székes-Fejérvár, 1527 november 8, 9, 10.

Ferdinánd az őt királylyá választó gyűlésen az ország legfőbb hivatalait betölti.

— — — — — — — — — — — — — — —

Insequentibus diebus (8. 9. 10. Novembris) regni negotia ardua agitata et continenter apud regem magnis ac variis de rebus consultatum est. — — — Corona sacra post consultationes varias Stephani Báthor palatini custodiae tradita, aliquot post diebus in arcem Vischegradum, quo in loco multis retro seculis asservari solita est, ab eodem deportata repositaque fuit in conditorio vectibus ac pessulis firmissime communito. Inde magistratus creati fuerunt. Magnifico Stephano Báthor prorogatus suus; D. Alexius Turzo iudex regni factus; Andreas Báthor magister, qui vocatur, taverni- corum; Caspar Horváthy praefectus servientium in cubiculis; Nicolaus Turocius et Emericus Erzegh curiae seu domus regiae

praefecti; Joannes Lenghel structorum; pocillatorumque Antonius Lossontius; Nicolaus Gerendi quaestor regii aerarii creatus; Joannes Szalai comes Posoniensis; Thomas Nadasdinus, Michael Imrefy Budensi arci prepositi; Franciscus Révai praetor, quae vocatur praesentia personalis; Petro Perenio, satrapae Transilvaniae, suus quoque magistratus, quem, occupante regnum comite, adeptus erat, a rege permissus. Ceterum Paulo archiepiscopo dignitas cancellarii supremi relicta; Thomas Vesprimiensis declaratus est regni cancellarius, qui adiectione Agriensis episcopatus abunde locupletatus fuit, vir propter innumerabiles et eximias virtutes omni honore et fortunis dignissimus; Ladislao Macedonico, gravi ac prudenti viro, Varadiensis; Nicolao Gerendi, singularis industriae et spectatae fidei homini, Transilvaniae episcopatus a rege munifice attributus est. Post haec (11. Nov.) iusta funebria regi Ludovico magnifice facta, tanto quidem apparatu, ut nulli exequiae regi fuerint sumtuosius post hominum memoriam et magnificentius celebratae.

Ursinus Velius de bello pannonico, lib. II. *Katona*, XX/1. 211—212. «Erat Ursinus Velius Silesita Schweidnitziensis, Joannis Turzonis episcopi Wratislaviensis liberalitate litteris excultus, poëta laureatus, utriusqne iuris doctor, a secretis et epistolis Joanni Lango, Gurcensi cardinali, orator et historicus Ferdinandi, instructor Maximiliani, denique praepositus Mislensis, mortuus anno 1538.» *Katona*, id. h. 123. l.

344.

Székes-Fejérvár, 1527 november 10.

Ferdinánd király Erdődy Péternek meghagyja, hogy Drágffy Annát, Frangepán Kristóf grófnak hátrahagyott özvegyét, kivel Puchaim Wickard báró házasságra lépni óhajt, beszélje rá, hogy ahhoz férjhez menjen.

Ferdinandus etc. Magnifice, fidelis, dilecte. Expositum est nobis pro parte nobilis fidelis nobis dilecti Wickardi Baronis in Puechaim dapiferi nostri, eum in animo habere, nobili, devote, nobis dilecte Anne Dragffy relicte quondam Christophori Comitis de Frangepanibus matrimonii nexum iungere velle, nosque propterea humilime requisivit, ut pro consequendo maturiori voti sui complemento negotium illud tua cura interventuque dirigendum et conficiendum gratiose promovere, tibique commendatius reddere dignaremur. Cuius quidem precibus tamquam honestis et licitis clementer annuimus, vel ob id potissimum, quod perspectum habeamus morum et vite candorem, generis et prosapie avite vetusteque nobilitatem, quibus idem Wickardus quotidianis argumentis nobis commendatior est effectus, tum non obscura patris eius olim

in serenissimam domum nostram Austrie multiplicia merita obsequiaque complura, hanc nostram intercessionem merito exigere videantur. Qui hoc idem negotium ex sententia tam nostra quam supplicantis arbitremur confectum, nihilque denegatum iri, ubi ipsa per te requisita et admonita fuerit idque dedita opera et studio cum ea communicaveris. Idcirco te gratiose requirimus, ut nostri contemplatione negotium illud suscipias, ac iuxta litteras credentiales nostras hiis adnexas cum prefata Anna per occasionem opportunam tractes, eamque inducere studeas ad consentiendum in tale matrimonii consortium. Hoc vero si propter legationis tue provinciam pro nobis, ut scis, celerius exequendam nunc apud eam obtineri posse diffidas, tantum cum ea agere coneris, ut nemini, donec ipse officio legationis perfunctus redeas, nubat, aut quicquam in hac re promittat. Nobis in eo rem gratam facturus singulari nostra in te gratia recognoscendam. Datum in Alba Regali X^a^ Novembris 1527.

Az utolsó mondatnál oldaljegyzet: nota. Hec adiuncta ex petitione supplicantis.

Legfelül: Petro Erdewdj.

Egy félív papiron fogalmazat a királyi kanczelláriából. *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. nov. 7.*

Közli: Bunyitay Vincze.

345.

Székes-Fejérvár, 1527 november 11.

Ferdinánd király Zalaházy Tamást, veszprémi püspököt, Várdai Pálnak az esztergomi érsekségre történt áthelyezése folytán megüresedett egri püspöki székre kinevezi.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc.... memorie commendamus... quod nos inducti meritis, virtutibus et eruditione fidelis nostri Reverendi in Christo Patris Domini Thome de Zalahaza, Episcopi ecclesie Wesprimiensis ac loci eiusdem Comitis perpetui, eundem tanquam personam idoneam ac benemeritam ad episcopatum ecclesie Agriensis nunc per translationem fidelis nostri Reverendi in Christo Patris Domini Pauli de Warda de ipso episcopatu Agriensi in archiepiscopatum Strigoniensem de iure et de facto vacantem auctoritate iurispatronatus nostri, quod more precessorum nostrorum, divorum Regum Hungarie in omnium beneficiorum ac dignitatum ecclesiasticarum collationibus habemus,

duximus transferendum, ac ipsum episcopatum Agriensem simulcum omnibus castris, oppidis, villis ac quibusvis bonis temporalibus et consveta iurisdictione ac honore perpetui Comitatus Hevesiensis ipsi Domino Thome episcopo donandum et conferendum, imo transferimus, donamus et conferimus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris honorabili Capitulo ac universis subditis episcopatus dicte ecclesie Agriensis mandamus, ut prefatum Dominum Thomam pro vestro vero, legitimo, atque indubitato Prelato et Episcopo habere et agnoscere, eidemque debitam obedientiam et reverentiam prestare et exhibere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate nostra Alba Regali in festo Beati Martini Episcopi et Confessoris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrorum predictorum anno primo.

Ferdinandus m. p.

Nyilt papirlevél, alján középütt a király nagy, kerek, veresviasz pecsétjével. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. nov. 11.*

Közli: Bunyitay Vincze.

346.

Székes-Fejérvár, 1527 nov. 11.

Ferdinánd király Szalaházy Tamás egri választott püspöknek és kanczellárjának átengedvén főkegyúri jogát a kinevezésekben, őt felhatalmazza, hogy az egri egyházban valamennyi javadalmat, kanonokságot és hivatalt megüresedésük esetében alkalmas és érdemes személyeknek adományozhassa.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungarie et Bohemie etc.... memorie commendamus... quod nos considerantes integritatem et prudentiam fidelis nostri Reverendi in Christo Patris, Domini Thome Electi ecclesie Agriensis, Cancellarii nostri, ut officio suo pastorali, cureque gregis Dominici fidei sue commissi commodius et salubrius invigilare ac satisfacere possit: iuspatronatus nostrum regium, quod in conferendis beneficiis dicte ecclesie Agriensis habemus prefato Domino Thome Episcopo duximus conferendum, annuentes et concedentes, ut universa beneficia, tam scilicet dignitates, quam canonicatus et rectoratus altarium, quos deinceps de iure et de facto in eadem ecclesia Agriensi vacare contigerit, personis idoneis et benemeritis conferre... possit et valeat... Datum in civitate nostra Alba Regali in festo Beati Martini Episcopi et Confessoris

anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrarum predictorum anno primo.

Ferdinandus m. p.

Papir, nyilt levél alján nagy, kerek, veresviasz pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 10.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

347.

Rendve, 1527 november 13.

Kálnay Imre erdélyi főesperes kéri Oláh Miklós székesfejérvári őrkanonokot, királyi titkárt és tanácsost, eszközölje ki, hogy a fejérvári gyűlés azon rendelete alól, a mely szerint a János király-pártiak sz. Márton napjától számítandó 15 nap alatt Ferdinánd király előtt megjelenni tartoznak, fölmentessék. Mások közbenjárását is kéri ez ügyben. Különben azért sem mehet most Budára, mert fogadalma szerint előbb Csensztochowóba kell zarándokolnia. Mindegy, ha kinevetik is a lutheránusok, nemsokára a Szentföldre is el fog menni.

Post mei commendationem, charissime domine Nicolae. Quoniam sic fuit fortunae visum, ut nos prosterneret ac penitus solo illideret, vos autem elevaret et in summo collocaret, quid dicam? nostrum est manus tendere et ad alios recurrere, si quid est, in quo aliorum opera et auxilio indigeamus. Itaque cum his diebus Albae constitutum sit, ut omnes, qui partes adversas secuti fuerant, coram rege Ferdinando spatio quindecim dierum a festo sancti Martini sub nota perpetuae infidelitatis comparere debeant: mihi ad te hominem amicissimum est confugiendum, ut me ab hac constitutione seu edicto publico liberes, ne ego nunc ad vos ire tenear. Quod tu facile certe poteris efficere, si volueris, cuius tanta, scio, est auctoritas apud curiae primores, dominum videlicet Palatinum et dominum Episcopum *(Szalaházy kanczellár)*, vel etiam ipsum Principem, ut nihil non sis ab eis impetraturus. Et ut efficias etiam, summopere peto... Ego autem, siquid forte sinistri de me cogitares, quamvis nihil possum, sed si etiam aliquid possem, polliceor me adversum vos nihil moliturum... Poteris autem hanc rem etiam cum aliis dominis et amicis nostris, domino videlicet Gerendy et domino Nádasdy communicare et eos meo nomine rogare: velint veteris amicitiae nostrae memores esse et tibi in hoc negotio levi certe — et minimo adiumento esse. Qua de re scripsi et ad dominum Maczedoniay... Et vale ac me per amicitiam nostram ab onere eundi Budam, vel ubi futuri estis, liberes. Hoc te iterum atque

iterum peto. Habeo autem ex voto, quod pene praetermiseram, et ad Chezthako proficisci, ut certe sive damnetis, sive non, ego nunc istuc ire non possum. Et promisi me non ante alio iturum, quam hoc, quod feci, votum exolvero. Quod Lutheriani quamvis irrideant, ego tamen talia pro vera duco pietate et religione, brevi etiam in Terram Sanctam iturus, ut totus bonus christianus evadam. Iterum vale et peto rursum, sis meae petitionis memor. Ex possessione nostra Rendwe XIII. Novemb. 1527.

Servitor Emericus Kalnay.

Oláh Miklós levelezése. Közli *Ipolyi* Arnold. (Magyar Történelmi Emlékek. I. o. XXV. k.) Budapest, 1875. 1. l.

348.

Esztergom, 1527 november 21.

Ferdinánd király a csanádi püspökséget az egresi apátsággal együtt Musinai Gerwan Jánosnak adományozza.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc. Princeps Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod nos consideratis scientia, morum honestate, atque aliis probatissimis quibusque virtutibus Rndi in X° Patris domini Joannis Gerwan de Mwsina, quibus eum abunde ornatum esse cognovimus, eundem dominum Joannem, tanquam personam idoneam et benemeritam ad episcopatum Ecclesiae Chanadiensis per mortem Rndi domini Francisci de Chahol, ultimi veri et legitimi ac immediati possessoris de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri regii, quod generaliter in omnibus regni nostri ecclesiis instar regum Hungariae, nostrorum scilicet praecessorum, habere dignoscimur, duximus eligendum et nominandum, dictumque episcopatum cum abbatia Egrews eidem simul cum castris, castellis, oppidis, villis et universis bonis temporalibus conferendum; imo eligimus, nominamus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris honorabili Capitulo, nec non universitati subditorum dictae Ecclesiae Chanadiensis firmissime mandamus, ut eidem domino Joanni, tanquam vero et legitimo ac indubitato Praelato vestro in omnibus parere et obedire modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Strigonii in festo Praesentationis Beatissimae Vir-

ginis Mariae. Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo.

Adnotatio. Eodem die et anno confertur ei etiam ius patronatus in sua Ecclesia.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B Tom. XXVIII. 10. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

349.

Esztergom, 1527 november 25.

Birtokadományozás Lőrincz székesfejérvári prépost részére.

Anno Domini 1527. Strigonii in festo B. Catharinae Virginis et Martyris datae sunt litterae ad relationem magnifici domini Alexii Thurzonis de Bethlenfalva iudicis curiae Regiae Maiestatis, quibus mediantibus Maiestas Sua domum, vineas et alias haereditates ac res circumspecti Matthiae Challyan civis Albae Regalis tam in dicta civitate Albensi, quam alibi existentes, eo quod idem Matthias immemor fidelitatis suae Maiestati Regiae debitae, partes Johannis de Zapolya secutus, negotia illius clanculum direxerit et administraverit, per hocque notam infidelitatis incurrerit, reverendo Laurentio praeposito Albensi, consiliario suo, pro fidelibus servitiis contulit, salvis libertate civitatis et iure alieno.

Stephani Kaprinai Collectaneor. Msc. B Tomulus XXVIII. 20. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

350.

Esztergom, 1527 november 30.

Birtokadományozás Mihály kalocsai prépost részére.

Anno Domini 1527. Strigonii in festo B. Andreae Apostoli portiones totales condam nobilium Benedicti Nagykaÿ, filii condam nobilis Stephani Nagykaÿ, et dominae Evae, filiae olim similiter Benedicti Nagykaÿ, et Petri Byencz, filii quondam Matthiae Byencz de Karapal-Zallasa, in praefata possessione Nagyka in comitatu Albensi sedis Solth per defectum seminis ad collationem regiam devolutas, Ferdinandus rex venerabili Michaeli decretorum doctori, praeposito Ecclesiae Colocensis [contulit].

Stephani Kaprinai Collectan. Msc. B Tom. XXVIII. 52. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

351.

1527 november.

Gosztony János erdélyi püspök halála.

... exiluit (János király) clam de civitate Kolozswar, et perexit ad Albam-Gywla Feyerwar. Quum ibi moram habuisset, Joanni Regi, qui erant erga eum corde perfecto et benivolen., accusaverunt episcopum intro Joanni Regis: Ut sciat perfecte et integre Tua Majestas, quod cumque audisset episcopus Transsilwanien., Joannes Gozton, de Buda expellendus per Germanos, mox «Te Deum laudamus» demandavit cantare cum clero suo, et campanas resonare precepit pulsatoribus, et ignem grande flamman. et horganum ad horganizandum.... cumque audisset istam querimoniam, statim fecit per jussionem suam captivare episcopum Transsilwaniensem per Joannem Doci et per Franciscum Bodo, et calumniam infamie e contra eum apposuerunt: «Et insuper infidelis es contra Regem Joannem, quia ipse est legitimus Rex post decessum Ludovici Regis sive per phas sive per nephas. Tu nempe episcope, fecisti sedicionem inter bonos fideles Regie Majestatis, gaudium incitasti per campanas trahen., et sic de aliis». Posthec nocte episcopum pauperum, ambo fuerunt tortores Franciscus Bodo et Joannes Doci... per testiculam et per alia diversa ignominiam super eum fecissent tormenta ita adeo, quod secunda die episcopus predictus dira morte exalavit de mundo, et de domo sua cuncta abstulerunt et depredaverunt, quicquid poterant invenire.

Szerémi György Emlékirata. (Magyar Történelmi Emlékek. II. O. 1. köt.) 193—194.

352.

Esztergom, 1527 deczember 4.

Birtokadományozás Oláh Miklós és Máté testvérek részére.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos attentis et consideratis fidelitate et servitijs cumulatis fidelium nostrorum egregiorum Nicolai Olah de Zazvaras secretarij et Consiliarij nostri, ac Matthaei Olah de eadem Zazwaras fratris germani ipsius, quae idem Nicolaus a multis iam temporibus nos secutus, non laboribus, non expensis, non denique aliis suis periculis parcens; idem vero Matthaeus frater suus in Transilvania

existens, pariterque Maiestatis nostrae partes sequens, sacrae primum huius Regni nostri Hungariae coronae, et deinde Maiestati nostrae cum omni constantia et fidelitate exhibuerunt et impenderunt: totales possessiones nobilium Andreae et Balthasaris Chÿreec[1] de Peer, Peer, Pochay, Almosd vocatas, ac portiones possessionarias in possessionibus Monostoros-Paly et Hozzu-Paly vocatis omnino in comitatu Bihoriensi, aliaque etiam bona eorum universa, possessiones, portionesque et iura possessionaria, tam in eodem Bihoriensi, quam in aliis huius Regni nostri comitatibus existentes et habitas, quae ex eo, quod ijdem Andreas et Balthasar Chÿreec non veriti contra dignitatem nostram se erigere, Joannem de Zapolya, qui in dieta proxima Alba-Regali per nos et universos dominos praelatos et barones, nec non totum hoc regnum celebrata, pari omnium consensu et deliberatione proscriptus et publicus hostis et infidelis noster et patriae suae est declaratus, sequi, gentes eidem Joanni contra nos, veluti inimici nostri cogere et congregare, ac ad quintum decimum diem festi B. Martini Eppi proxime praeteriti, per praefatos dominos praelatos et barones ac regnicolas nostros ad petendam a Maiestate nostra gratiam praestandamque obedientiam et fidelitatem eisdem praefixum non comparuisse, sed in eadem temeritate et rebellione permansisse dicuntur, ob idque ex sententia nostra et praedictorum universorum dominorum et regnicolarum nostrorum notam perpetuae infidelitatis incurrisse dinoscuntur, ad nos, consequenterque collationem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungariae consuetudinem atque legem rite et legitime devolutae esse perhibentur et redactae, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, praemissis sic, ut praefertur, stantibus et se habentibus, memoratis Nicolao et Matthaeo Olah, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus; imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediantibus, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum Strigonii in festo B. Barbarae V. et M. Anno Domini 1527. Regnorum nostrorum anno primo.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B Tomulus XXVIII. 55—56 ll.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

[1] Helyesen csak Chyre.

353.

Esztergom, 1527 deczember 5.

Ferdinánd király Maczedóniay László váradi püspököt felhatalmazza a székeskáptalanban s egyéb társaskáptalanokban üresedésben levő összes javadalmak adományozására.

Nos Ferdinandus Dei gratia Hungariae et Bohemiae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos considerantes singulares animi dotes cumulatissimaque virtutum merita fidelis nostri Ladislai de Macedonia episcopi Ecclesiae Waradiensis, quibus ipsum a Deo Optimo Maximo undequaque abunde praeditum cognovimus, ut idem dominus episcopus salutem animarum suae diocesis ac commodum et profectum dictae ecclesiae suae cathedralis Waradiensis, aliarumque collegiatarum eo diligentius et salutarius curare possit, quo idem ad ea exequenda specialiori nostrae regiae clementiae praerogativa fuerit ornatus atque provisus: ex plenitudine iuris patronatus nostri regii, quod generaliter in omnibus Regni nostri Ecclesiis instar praedecessorum nostrorum divorum Hungariae regum habere dignoscimur, id ipsi domino episcopo dandum duximus et concedendum, ut ipse omnia beneficia Ecclesiae tam simplicia, canonicatus sc., praebendas, altarium et capellarum rectoratus, quam dignitates et personatus, quae in praefata cathedrali Waradiensi et aliis ecclesiis collegiatis a tempore interitus serenissimi felicis recordationis Ludovici regis usque in praesentem diem qualitercunque et ex quibusque causis, viis et modis de iure vel de facto vacassent vel vacarent etiam de praesenti, conferendi, disponendi, ordinandi ac de eisdem nostra regia praemissa et sua ordinaria authoritatibus, personis idoneis et benemeritis providendi liberam, plenam, et omnimodam habeat potestatis facultatem; imo annuimus damusque et concedimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediantibus. Datum Strigonii in profesto B. Nicolai Episcopi et Confessoris. Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo, Regnorum nostrorum praedictorum anno primo.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B Tomulus XXVIII. 7. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

354.

Ungvár, 1527 deczember 5.

János király levele Kristóf mester bártfai plébánoshoz és kerületi alespereshez. — Igéretekkel és fenyegetésekkel igyekszik a letett plébánost árulásra bírni.

Joannes Dei gratia Ungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex, salutem et gratiam. Intelligimus, quomodo isti rebelles et inobedientes cives Bartphenses, non contenti, quod a nostra Maiestate infideliter defecerunt, adhuc soleant multa quottidie moliri in nostri despectum et contumeliam totius nationis Ungaricae, eandem ab hoc tempore, quo peregrino et illegitimo illi principi suo Ferdinando adhaerere coeperunt, modis omnibus ludibrio habentes et inique persequentes. Inter quae ipsorum intollerabilia facinora etiam tuam venerabilitatem (ut nobis dicitur), non habita legittima causa, sed magis odio linguae et nationis Ungaricae, precipitanter et inconsulte de officio plebanatus deposuisse, quod quam displicenter acceperimus, non facile dici potest. Verum cum nos iam nostras hic copias denuo instructissimas reparaverimus, statuimus cum auxilio quorundam nostrorum confratrum et procerum ex regno Poloniae, qui ad nos quottidie confluunt, in brevi eandem civitatem obsidione cingere et inibi omnes autores huiusmodi praedictorum scelerum, in primis tamen ipsum iudicem, qui multa passim contra honorem nostrae Maiestatis regiae dixit et scripsit, severissime castigare, in perpetuum exemplum totius posteritatis. Volumus autem tuam Venerabilitatem in hoc esse securam et prorsus nihil timere debentem, quandoquidem eandem summo favore, gratia et honore prosequamur. Solummodo hoc tibi strictissime mandamus, ut mox acceptis praesentibus absque ulla mora et renitentia per praesentium ostensorem litteris tuis mediantibus nobis significes, quomodo in victualibus, ingeniis bellicis et hominibus ipsa civitas sit provisa et instructa, et per quam partem murus omnino facillime possit oppugnari, et ubi teneat pulveres bombardicos. Quod si fideliter executus fueris, providebimus te honesta praelatura, sin secus, certus esse debes, quod te praefata poena puniri faciemus. Secus igitur sub gratiae nostrae obtentu ne feceris. Datum ex castris sub Ungwar constitutis in vigilia divi Nicolai confessoris anno domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

Kívül: Venerabili magistro Cristophoro plebano maioris ecclesiae Bartphensis et vicearchidiacono districtus eiusdem, fideli nobis dilecto.

Kassa város levéltárából közölte ifj. *Kemény* Lajos a Történelmi Tár 1893. évfolyamában. 378. l.

355.

Tasnád, 1527 deczember 6.

János király Zabláthi Jakab garam-szentbenedeki apátot, mivel Ferdinánd részére állván, hűtlenségbe esett, az apátságtól megfosztja s helyébe Bordách György szkalkai apátot nevezi ki.

Commissio propria domini Regis.

Nos Johannes dei gracia Rex Hung. Dalm. Croacie etc. Memorie commendamus — —, Quod Nos cum ad supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum pro parte fidelis nostri, venerabilis et religiosi fratris Georgij Bordach de Wyzlo, Abbatis Ecclesie de Zkalka factam, tum vero inducti meritis et virtutibus ac litteralis sciencie sufficienti pericia, ceterisque animi dotibus eiusdem fratris Georgij, quibus idem insignitus apud Maiestatem nostram fide digno meruit commendari testimonio; eundem igitur harum virtutum suarum intuitu tanquam personam idoneam et benemeritam ad abbaciam Ecclesie sancti Benedicti de Juxtagron, nunc per notam infidelitatis religiosi fratris Jacobi, ultimi et immediati possessoris eiusdem abbacie, quam idem frater Jacobus ex eo, quod ipse in[memor fidei] fidelitatisque sue sacre primum dicti Regni nostri Hung. Corone, subsequenterque Maiestati nostre, eadem Corona [divina voluntate] atque preordinacione iamdudum insignite, debitę, contra publicam constitucionem tocius Regni nostri Hung. Fe[rdinando...], nostro eiusdemque Regni nostri publico hosti, adhesisset, incurrisse dinoscitur, de iure et de facto vacantem, authorita[te iurispatronatus nostri] Regalis, quod generaliter in omnibus Regni nostri Ecclesiis, instar divorum regum Hung., nostrorum scilicet pred[ecessorum habere dinoscim]ur, duximus eligendum et nominandum; immo eligimus et nominamus, ipsumque in eadem confirmamus presen[cium per vigorem, mandantes] ut idem, que Ordinis sui sunt, faciat, sufficientesque fratres teneat divinumque cultum ea, qua decet, d[evocione — — — pe]ragat, peragendumque curet. Quocirca vobis fidelibus nostris, toti conventui et fratribus dicte Abbacie — — — mandamus, ut amodo [deinceps dictum] fratrem Georgium et neminem alium pro vestro vero et legittimo Abbate habere — — — — debeatis et teneamini — — — — presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Thasnadini in festo B. Nicolai Episc. et Conf. A. d. Mill. Quingent. vigesimo septimo, Regnorum nostrorum predictorum Anno Secundo.

Orsz. levéltár Acta Eccl. fasc. 68. 144. Közölve *Knauz Nándor,* A Garam-melletti szentbenedeki apátság. Budapest, 1890. I. 92.

356.

Bártfa, 1527 deczember 11.

Kristóf mester volt bártfai plébános levele Zapolyay János királyhoz. — Öt hete már, hogy a klastromból ki nem lépett a nép gonoszsága miatt. Hogyan írhatna tehát? De ha ő felsége közeledni fog, alkalomadtán érintkezni fog vele.

Serenissimo et inclitissimo domino Joanni regi Ungariae Bohemiaeque, domino graciosissimo.

Illustrissime et serenissime princeps. Litteras vestras satis cum maximo timore accepi, in quibus vestra serenissima maiestas optat a me fidelitatem. Sciat igitur vestra maiestas, quod ego de claustro Bartphensi iam in quinque septimanis non egressus propter maliciam plebis, quomodo igitur scribere possum? sed si v. m. se appropinguabit et dabitur occasio ad v. m. accedendi, plura de his tractare possum, timui certe et egi nunctium, ne captivetur, est enim in maximo periculo, cui me commendo. Ex Bartpha feria quarta post Nicolai anno 1527.

Multis enim nocuit mora, sic et nunctium timui.

M. Cristophorus,
plebanus Bartphensis quondam.

Kassa város levéltárából közölte ifj. *Kemény* Lajos a Történelmi Tár 1893. évfolyamában, 379. l.

357.

Bártfa, 1527 deczember 11.

Bártfa város birája másolatban átküldi a kassaiaknak János király levelét Kristóf mesterhez s ennek válaszát a királyhoz és tanácsukat kéri, mitévő legyen?

Unnsernn fruntlichenn grusz bevoran. Namhafftige, weysze herrenn, eerhafftige freund unnd gunstige nachbarren. Wir haben als dato heut dits brieffs ettliche brieff des Janosch Wayda zw magistrum Christofforum unnd Christoffori widerumb zw dem Wayda überkommen, welcher copia wir E. N. W. hye verschlossenn mittsenden, begerende, E. N. W. wolt geruchen unns mitt rath behilflich sein, was zu thun sey unnd auch ausz selbigen schreyben E. N. W. abnemen mag, wie dy sacchen sten wo anderst, dem alszo ist das wir noch nit glauben, wann der weyda sich allweg starck geschriben hatt unnd auch ausz stellen, wo nit gewesen ist, doch ist unns zuwacchen etc.

Bittende, so E. N. W. ettwa bessri zeittung hath, wol unns zw vorsten geben etc. Begerende hyr mitt E. N. W. sich selig wol gehaben. Ausz Bartpha eylends im jar 1527 am mittwoch negst nach Nicolai etc.

Richter und Rathmann der Stadt Bartpha.

Kívül: Den namhafftigenn unnd weyszen herrenn richter unnd rathman der stadt Cascha, unnsernn erhafftigen freunden unnd nachbarn.

Kassa városa levéltárából közölte ifj. *Kemény* Lajos a Történelmi Tár 1891-iki évf. 165. l.

358.

Esztergom, 1527 deczember 13.

Ferdinánd király Szatmárt és Németit több más birtokkal együtt Szalaházy Tamás egri püspöknek és rokonainak adományozza.

Anno 1527 Strigonii in festo Beatae Luciae Virginis et Martyris datae sunt litterae manu propria regis subscriptae, quibus mediantibus Maiestas sua oppida Zathmar et Nemethy, cum possessionibus Madaraz, Orozwyfalu et Rezthelek aliisque possessionibus, praediis, portionibus ac iuribus possessionariis et universis eorundem pertinentiis in Zathmariensi et aliis comitatibus existentibus, quae Johannis de Zapolya fuissent, sed ex quo superioribus diebus in conventu generali regnicolarum in Alba Regia pro felici coronatione suae Maiestatis celebrato, de voluntate universorum dominorum praelatorum, baronum ac regni sui nobilium ibidem existentium poena criminis laesae maiestatis pro suis demeritis proscriptus et condemnatus extitit, iure regni sui ad collationem suae Maiestatis devoluta perhibentur et redacta, simul cum omni iure suo regio, siquod in eisdem oppidis Zathmar et Nemethy ac possessionibus Madaraz, Orozwyfalu et Rezthelek eorundemque pertinentiis universis etc. qualitercunque haberet, ... domino Thomae episcopo ac per eum generosis dominabus Magdalenae et Annae, praefati dni Eppi sororibus, nec non egregiis Melchiori, Martino et Joanni de Kecheth, sororum praefati dni Eppi filiis, aliis etiam earundem liberis et haeredibus universis in perpetuum dedit, donavit et contulit, salvo iure alieno.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B Tomulus XXVIII. 64.

Közli Dr. Rapaics Rajmond.

359.

Esztergom, 1527 deczember 13.

Ugyanaz ugyanazoknak Fogaras várát adományozza.

Anno Dni 1527. Strigonii in festo Beatae Luciae Virginis et M. datae sunt litterae manu propria regis subscriptae, quibus mediantibus Maiestas sua castrum Fogaras per mortem et defectum seminis magnifici condam Joannis Bornemisza de Berzencze, alias comitis Posoniensis, ad collationem suae Maiestatis rite et legitime devolutum (rndo dno Thomae episcopo Agriensi, ac per eum) generosis dominabus Magdalenae et Annae, praefati domini episcopi sororibus, nec non egregiis Melchiori, Martino et Joanni de Kecheth, sororum suarum filiis, in perpetuum dedit, contulit, salvo iure alieno.

Kaprinai, Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 26. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

360.

Kassa, 1527 deczember 20.

Henckel János kassai plébános levele a bártfaiakhoz, fogva tartott volt plébánosuk, Kristóf mester ügyében.

Prudentes et circumspecti domini et amici plurimum honorandi. Post mei commendationem. Misit ad me venerabilis magister Christophorus olim plebanus, nunc vero captivus vester nuncium suum, obtestans per Dei misericordiam, ut in medium vestri accedere, sibique apud dominationes vestras patrocinari dignarer, priusquam spem omnem una cum vita deponeret. Quod ego christiana charitate postulante, que omnia facit et sperat, fueram facturus, si horum temporum status longe periculosissimus permisisset. Itaque cum per meipsum adesse non possim, per epistolam hanc in oculis et auribus vestrarum dominationum compareo, rogans et obtestans impensissime, quatenus eedem dominationes vestre tum magistri Christophori, tum sua ipsius causa, rem omnem ita velint consilio regere et moderari, ne vel illius salus, vel vester honor in discrimen veniat. Considerandum est prudentie vestre non quid ille peccavit tantum, sed etiam quomodo, ut omittam alias circumstantias cause, quas cuiuslibet conscientia facile diiudicabit. Denique concedatur

illum gravius peccasse, quam ut impunitus relinqui debeat, tamen plurimum interesse arbitror honoris vestri, quibus modis et rationibus culpa hominis afflictissimi, nuper et doctoris et pastoris vestri, quod negari non potest, vindicetur. Dignabuntur vestre dominationes iuris rigorem et severitatem lenitate et mansuetudine condire, etiam mei ob respectum, qui quidem mutuam benevolentiam et gratias semper referre paratus sum vestris dominationibus, quas bene valere opto. Datum Cassovie in vigilia Thome Apostoli Anno 1527.

Vester *Johannes Henckel.*

Kívül: Prudenti ac circumspecto domino iudici, ceterisque civibus civitatis Bartphae, dominis et amicis sibi plurimum honorandis.

Eredetije Bártfa város levéltárában. Közölte *Frankl V.:* Henckel János, Mária királyné udvari papja. Pesten, 1872. 18. lap.

361.

1527 deczember 27.

Szerémi György, Zapolyay János király udvari káplánja, Kassáról Bodókőbe menekülve, megismerkedik Dévai Biró Mátyással, ki ott Tomori Istvánnál káplán volt és igen buzgó katholikus, most pedig, úgymond, főfő lutheránus.

«Ego mane insurrexi in die Joannis Ewangeliste, cucurri ad Stephanum Thomori in Boldokw. Et ibi me tractaverunt cum honore, et ibi solennizavi. Et iste Mathias Devaj capellanus erat eodem tempore apud Stephanum Thomori in Boldokw; et erat valde devotus in fide nostra catholica recta, qui nunc est summus lutterianus.»

Szerémi Gy. Emlékirata. (Magyar Történelmi Emlékek. II. O. 1. köt. 201. l.)

362.

1527.

A rácz fejedelem kéri a töröktől visszafoglalt titeli prépostságot a hozzá tartozó erdődi kastélylyal együtt Brod Miklósnak adományoztatni. Henyey Bernátnak pedig biztosító levél kéretik arról, hogy fiának a maga idejében illő egyházi javadalom fog adatni.

Item prepposituram Titulensem idem Dominus Despotus (rácz) simulcum castro Erdewd ad idem (így) prepposituram Titulensem

pertinenti et per ipsum a Turcis recuperato, cupit Nicolao de Brod fratri suo, literalis scientie competentem experientiam habenti, conferri.

Item littere assecuratorie pro Bernardo Henyey de competenti beneficio ecclesiastico, tempore suo, filio eiusdem conferendo.

Egyszerű jegyzék, czím és kelet nélkül, de azon 1527. évi iratok között, melyek I. Ferdinánd ügye érdekében a magyar urakhoz intéztettek. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1527. 26.* — Ugyanitt a 31-ik levelen, hol a fentebbiek bővebben előadatnak, a 2-ik pontnál az a megjegyzés áll: Fiat, et ut castrum cum prepositura restituatur.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

363.

Székes-Fejérvár, 1527.

Ferdinánd király Egresi Lőrinczet a Mária királyné által adományozott bácsi nagyprépostságban megerősíti.

Anno Dni 1527. ad commissionem propriam domini regis in civitate Alba Regali datae sunt litterae, quibus mediantibus Maiestas sua illam donationem, quam serenissima domina Maria regina, soror sua charissima, super praepositura maiore ecclesiae Bachiensis ac universis proventibus etc. per mortem Rndi Georgii doctoris, eppi ecclesiae Boznensis, venerabili Laurentio de Egrews, custodi et canonico dictae ecclesiae Bachiensis, vigore aliarum litterarum suarum donationalium superinde confectarum Posonii die dominico proximo ante festum B. Galli Confessoris anno praeterito, authoritate iuris patronatus sui, qua post obitum serenissimi principis et domini Ludovici regis Hungariae etc. domini et mariti sui, fratris et sororii eiusdem Regiae Maiestatis charissimi felicis memoriae, fungebatur, fecisse dinoscebatur, ratam habendo eisdemque consentiendo gratiose confirmavit, eandemque eidem denuo contulit, pro meritis et virtutibus suis, salvo iure alieno.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B Tom. XXVIII. 8. 1.

Közli: DR. RAPAICS RAJMOND.

364.

Esztergom, 1528 január 1.

Ferdinánd király Buda városa ősi kiváltságait megerősítő aranypecsétes oklevele végén az ország püspökeit felsorolja.

— — — Datum Strigonii per manus venerabilis in Christo patris domini Thomae de Zalaháza, episcopi Vesprimiensis et postulati Agriensis, aulae nostrae cancellarii, fidelis sincere dilecti, Kalendis Ianuarii, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, regnorum nostrorum anno secundo, coronationis vero primo; venerabilibus in Christo patribus DD. Paulo de Warda, Strigoniensi archiepiscopo, primate Hungariae, summo cancellario nostro; Colocensi sede vacante; praefato D. Thoma Agriensis, Simone Zagrabiensis, Nicolao de Gherend Transsilvaniensis, Ladislao de Macedonia Waradiensis, Georgio Swlyok Quinqueecclesiensis, Martino de Kechet Wesprimiensis, Jaurinensi sede vacante; Joanne Orzag Waciensis, Joanne Chanadiensis, Stephano Podmaniczky Nitriensis, Lazaro Boznensis, Segniensi sede vacante; Sirmiensi sede vacante; Andrea Tinniniensis, Simone Modrusiensis ecclesiarum episcopis.

Kaprinai, Historia diplomatica I. 483. *Katona* XX. 230., ki a szerémi püspökségre vonatkozólag a következő megjegyzést teszi: «Cur vacare dicatur Sirmiensis, Broderico nondum vel defuncto, vel translato: dubitari merito potest. An quia Zapolyae partes amplexus est? Atqui has etiam Simon (Erdődy) Zagrabiensis sequebatur, et tamen inter alios antistites nominatur.»

365.

Kassa, 1528 január 5.

Kassai Péter jászai prépost arról értesülvén, hogy Kristófot, a bártfai plébánost e város bírája és esküdtjei elfogták és most is fogva tartják, arra kéri őket, hogy míg Bártfára a kassai plébánossal átmegy, a fentemlített Kristófnak semmi bántódása ne legyen.

Salutem et nostri ipsius commendationem. Prudentes et circumspecti Domini et amici nostri nobis honorandi. Intelligimus, quemadmodum hiis superioribus diebus ipsum Magistrum Christophorum, Plebanum videlicet Vestrarum Dominationum pro quodam suo facinore eedem captivassent et pro nunc quoque eundem captivum tenerent, pro cuius eliberatione, ut accepimus, et ipse Dominus Plebanus Cassoviensis V. Dominationibus litteras dederat

Quamobrem et nos Vestras presentibus rogamus Dominationes, tanquam Dominos confidentissimos: quatenus nolint Dominationes V. in diminutionem aut ad mortem prefati Magistri Christofori festinare. Nos enim unacum ipso Domino Plebano Cassoviensi, cessante hoc disturbiorum tempore ad V. Dominationes accedemus et quod melius et honestius visum fuerit, cum V. Dominationibus conterminare studebimus. Quitquid vero Dominationes V. propter nos fecerint, rursum eisdem unacum conventu nostro recognoscere volumus etc. Cassovia feria sexta ante Epiphaniarum Domini anno 1528.

Kívül: Prudentibus et circumspectis Judici, civibus in civitate Barthfa constitutis, amicis nostris.

Bártfa városa levéltárából másolta *Ábel Jenő.*

366.

Gyula, 1528 jan. 4.—márcz. 24.

Egyházi tilalom Zarándmegye falvaiban a tized elfoglalása miatt.
Interdictum eccl. in villis comitatus Zarandiensis ob detentionem decimarum ab officialibus Georgii Brandenburgensis commissam impositum et observatum.

1528 január 4-én Ahorn János gyulai udvarbíró jelenti Brandenburgi György őrgrófnak, hogy a ferdinándpárti egri püspök emberei az 1527-ben Gyula várához foglalt, de különben az egri püspökséget illető tized vissza nem adása miatt a gyulai vár zarándmegyei falvait egyházi tilalom alá vetették (interdicto ecclesiastico molestant).

Müncheni bajor kir. levéltár. Acta Brandenburgica CCIX. f. 36.

1528 január 7-én Sadobrich Péter gyulai várnagy írja: «Joanni Ferber servitori illustrissimi domini (Brandenburgensis) necnon plebano de Bekes», hogy a békési helyettes-plébános számára nagyon jó fiatal lovat vétetett és majd személyesen fölmegy hozzá (Budára vagy Esztergomba). «Nunc iterum molestant nos decimatores episcopi Zagrabiensis, qui per Joannem regem electus est Agriensis.»

U. o. CCIX. f. 36.

1528 márczius 24-én Sadobrich Péter gyulai várnagy és gyulavári-i plébános jelenti Brandenburgi György őrgrófnak, hogy a lefoglalt mult évi tized árának felét, a mit az őrgróf kárpótlásul az egri püspöknek felajánlott, még nem fizette le: «Item vix impetravi

litteras a sua Reverendissima Dominatione, ut usque ad festum Resurrectionis Domini nunc venturum interdictum ecclesiasticum non teneant. Ideo quidquid I. dominatio vestra facere decreverit, cito facere dignetur, ne pauperes homines de huiusmodi interdicto aggraventur.»

Müncheni bajor kir. levéltár. Acta Brandenburgica CCIX. f. 38.

367.

Orvieto, 1528 januárius 8.

VII. Kelemen pápa Frangepán Ferencz ferenczrendű szerzetesnek felmentést ad, hogy bárminemű egyházi javadalmat és méltóságot elfogadhasson és megtarthasson.

Dilecto Filio Francisco de Frangepanibus, ordinis minorum professo, Clemens papa. — Litterarum scientia, nec non vitae ac morum honestas aliaque laudabilia virtutum et probitatis merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est, quod nos, volentes te praemissorum tuorum meritorum intuitu favore prosequi gratioso, te a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exsistis, ad effectum praesentium duntaxat, absolventes et absolutum fore censentes: tecum, ut quaecunque, quotcunque et qualiacunque, cum cura et sine cura se invicem compatientia, et quorumvis, etiam Cisterciensium et Cluniacensium, ordinum regularium ecclesiastica beneficia, et secularia, canonicatus et praebendas, dignitates etiam maiores post pontificales seu principales, personatus, administrationes et officia, etiam curata et electiva in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, et regularia officia claustralia — — alias tibi canonice conferenda recipere et illa, quoad vixeris, retinere, nec non ad quamcunque cathedralem, etiam metropolitanam, ecclesiam repraesentari seu eligi et illi praeesse valeas; dummodo pro confirmatione dictae cathedralis, etiam metropolitanae, ecclesiae infra sex menses, postquam praesentatus sive electus fueris, ad nos et Sedem Apostolicam venire sive mittere et bullas expedire ac sacrae camerae nostrae apostolicae, nec non sacri collegii venerabilium fratrum nostrorum, S. R. E. cardinalium et aliorum iura persolvere non negligas, motu proprio et ex certa nostra scientia, apostolica auctoritate, tenore praesentium

dispensamus. — Datum in civitate nostra Urbevetana, sub annulo piscatoris die VIII. Januarii, MDXXVIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. *Katona* XX. 231—233.

368.

Beszterczebánya, 1528 január 14.

Miklós mester beszterczebányai plébános írja György tescheni konczionátornak, hogy a városi tanács és egyebek sok kérésére végre beleegyezett, hogy Beszterczebányára konczionátornak jöhessen, de csak azon föltétel alatt, hogy Luther tévelyétől magát távol tartsa és iránta, mint főnöke iránt köteles tisztelettel és engedelmességgel viseltessék.

Salutem dicit. Cum te concionatorem suum optarent domini cives iurati atque alii de communitate: meum concensum quesierunt sollicite, quem ego cito prestare ex causis non contemnendis denegavi constanter. Tandem vero precibus multis atque pollicitationibus flexus, consensi in te; ea tamen lege et conditione, ut nihil erronei de secta Lutherana doctrine immisceres, vel quod ab aliquo alio pestilente esset forte haustum; preterea, ut talem mihi te prestes, qualis esse in me debeas: honorificum et obsequentem. Quod si feceris, cohabitare simul valebimus cunctis vite diebus. Sin autem alium expertus fuero, faciam ea, que in rem ecclesie pertinebunt, ut mala non invalescant. Vale. Ex Bistricia XIIII. die mensis januarii 1528.

M. Nicolaus,
parochus ibidem.

Kívül: Venerando viro domino Georgio in Teschen concionatori mihi amore amplectendo.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 168. Nr. 23.

Közli: Timon Ákos.

369.

Győr, 1528 január 21.

A győri káptalan előtt «Nobilis Anthonius Litteratus de Bewn», «pro sue parentumque et fratrum suorum animarum salute» és 20 frtért a pannonhalmi monostornak adja nemes-bőnyi udvarházát. A monostor pedig elengedi neki csanaki szöllejéből eddig a földesúri jog révén szedett bor-kilenczedet.

Anthonius curiam suam de Nemes-Bőny pro animae suae salute et pro viginti flor. monasterio sacrimontis Pannoniae donat.

Eredetije a pannonhalmi főapátság lt. c. III. 1. F.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

370.

Buda, 1528 február 3.

(Commissio propria.) I. Ferdinánd Hartyáni Máté pannonhalmi apátsegéd és utód kérésére megparancsolja Veszprémmegye tisztikarának, tartson vizsgálatot, igaz-e, hogy Iklandy Mátyás a pannonhalmi apátságot a veszprémmegyei Ug faluban nyilván az ő háza gyujtogatójának és fölégetőjének mondotta.

Ferdinandus I. rex ad preces Matthei de Hartyán coadiutoris et successoris abbatis sacrimontis Pannoniae in calumnia Mathiae Iklandy inquiri iubet.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 26. I. O.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

371.

Lőcse, 1528 február 8.

Lomniczai János szepesi prépost és kapitány Eperjes városától fegyveres segítséget kér Derencsényi Miklós hatalmaskodásai ellen.

Prudentes et circumspecti domini et amici nobis honorandi salutem. Constare credimus dominationibus vestris, quanta patrie nostre discrimina et pericula hactenus insteterunt et hucusque instant non absque magno omnium nostrum preiudicio et dampno, quod nos advertentes, animo constituimus, si et in quantum divina nobis gratia opitulaverit, tyrannidem ipsius Nicolai Derencheny̆ cohercere, comprimere, castrum quoque Scepusiense obsidere et expugnare, et ita patriam nostram et personas nostras ab impetitione illius tutare et defendere. Quapropter dominationes vestras, tamquam dominos et amicos ac vicinos, quibus ex eodem castro idem periculum, sicut et nobis imminet, petimus et rogamus: eedem omnibus et singulis, nobis in auxilium venire cupientibus nomine nostro liberam predam in omnibus rebus et bonis in dicto castro Scepusiensi existentibus, exceptis solummodo bonis ad ecclesiam Sancti Martini Scepusiensis spectantibus, ad dictum castrum vi et potentia ductis, — promulgari ac publice proclamari facere velint

et dignentur, et omnes tales nobis in auxilium venire volentes petimus, ut pro feria secunda proxime futura ad Capitulum Scepusiense, ubi nos quoque in propria nostra persona constituemur, accelerare velint. Cum his dominationes vestras felicissime valere optamus. Ex Lewtscha sabbato in profesto beate Appolonie virginis et martyris, anno Domini 1528. Johannes de Lwmpnycza prepositus et capitaneus Scepusiensis.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis Iudici et iuratis civibus civitatis Eperies, dominis amicis ac vicinis nobis honorandis.

Eredeti, papír, az iró vörösviasz zárópecsétjével. *Eperjes város levéltára:* Cub. II. Loc. 6. Fasc. B. — *Wagner,* Diplomatarium Sáros. 202. — *Katona,* XX. 373.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

372.

Torna, 1528 február 19.

Ibrányi Péter és a tornai várnagy, Lőrincz, felszólítják a szárdvári őrséget, hogy Ferdinándtól, a lutheranismus ezen pártfogójától, pártoljanak el.

Charissimi fratres... Credimus vestras dominationes potuisse intelligere, quod Ferdinandus ille, qui se regni huius regem facere conabatur, metu regis Joannis, domini nostri naturalis clementissimi, ex hoc regno exivit. Certum est etiam Karolum Cesarem fratrem suum, in quo spem omnem habebat, in conflictu, quem rex Francie potentissimus cum ipso Cesare Karolo et exercitibus suis habuit, interfectum esse, et Hÿspanie regnum igne et ferro tandem per ipsum Francie regem consumptum et devastatum dominioque suo subactum esse certum est. Certum est etiam, ut rex idem Francie ... iam et Germanie Allemanieque regnum intravit, auxilium Regie Maiestati contra Ferdinandum allaturus et portaturus, volens Dei gloriosi auxilio etiam de aliis regnis suis expellere et eum tanquam hereticum, secte quoque Lutheriane fautorem pariter et auctorem hostemque christianitatis et huius miserrime lingue Hungarice apertum periculum ad interitum usque persequi. Sciatis etiam, ut Regia Maiestas certa millia armatorum equitum ac peditum iam et in regno Bohemie habet et quicunque Ferdinandum regem vel Bohemie aut Hungarie [....], tales... interficiunt. Certi etiam estote, ut Maiestas sua iam et castra Sarospathak ac Wÿhel expugnavit. Est autem Maiestas sua ad presens in Wÿhel... et subtus Cassoviam... movebit... et inde contra vos ad hoc castrum Zaard expugnandum... venturus est. Unde nunc

sua Maiestas commisit nobis, ut nos a vobis castrum repetamus... vobisque, si hec feceritis... gratiam suam regiam concedet... Ex castro Thorna feria quarta proxima post festum beati Valentini martiris anno domini 1528. Petrus de Ibran et Laurencius castellanus castri Thorna.

Kívül: Charissimis fratribus... in Castro Zaard ad presens constitutis.

Eredetije a Nemzeti Múzeum levéltárában. Véghely-gyűjtemény. — Történelmi Tár, 1895. 391.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

373.

Szomolnok, 1528 február 20.

Sebastianus Sawer notificat civitati Cassoviensi, milites suos non vi expugnasse monasterium Jászóviensi, sed Joannes vicecastellanus id pro defensione contra insultus Zapolyayanorum sponte illis tradidisse.

Sebastian Sawer írja Kassa városának «auff der Schmelnicz am Donnerstag vor Fasnacht anno Domini 1528».: Katonái nem erőszakkal foglalták el a jászai monostort, hanem Hans Burggraf adta át nekik, hogy megvédjék az ellenségtől, mert ha Radycz[1] befészkeli magát Jászóba, könnyen átjöhet a Szepességre Derencheny Miklós segítségére.

Kassa városa levéltára. — Kivonta *Ábel Jenő.*

374.

Esztergom, 1528 február 22.

Ferdinánd király kéri VII. Kelemen pápát, hogy az egri püspökből esztergomi érsekké előléptetett Várday Pálnak a megerősítést és érseki palástot minden annáta-fizetés nélkül megadja.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino Clementi Septimo Divina providencia Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino meo clementissimo.

Beatissime Pater et domine clementissime. Humillimam mei commendacionem. Cum superiore anno, divina favente clemencia,

[1] János király rácz vezére.

Regnum hoc Hungariae, quod iure optimo mox ab obitu inclitae memoriae serenissimi olim regis Ludovici sororii et consanguinei mei charissimi ad me devolutum erat, penetrassem, soliumque et diadema regium solemni totius regni praelatorum, baronum, procerum et nobilium consensu assequutus fuissem, ad ea in primis in regno eodem curanda mentis meae oculos adieci, quae ad divini nominis honorem cultumque religionis in ecclesiis Dei tendere videbantur. Volens itaque inter alia ecclesiae metropolitanae Strigoniensi, quae presule legittimo destituta erat (ne longae vacacionis dispendio afficeretur, muniisque divinis inibi peragendis fraudaretur), de pastore idoneo providere, praeclaris et eximiis Reverendi Pauli de Varda Episcopi Agriensis meritis ac virtutibus, singularique prudencia ac rerum gerendarum usu inductus, eundem veluti personam idoneam et tam de regno hoc meo, quam eciam serenissimo olim rege Ludovico praedecessore meo suis officiis optime meritam, vigore iurispatronatus regii, quod in omnibus regni eiusdem ecclesiis instar aliorum divorum regum praedecessorum meorum me habere in confesso est, Sanctitati vestrae pro legittima institucione confirmacioneque et administracione ecclesiae eiusdem obtinenda praesentandum duxi, praesentoque per praesentes supplicans Eidem humillime, dignetur eum pro singulari Sanctitatis vestrae in me et regnum hoc meum clemencia, mea item perpetua in Eam devocione et observacione dictae ecclesiae Strigoniensi in pastorem legittimum praeficere, administracionemque illius una cum pallio et aliis praerogativis gratis et absque annatae alicuius pro hac vice dumtaxat solucione eidem dare et committere. Adeo enim gravibus hoc tempore in alendis copiis premitur sumptibus, ut ne id quidem suo aere tolerare, nedum annatam aliquam exsolvere possit, praesertim quoniam bona pars villarum et possessionum, ex quibus archiepiscopatui redditus proveniebant, Turcarum tyrannide proxima clade regno illata ferro atque igne vastata et solotenus aequata sit, colonis earum partim miserabiliter occisis, partim vero in perpetuam servitutem abactis. Proinde iterum atque iterum supplico Sanctitati vestrae, ut ei causa mea de solucione annatae pro summa Eius benignitate graciam pro hac via facere velit; quicquid enim graciae et beneficii in eum Sanctitas vestra conferre dignata fuerit, id omne in me ipsum collatum esse putabo, quod ab Eadem perpetuis meis officiis promereri curabo. Quam ut Deus Optimus Maximus pro felici statu sanctae matris ecclesiae et totius reipublicae christianae diutissime salvum et incolumen conservet, eciam atque eciam vehementissime cupio. Datum Strigonii die XXII. Februarii Anno

domini M. D. XXVIII. Regnorum meorum Hungariae et Bohemiae etc. Anno Secundo.

E(iusdem) Sanctitatis V(estrae)

Humilis et obsequens filius
Ferdinandus.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tom. I. Romae 1863. 598. l.

375.

Esztergom, 1528 márczius 1.

«Andreas decretorum doctor, ecclesiarum Strigoniensis et Chasmensis Prepositus» biztosítékot kér Sopron városától, hogy 50 frtnyi utiköltségét megkapja, ha a magyar és osztrák határok kiigazítása végett Dominica Oculi-ra (márczius 15) összehivott gyűlésen megjelenik.

Andreas, decretorum doctor, ecclesiarum Strigoniensis et Chasmensis Praepositus, tutum reddi se petit de refusione expensarum 50 flor. in revisione metarum regni Hungariae et archiducatus Austriae emergendarum.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XIX. et T. fasc. I. nr. 16.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

376.

Sárvár, 1528 márczius 7.

Béltheki Drágffy Anna, előbb Kanizsay László, azután Frangepán Kristóf gróf hátrahagyott özvegyének végrendelete.

Soli Deo laus et gloria.

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, sabbato proximo ante dominicam Reminiscere in castro Sarwar generosa et magnifica Domina Anna Dragffy de Belthek, olim magnifici condam Domini Ladislai de Kanysa, nunc vero spectabilis et magnifici quondam Domini Cristofori de Frangepanibus, Segnie, Weglie Modrusieque etc. comitis relicta, in lecto egritudinis decumbens, sane tamen et per omnia integre mentis, tale de infrascriptis fecit et legavit testamentum:

Imprimis animam suam commendat Deo Omnipotenti, advocatam autem vult habere piam et gloriosam, intemeratamque semper virginem Mariam.

Tutores vero et speciales protectores huius testamentarie sue dispositionis reverendissimos dominos Paulum de Warda archiepiscopum Strigoniensem ac Thomam de Zalahaza episcopum ecclesie Agriensis, cancellarium regium, nec non

Magnificos dominos Alexium Thurzo de Bethlenfalva iudicem curie regie, et Franciscum de Batthyan regnorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie banum etc. fratrem, propinquum liberorum suorum dat, requirit, ordinat et facit.

Item executores eiusdem testamentarie sue legationis committit et designat egregios et nobiles Dionisium de Hassagh compatrem suum in Kanysa, Franciscum Wathay in Capw, Franciscum Baco in Lewka, Balthasarem Barson in Chokakew, castrorum suorum castellanos, et Ambrosium Chernely vicecomitem comitatus Soproniensis, familiares et servitores suos et honorabilem dominum Thomam Grwba presbiterum, capellanum suum specialem legat, facit et committit.

Item, imprimis, quia magnificus condam dominus Ladislaus Kanysay praefatus, dominus maritusque suus prior, testamentariam dispositionem et legationem generose et magnifice condam domine Clare Rozgony matris sue, socrus eiusdem domine magnifice testantis adimplere non curaverat: legat et committit, ut voluntas testamentaria ipsius condam domine socrus sue ex rebus mobilibus, quibus fieri poterit cum tempore adimpleatur, ne anima ipsius domine testantis, si eam mori Deo glorioso ita volente contigerit, in penis torqueatur.

Item legat et committit, ut disponatur una tabula ad altare ad ecclesiam fratrum Heremitarum in Erwenyes de rebus mobilibus, quibus fieri poterit.

Item magnificum dominum Franciscum Kanysay filium et puellam Ursulam filiam suos legat et commendat fovendos, educandos et conservandos prefatis Dionisio de Hassagh et Francisco Wathay; quodsi dictos Dionisium de Hassagh et Franciscum Wathay interim, quo iidem liberi eiusdem domine testantis ad etatem eorum discretionis pervenerint, mori contigerit, extunc legat et committit eosdem liberos suos fovendos enutriendos, et conservandos ceteris prenominatis coexequutoribus eorundem Dionisii de Hassagh et Francisci Wathay.

Honorabilem autem dominum Thomam Grwba presbiterum, capellanum suum commendat in eruditorem et instructorem perpetuumque capellanum eiusdem filii sui.

Item castra, similiter castella et domos suas singula et universas legat et committit ac demandat fidei eorundem Dionisii de Hassagh et Francisci Wathay tenenda, regenda, bonaque possessionaria gubernanda et procuranda ac pro ipsis Francisco Kanysay filio et Ursula puella filia suis fideliter conservanda, mandans et committens universis et singulis fidelibus castellanis et officialibus

suis, ut in omnibus ad fidelitatem ipsorum Francisci Kanysay filii et puelle Ursule filie suorum spectantibus et concernentibus verbis dictorum Dionisii de Hassagh et Francisci Wathay, quorum fidei liberorum suorum et bonorum pariter procurationem demandasset, obtemperare ac parere, et eosdem audire debeant; casu vero, quo eosdem Dionisium Hassaghy et Franciscum Wathay ab hac luce, ut premissum est, decedere evenerit, extunc prenominati coexequutores eorundem eandem et consimilem facultatem et potestatem in conservandis et procurandis bonis ipsis possessionariis habeant, donec et quousque ipsi liberi ipsius magnifice domine testantis ad etatem eorum maturiorem et discretionis pervenerint. In quibus autem iidem Dionisius Hassaghy et Franciscus Wathay aut alii coexequutores eorundem ad provisionem et directionem liberorum praefatorum ipsius domine magnifice testantis et bonorum possessionariorum predictorum castrorumque prescriptorum sufficientes esse non possent, requisiti essent et deputati per ipsam dominam magnificam testantem prenominati domini tutores ac protectores, qui in omnibus necessitatibus eorum eisdem liberis suis, nec non prescriptis Dionisio de Hassagh ac Francisco Wathay et aliis coexequutoribus eorundem ope, auxilio, consilio et patrocinio essent adfuturi.

Item, legat et comittit, ut res ex auro et argento, puta torques, cathene, ciphy deaurati, necnon scutelle et disci similiter ex argento, et alie res huiusmodi, quarum numerum sive rationem ipsa domina testans ad presens edicere sive denominare nesciret, quas videlicet spectabilis et magnificus quondam dominus Cristoforus comes etc. dominus et maritus suus ultimus ipsa inscia aut etiam cum voluntate sua in certis locis puta Veneciis, Zagrabie et alias ubivis et etiam quibusdam servitoribus suis ratione servitiorum eorundem impignorasset pignorique tradidisset et dedisset, que omnes quoad plenum resciantur et cum tempore ex proventibus bonorum possessionariorum ipsorum liberorum suorum per prenominatos exequutores suos redimantur et pro eisdem liberis suis fideliter conserventur.

Item possessionem Bakonok, alias etiam per dictum condam dominum Ladislaum de Kanysa testamentaliter ad ecclesiam fratrum heremitarum de Erwenyes pro refrigerio animarum predecessorum suorum legatam, pro refrigerio anime eiusdem condam domini Ladislai Kanysay domini sui ac precessorum eiusdem sueque, ad eandem ecclesiam legat et committit perpetuo tenendam et de facto possidendam.

Item legat et committit, ut omnes servitores a minimo ad maximum et debitores sui contententur. Item Gothardum Theryek et Clementem Gwrdach in perpetuos servitores ipsius magnifici domini Francisci Kanysay filii et Ursule puelle filie suorum dat, commendat et addicit.

Item sunt quedam nobiles domine olim ancille magnifice domine testantis adhuc a magnifica condam domina Clara Rozgony socru sua remanentes, que matrimonio sunt date, que non essent de eorum servitiis contentate; legat et committit, ut ex rebus eiusdem domine testantis optimo modo contententur.

Item legat magnifice domine, Ursule puelle filie sue unam vestem strictam gemmatam ex skarlath, alteram vestem strictam ex alba kamoka subductam pellibus sabellinis, vulgo nywz. Item tertiam vestem ex kamoka, zederyes auro intextam, subductam pellibus hermellinis vulgo hewlgh. Item vestem de purpura rubeo, subductam pellibus mardurinis. Item vestem strictam ex alba kamoka, fibulatam vulgo kapchos. Item vestem rubeam ex kamoka strictam.

Item legat, ut consorti Michaelis Nemay lectilia sive suppellictilia pepla duo scrinium parnahew ordinetur et detur.

Item rursus legat et committit, ut servitores, ancille, famuli et familia, allodiatores, lotrices et alii mercenarii contententur, inter quos est domina senascula Kaldy, que etiam ad plenum contentetur.

Item nobiles puelle ancille, que penes magnificum dominum Franciscum Kanysay et magnificam dominam Ursulam puellam manere voluerint, maneant et teneantur ac foveantur, que autem noluerint, contententur de eorum serviciis; sic et adolescentes et iuvenes pariter.

Item nobili puelle Sare Gozthony ancille et cubicularie sue legat unam vestem de pellibus variolinis dorsinis defectam, a Petro Bonus apretiatam, cujus pretium non esset exolutum, persolvatur et detur eidem.

Item ad eandem ematur pro una veste rubea kamoka et ponantur predicte pelles varioline, vulgo peghwethath, sub eam.

Item alteram vestem zederyes granath zognyam.

Item maycz unum nigri coloris ad latitudinem trium digitorum.

Item pepla duo.

Item suppellectile vulgo paplan unum.

Linteamina sex.

Item mensalia sex.

Item manuterigia sex.

Item camiseas Hwzaronum septem.

Item camiseas amplas, vulgo chahol, quinque.

Item nobili puelle Dorothee ancille sue procuratrici magnifici domini Francisci Kanysay legat unum maycz. Item camiseas Hwzaronum quatuor.

Item camiseas amplas vulgo chahol, tres.

Pepla duo.

Item unam vestem zederyes granath, subductam pellibus, hermellinis, vulgo hewlgh.

Item alteram vestem zognyam iskarlath.

Item legat et committit, ut cetere vestes, que supererunt, conserventur pro liberis eiusdem magnifice domine testantis.

Item demum orat, interpellat, rogat et efflagitat plus amore Dei omnipotentis, eiusque genitricis virginis gloriose prenominatos reverendissimos ac magnificos Dominos: dominos tutores ac protectores huius sue testamentarie legationis, ut tam apud Deum omnipotentem, eiusque genitricem semper virginem Mariam, quam etiam Serenissimum principem Dominum Dominum Ferdinandum Hungarie et Bohemie etc. Regem, Infantem Ispaniarum, archiducem Austrie, ducem Burgundie, marchionem Moravie etc. Dominum nostrum gratiosissimum atque clementissimum et alios ubique presens testamentum suum liberosque et fideles servitores suos liberorumque suorum, item castra, castella, oppida et alia universa bona liberorum suorum iamdictorum possessionaria, habeant pie favorabiliter et iuste commendatos, sintque illis omni ope, auxilio consilio, directione et patrocinio.

Egykorú másolat két, összefűzött papir hét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica 1527. márcz. nr. 33.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

377.

Zselíz-Szentjakab, 1528 márczius 13.

Máté pannonhalmi apát, a benedekrendűek feje, László pécsváradi és György szekszárdi apátok tudatják a benedekrendű monostorokkal, hogy a minap Pannonhalmán tartott háromévi káptalantól kiküldött látogatók, «quos quidem Rev.-mus dnus Archiepiscopus Strigoniensis ordinarius et primas Regni admisit et deputavit», előbb nem mehettek s azért csak most indulnak a «tam in capite quam in membris» megvizsgálandó monostorok látogatására.

Mattheus archiabbas eiusque collegae nuntiant visitatores monasteriorum ordinis sancti Benedicti nuper in capitulo triennali electos nunc profecturos esse ad visitanda tam in capite, quam in membris monasteria.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. C. 26. 1. P.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

378.

Buda, 1528 márczius 21.

A királyi tanács tagjai Czibak Imre kijátszásáról.

Agriensis (Thomas de Zalahaza) Petro Sadobrich provisori arcis Gyula Georgii Marchionis Brandenburgensis: «Modo Regia Maiestas et regentes Hungarie fecerunt gratiam cum domino Cibak ita, si restituet episcopatum et sedebit in pace». Nicolaus Thuróczy magister curiae eidem: «Quamprimum restituet (Cibak) episcopatum, tu etiam occupes bona ipsius [1] et facias te ostendere, quod nescis quid est inter Regiam Maiestatem et ipsum Emericum conclusum».

Müncheni Reichsarchiv. Brandenburgica. c. CCIX. f. 36.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

379.

Buda, 1528 márczius 24.

Az egri püspök jelenti Ferdinánd királynak, hogy Zapolyay János megfutamodása után emberei Munkácson egybegyülve ujból tanácskoznak és követőiket a visszatérésre lelkesítik. Helyesnek mondja a Czibak Imre váradi püspökkel szemben követett eljárást.

Serenissime Rex... Que ex litteris nomine nostrum omnium datis Maiestas Vestra intelliget, nolo repetere. Venit hodie ad me Suffraganeus Varadiensis ab Emerico Czybak, qui mihi privatim declaravit, exhibitis etiam quibusdam litterarum exemplis, quemadmodum post Joannis fugam omnes fere illius assecle in arce Mwnkach ad Paulum Arthandi convenerant, novosque cetus instituant et animos hominum ad reditum et expectationem Joannis erigant. Hii mihi non tam amore et desiderio Joannis, quam metu pene et supplicii videntur insanire, ac meo quidem iudicio recte est factum, quod Czybak gratiosum Vestre Maiestatis responsum habuerit, nam in hunc unum multorum est respectus, ad eiusque

[1] Haereditaria.

arbitrium alii sese accomodabunt. Quid Dominus Gaspar Horwath illi promiserit, cum sciret, quantum in eo homine esset ad res Maiestatis Vestre stabiliendas momenti: ex hoc litterarum exemplo incluso presentibus[1] cognoscet; videbat Dominus Gaspar ex huius Czybak nutu Radych, Joannem Kallay et quitquid est vicine nobilitatis pendere, quamvis per eum nuncium, qui nuper a nobis est expeditus, ne verbum quidem fecerit de mille colonis. Si fidus erit, ut spero, si serviet: poterit eum Maiestas Vestra ornare pro suis meritis; ad ea tamen prestanda, que ne ipse quidem nuper optavit, non arbitror Maiestatem Vestram esse obligatam[2]. Deus optimus maximus Vestram Maiestatem felicissimam nobis et christiane religioni servet et tueatur. Bude XXIIII. die Martii anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Eiusdem Maiestatis Vestre servus humillimus

Agriensis.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Domino meo clementissimo.

Egy ív papír egyik oldalán veresviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 44.*

Közli: Bunyitay Vincze.

380.

Ujhely, 1528 márczius 25.

Mezteghnyei Bodó Ferencz, Pétert szentmihálykövi várnagyot, mert ama várat urának, Gerendy Miklós erdélyi püspöknek vagy kiküldöttjének átadta, mint becsületes embert megnyugtatja.

Nos Franciscus Bodo de Mezthegnyew etc. fatemur et recognoscimus per presentes litteras nostras, quod nos Egregium Petrum familiarem nostrum, tanquam Castellanum nomine nostro in castro Zenthmyhalkew existentem, ex eo, quod idem castrum Reverendissimo Domino Nicolao de Gherend Episcopo ecclesie Albensis Transsilvane aut hominibus suis per suam dominationem ad id

[1] Meg van e csomagban 38. sz. a.

[2] Vingárti Horváth Gáspár, erdélyi királyi helytartó idézett levelében ez áll: «Assecuramus per presentes Reverendissimum Dominum Emericum Czybak Episcopum Waradiensem auctoritate Regia per Maiestatem Suam in huiusmodi assecuratione nobis adhibita et concessa, ut quoscunque in talibus assecuraremus, Sua Maiestas promisit in verbo suo Regio observaturum, promittimusque eidem Domino Emerico Czybak ad fidem et honorem nostrum: ut si sua Reverendissima Dominatio a parte Joannis Zapolyensis reflectitur... ex tunc Sua Maiestas in regno Hungarie vel hic (Erdélyben)... Domino Emerico Czybak mille iobagiones sessionatos dare et conferre dignabitur... Datum in Mykefalwa in festo Beati Gregorii Pape (márc. 12.) anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo».

deputatis dedit et manibus eiusdem Domini Episcopi vel hominum ipsius assignavit, — eundem igitur Petrum tanquam bonum virum, qui honori suo ad plenum satisfecit, quietum et expeditum reddidimus, imo reddimus et committimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Wyhel in festo Annunciationis Beatissime Virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Egy negyedív papíron aláírás és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és k. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 59.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

381.

Buda, 1528 márczius 25.

Szalaházy Tamás egri püspök, kir. kanczellár sürgeti Oláh Miklóst, hogy a királyné udvarából a királyéba menjen át.

Scripsi ad Maiestatem reginalem, ut cum eius bona gratia liceat vos sequi regis curiam, nec dubito, quin possim impetrare; sunt enim rationes non leves, pro quibus vel ipsa Maiestas reginalis sua sponte vos mittere ad hoc officii deberet. Rogo ne quid difficultatis aut morae interponatis. Experiemini magno id vobis et commodo et honori futurum; dabo operam, ut thesaurarius aliquid viatici aut mittat, aut deputet... Nemo nostratium apud regem est, qui expedire quidquam possit, quod non mihi tantum, id est cancellario, sed toti regno maximum detrimentum afferre poterit. Rescribas mihi per primam postam te esse paratum, ut acceptis a me litteris ad Maiestatem regiam et aliqua instructione, sine mora voles celerrime... Budae in festo Annunciationis Mariae Anno Domini. 1528.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 2. l.

382.

Sopron, 1528 április 3.

Királyi biztosok itélnek a Csepreg melletti Szt.-István király anyaegyháza[1] *és hozzátartozó (alsó-felső-)szakonyi fiókegyház kegyurasága ügyében.*

Nos Theodoricus ecclesie Nove Civitatis Episcopus, Andreas decretorum doctor prepositus ecclesie Strigoniensis, Georgius de

[1] Ma Szentkirály néven puszta, Csepregtől keletre.

Liechtenstein baro in Muran, Ioachimus Marsthakk camere seu fisci regii procurator, Ioannes Cuspinianus doctor, Michael lector de Alba Regali et Stephanus Amade castellanus et provisor castri Owar, commissarii Regie Maiestatis in dieta presenti hic Sopronii ad causas incolarum regni Hungarie ex una et archiducatus Austrie partibus ab altera audiendas et fine debito terminandas specialiter deputati, significamus... quod, quamvis inter alias causas et lites eorundem incolarum causa quoque plebanie ecclesie sancti regis Stephani parochialis prope opidum[1] Chepreg fundate et filialis ecclesie in villa Zakon fundate, cum coram nobis versata fuisset, inter partes litigantium tunc officialium scilicet Regie Maiestatis atque Archiducis Austrie nobiles Clementem Haller castellanum de Kezeg[2] et Balthasar de Barson castellanum castri Chokakeu magnifici domini Francisci Kanisaÿ, ex quorum iam predictorum officialium tractatis ac probationibus intelleximus sane, quod iam prefate ecclesie sancti regis Stephani cum sua filiali ecclesia et suis possessionibus pertinuisset semper atque imposterum pertineret iuspatronatus ad magnificum dominum Franciscum Kanisaÿ. Pro partium itaque bona pace ac concordia sano duximus consilio et iuris processu decidendum, quatenus honorabilis dominus plebanus et archidiaconus Soproniensis eligeret unum presbiterum probum ac idoneum ad prefatam ecclesiam regendam, quem magnifico domino Francisco Kanisaÿ presentare deberet, et cum eidem idoneus videretur, eandem plebaniam donare ac conferre illi confirmareque in eadem vellet. Preterea ad partium voluntates nos accomodantes et eisdem obtemperantes decrevimus et iure mediante determinavimus, quod si idem plebanus electus ac confirmatus per prefatum magnificum dominum per se et sine adiumento capellani sufficiens esset, extunc tanto temporis et anni spatio in ea ecclesia parochiali resideret ac se contineret, quanto etiam circa filialem ecclesiam in Zakon fundatam. Finaliter autem consentientibus partibus ac a nobis optantibus pro vinculo ac liga bone pacis et concordie imposuimus violanti et rumpenti penam florenorum ducentorum nostrum iudicium ac latam sententiam in sede iudiciali nostra factam. Quibus itaque iam cause prefate per nos decise clausulis ac articulis partes litium obtemperantes et consentientes, per predictum... plebanum et archidiaconum Soproniensem Matheum presbiterum de Chepreg cognomine Solya presentatum

[1] Igy.
[2] Igy. Helyesen Kewzeg, azaz Kőszeg.

ac commendatum... Franciscus Kanisaÿ cum vidisset ac idoneum ad prefatam ecclesiam agnovisset regendam, prout est iurispatronatus, eidem presbitero Matheo predicto eandem plebaniam cum filiali ecclesia et suis omnibus proventibus ac possessionibus, scilicet vineis, molendinis, pratis ac ceteris omnibus ad eandem pertinentibus, contulit et ex speciali erga Deum habita charitate et in illum Matheum prefatum gratia, iure perpetuo possidendam fore concessit.. Datum Sopronii feria sexta proxima ante Dominicum Ramispalmarum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Egykorú másolat a hg. Eszterházy lt.-ban. G. Nro. 40.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

383.

Gyulafehérvár, 1528 május 4.

Gerendy Miklós erdélyi püspök, királyi kincstartó értesíti a szász papság főděkánját Erdélybe érkeztéről; de mivel most az ország dolgai miatt csak néhány napig tartózkodhatik székhelyén, felhívja, hogy hivatalos tisztelgésöket akkorra halaszszák, ha majd újra vissza fog térni.

Venerabilis nobis in Christo sincere dilecte. Potuit vel rumore ipso ad vos pervenisse, nos ex Dei maximi clementia in has partes regni Hungarie Transilvanas salvos applicuisse, ubi inter munia regalia hoc quoque maxime in votis nostris esse, ut ecclesiam, hoc est sedem nostram Albensem adeamus, illic, quantum per negotia regia licuerit, demoraturi. Novimus autem pro syncera erga nos vestra devotione vos et districtus vestri plebanos ceterosque viros ecclesiasticos vestro ductu et exhortatione, ut par est, ad obedientiam nobis prestandam sponte apud nos comparituros, quos cum omni favore et benivolentia nostra semper excepturi sumus, tum ut vos et omnes ex Dei benignitate nobis commissos agnoscamus, tum ut invicem in Domino consolemur. Sed serenissimi principis nostri mandata regnique Sue Maiestatis negotia, et ea ardua, nos urgent adeo, ut in hoc primo adventu nostro paucissimis diebus domi nostre permanere possimus, at regiis negotiis Deo iuvante compositis, rursum in sedem nostram revertemur. Sed cum ignoremus quo die id futurum sit, vos admonitos esse volumus, ut hac vice vos vestrosque domi contineatis, neque generaliter (nisi forte aliqui propter loci vicinitatem aut alias suopte consilio suaque voluntate) ad nos venire debeatis. Cum vero negotia regia compon [. . . .] ad sedemque nostram redibimus, vos aut per litteras aut per nuncios certiores reddemus, quo die et termino apud nos

constitui debebitis. Interim domi vestre permanere potestis. Datum Albe in edibus nostris in festo beati Floriani martiris. Anno Domini millesimo quingentesimo XXVIII.

Nicolaus de Gherend,
Electus Ecclesie Alben. Transilvane, Thesaurarius Regius etc.

Idem Transilvanus et Thesaurarius
Manu ppr.

Kívül: Venerabili Magistro Luce Plebano de Berthalom Decano Generali Sedis Megyes, Nobis in Christo syncere dilecto.

Haner, Miscellanea Historiam Hungariae et Transsilvaniae inprimis Ecclesiasticam illustrantia I. 196. *Fabritius*, Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 192—193.

384.

Buda, 1528 május 9.

Szalaházy egri püspök, Czibak Imrétől nyert értesülése nyomán tudatja a királylyal, hogy Zapolyay János követe visszaérkezett a töröktől, ki elhatározta, hogy János visszahelyezése végett bejő Magyarország pusztítására; kéri tehát az Isten, a vallás és saját gyermekeinek szerelmére, gondoskodjék az ország kellő védelméről.

Serenissime Rex.

Czybak per Suffraganeum ecclesie Varadiensis rem certam et exploratissimam mihi nunciat secretius tamen, credo, ut honori Joannis, cui antea servivit, parceret: significat rediise nuncium Joannis Zapoliensis, quem autumno superiore ad Turcam miserat, et ad dominum suum hiis diebus celerrime contendisse. Retulit hic Emerico Czybak: confectum esse apud Turcarum Cesarem ex Joannis sententia negotium, venturumque eum ad huius regni perniciem simul, ut Joannem restitueret; id quod egregie congruit cum illis litteris, quas Balibeg ad dominum Ladislaum More nuper lingua rasciana scriptas dederat. Cum itaque eadem undique afferantur, nec dubitare possit Maiestas Vestra de conatibus hostium: per amorem Dei et religionis, liberorum suorum, atque huius regni salutem, dignetur quanta maxima possit sedulitate apud istos principes, subditosque suos perficere, ut subsidium tantum quantum ad tuendam non solum Hungariam, que prima est hostibus obiecta, sed provincias suas, totamque Germaniam... (a többi hiányzik).

Egy negyedív papír egyik oldalán kelet és aláírás nélkül az egri püspök Budán 1528 május 9-én kelt leveléhez csatolva; a püspök kezeírása. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 109.*

Közli: Bunyitay Vincze.

385.

Buda, 1528 május 9.

Az egri püspök a királynak, ki azt parancsolta, hogy a szarvaskövi várnagy és rabtársai a komáromi kapitánynak keze alá küldessenek, azt jelenti, hogy Erdődy Péter hadnagy kevésbbé vétkes és azért ő felsége kegyelmébe ajánlható; a másikat pedig, Ercsy Ferenczet, ki szerzője volt annak, hogy Bodó Ferencz az egri várat elfoglalta és a ki borzasztó pusztításokat tett a templomban és a püspök javaiban, várnagyát és többi jó embereit kegyetlenül megölette, Komáromba viteti.

Serenissime Rex, Domine clementissime. Post humilem servitutis mee commendationem. Mandavit Maiestas Vestra per dominum comitem de Nagarolis, pincernam suum, ut castellanus de Zarwaskew et qui cum eo in arce Agriensi adservantur, ad manus capitanei Comaromensis deducerentur. Ego Maiestati Vestre paucis ante diebus horum conditionem descripseram: alterum esse fratrem domini Zagrabiensis, qui castellanus erat, Petrum Erdewdy, hominem, qui minus peccaverat, servari in gratiam vel arbitrium Maiestatis Vestre; alterum Franciscum Erchy, hominem sceleratum, qui incredibili damno et sacrilegio ecclesiam Agriensem, servitores et subditos meos vexaverat, auctorque fuerat, ut Franciscus Bodo arcem Agriensem caperet, castellanum et non paucos viros bonos familiares meos crudelissime trucidaret, omnem sacram supellectilem diriperet; hic, quantum intelligo, tamdiu est retentus in carcere, dum Petrus doctor rationem accepti et expensi proventus ecclesie Agriensis cum eo deduxerit. Si vivit, obtemperabo, ut debeo mandato Vestre Maiestatis, si vixit; alter nihilominus ad manus capitanei Comaromensis deducetur. Deus Vestram Maiestatem servet felicissimam, cuius gratie me humillime commendo. Bude VIIII. Maii anno Domini 1528.

Eiusdem Maiestatis Vestre servus humillimus

Agriensis.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Domino meo clementissimo.

Egy ív papir egyik oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel. Csak a két utolsó sor a püspök írása, könnyű, gyors vonások. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1528. jan.—jun. 109.*

Közli: Bunyitay Vincze.

386.

Eger, 1528 május 12.

Dombvásári Ferencz tarczafői főesperes Bártfa városának: Hogy Kristóf mester lemondása után Schüstel Farkast választották plébánosukká, amiatt sem ő, sem a káptalan nem neheztel. A választás joga a várost illeti, a püspököt csupán a megerősítés. Meg van győződve róla, hogy nem választották volna meg, ha nem ítélik vala, hogy jó lelkipásztoruk leszen; sőt ő is mint tudós és jámbor férfiút ajánlja Schüstelt. Amit a böjtparancs megszegésére vonatkozólag írtak (hogy t. i. azt nem tették), inkább hisz nekik, mint feljelentőiknek; ne is engedjék, hogy ez a visszaélés köztük lábra kapjon.

Post salutem et obsequiorum meorum commendationem Prudentes et circumspecti domini et amici mei honorandi. Accepi litteras dominationum vestrarum, in quibus significant mihi, qualiter magister Wolffgangus Schissel[1] plebanus vester post collationem plebanatus, per resignationem magistri Christoferi[2] in manus vestras factam, minus iuste et indebite hic apud me et venerabile capitulum Agriense accusatus fuisset, propter quod ego et praefatum capitulum gravem et sinistrum concepissemus animum. Sciant itaque dominationes vestrae, quod neque ad me, neque ad capitulum electio plebani attinet, nisi ad vos, sed tantummodo confirmatio ad episcopum vel eius vicarium pertinet; nam sine confirmatione nullus parochus sacramenta exercere rite in sua ecclesia potest. Idcirco nullum gravem erga ipsum magistrum Wolffgangum gerimus, neque gessimus animum; credo enim firmiter, quod dominationes vestrae non elegissent, si non cognovissent saluti animarum suarum bonum pastorem et consultorem esse, imo ego quoque dominationibus vestris commendo tanquam virum doctum et pium. De esu autem carnium et lacticiniorum, ubi dominationes vestrae mihi scribunt, non fuisse ita, prouti mihi dictum erat: ego dominationibus vestris plus credo, quam illis. Rogo, ut etiam deinceps id dominationes vestrae faciant, sicuti decet bonos et veros christianos; ne permittant hanc abusionem inter eos crescere. Reliquum est, quod dominationes vestras bene et feliciter valere opto. Datum Agriae feria tertia proxima post festum Beati Johannis ante Portam Latinam. Anno Domini 1528.

Vestrarum Dominationum

Frater et amicus Franciscus de Dombwasara
Archidiac. de Tharczafew m. p.

Wagner, Diplomatarium Comit. Sárosiensis 494. l.

[1] Igy.
[2] Hibásan: Cruciferi.

387.

Gyula-Fehérvár, 1528 május 13.

Torday Pál erdélyi püspöki helytartó a dési Mária-Magdolna-kápolna javára tanúkihallgatást rendel.

Paulus de Thorda archidiaconus Hwnyadiensis canonicusque et vicarius ecclesie Albensis Transsilvane etc. Honorabiles in Christo nobis dilecti. Relatum est nobis per honorabilem Joannem rectorem capelle beate Marie Magdalene in oppido Desiensi constitute[1], quod quamvis ipse ex testamentaria dispositione honorabilis condam magistri Georgii de Dees plebani de Chepan quoddam macellum, quod olim genitoris eiusdem magistri Georgii prefuisset, libere et pacifice possederit, tamen, quia nunc quidam rerum temporalium cupidi, nescitur unde moti, dictum macellum a iure et dominio dicte capelle alienare et pro seipsis usurpare contenderent... idem magister Joannes pro defensione iurium suorum ac dicte capelle testes suos ad punctum huiusmodi testamentarie dispositionis faciendum locupletissimos haberet. Verum timendum esset de morte et obitu ipsorum. Ut ne igitur per mortem prefatorum testium copia testimoniorum depereat... Dilectioni vestre... mandamus, quatenus... omnes et singulos testes vobis propterea nominandos de et super huiusmodi testamentaria dispositione dicti quondam magistri Georgii recipere... debeatis... Datum Albe decimatertia die mensis Maii anno domini millesimo quingentesimo vicesimo octavo.

Kívül: Honorabilibus Ladislao rectori altaris beate virginis Marie, item Matheo capellano et Andree presbiteris, Gratiano in oppido Desiensi constitutis...

Eredetije Deés város levéltárában 117. sz.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

388.

Elefánt, 1528 május 20.

Az elefánti perjel kéri Selmeczbánya tanácsát, hogy jobbágyait a hrusai vár úrnője ellenében védelmezze.

Orationes in domino Jesu! Famosi domini, domini nobis semper colendi. V[estrae] d[ominationi] humiliter supplicamus tanquam dominis ac vicinis nostris gratiosis, uti ad modicum tempus

[1] Hibásan: constitutum.

tueri non recuset eadem[1] v. d. nostros pauperes iobagiones de Magno Praso, quia G[enerosa] domina Barbara de castro Ruszoph[2] magnas iniurias facit eisdem. Nam, nisi v. d. et ipsis subvenerit, omnino[3] nullum habere possimus post Deum preter v. d. refugium. Presens autem planius explicabit[4] tabellator v. d., cuius verbis, obsecramus, fidem adhibere non recuset eadem v. d. Valere optamus v. d. Edibus nostris in vigilia Ascensionis Domini. Anno Domini 1528.

Frater Gregorius,
prior de claustro Lephant[5] in omnibus v. d. sacellanus.

Kívül: Famosis ac egregiis dominis, dominis iudici iuratisque civitatis Semniciensis, dominis ac vicinis nobis semper gratiosis dentur he littere.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

389.

Kassa, 1528 május 20.

Kassa városának bírája és tanácsosai kérik Báthori István nádort és a helytartótanács világi és egyházi tagjait, hogy a hűtlenek elleni védelemről gondoskodjanak, például hozván fel (Athinay) Simon deákot, a pataki és újhelyi várnagyot, ki egy vacsora alkalmával a terebesi várnagyot megölte, többeket, köztük az újhelyi plébánost is fogságba ejtette.

Spectabilis, Reverendissimi ac Magnifici Domini nobis gratiosi. Post nostri et servitiorum nostrorum sinceram commendationem. Nolumus Magnificentias Vestras preterire, quomodo non cessat male sana Joanistarum factio, quin ut corporis partes corrupte, sic suas quoque agit partes, que, nisi ense recidantur, semper et reliquum corporis putredine sauciant. Contigit enim his proximis diebus, quod magnificus dominus Petrus Pereny̆, Waywoda Transsilvaniensis in suis certis negotiis Egregium Michaelem Alpari ad suos castellanos ac reliquos castrorum officiales misit, quem Michaelem Alpari Simon Litteratus, castellanus castrorum

[1] Az eredetiben hibásan: eiusdem.
[2] Hrusó vára.
[3] Hibásan: humnino.
[4] Hibásan: explicavit.
[5] Igy.

Pathak et Hwyhel, cum aliis domini sui officialibus ad oppidum Pathak invitatis Dominica Rogationum cena non tam lauta, quam meroris plena contractavit; namin iquum, quod forte diu in animo conceperat, facinus illa die vinculis et crudeli cede invitatorum homo perfidus patrare non neglexit, qui signo, ut proditor, suis satellitibus et oppidanis, qui sceleris conscii erant, dato, armatis manibus in convivas irruere fecit, et egregium Clementem Litteratum de Chele, castellanum ac provisorem castri Therebes, hominem profecto bone prudentie et fidelem, letali vulnere saucium tandem manuali pixide in caput feriens, Simon Litteratus interfecit; egregium vero Michaelem Alpari, Franciscum Litteratum officalem de Galsecz, plebanum de Hwyel ac plerosque alios in castrum vinctos ducere fecit, cum quibus quid futurum sit, ignoramus. De quo pessimo Simonis Litterati facto nos aliud coniicere non possumus, quam utrumque castrum, ut antea proditorie ad manus Joannis Scepusiensis tradiderat, eidem et nunc forte tenet. Quapropter Spectabilis ac Magnifici Domini, parum forte prodest sceleris fugasse magistrum, si eiusdem tessere et facinoris complices iam iterum sevire inpune incipiunt, qui ubique hec (így) comitatuum latebris se rursus in publicum proripiunt. Suplicamus igitur Magnificentiis Vestris humilime, quatenus dignentur de oportuno contra perfidos providere remedio, ne rursus ex parvo principio ingens (si vires ceperit) crescat malum. Reliqua egregius Wilhelmus Derholcz presentium exhibitor Magnificentiis Vestris abunde dicturus erit, cuius dictis Magnificentie Vestre fidem plenam prestare gratiose dignentur. Date Cassovie in vigilia Ascensionis Domini anno eiusdem 1528.

Magnificentiis Vestris Judex iuratique cives civitatis Cassoviensis obsequentes etc.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Stephano de Bathor, Regni Hungarie Palatino Judici Comanorum et Regie Maiestatis locumtenenti, ac Reverendissimis et Magnificis Dominis utriusque ordinis Consiliariis etc. Dominis nobis gratiosissimis.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. május. nr. 115.*

Közli: Bunyitay Vincze.

390.

Sáros, 1528 május 24.

Máté sárosi ágostonrendü prior tudatja Bártfa városával, hogy a bártfai kolostor javainak eladásába belé nem egyezhetik; kéri továbbá a várost, hogy Mátyás perjelt szerzetestársaival együtt hívja vissza.

Humillimam recognitionem orationum devotarum suffragiis praemissam. Circumspecti atque prudentes domini, domini in Christo honorandi. Seriem ac tenorem litterarum mihi transmissarum optime intellexi; ubi autem vestrae dominationes ruinosam desolationem monasterii scribunt, noverunt eaedem vestrae dominationes, quia omni occasione cura facta est. Cum tempore, quo ibidem in prioratus officio exstiti, aedificationem iuxta facultatem meam non solum monasterii, verum etiam ipsius piscine solicite procuravi; devotorum enim Christi fidelium sacris eleemosynis illud aedificatum est, ipsa piscina benigna manu bonorum hominum conventui in usus pauperum fratrum condonata fuit. Quamobrem humiliter supplico vestris dominationibus, ne mihi ingrato sitis animo, quia in hac venditione vestris consiliis, ut optatis, consentire non valeo; sed neque fratres mecum degentes consulere volunt: quia talis res haereditaria ad Superioris nostri Provincialis, imo fratrum et priorum totius Ordinis dependet consilium et arbitrium. Caeterum Prior Mathias illius monasterii iam antea per vestras dominationes licentiatus, adhuc cum suis fratribus vestrarum dominationum praestolatur benignam revocationis mansionem.[1] Datum in monasterio Sáros dominico infra octavas Ascensionis Domini, anno Eiusdem 1528.

Fr. Matthaeus,
Prior et Vicarius eiusdem monasterii
humilis subditus et exorator.

Wagner: Diplomatarium Comitatus Sárosiensis. 550—1. ll.

[1] Hic locus, quamquam paulo obscurior, indicat nihilominus Augustinianos a Bartphensibus ipsis urbe exactos esse. Fabulam itaque redolet, quod vir alias eruditus ad me hunc in modum perscripsit: *Traditione narratur de Bartphensium Augustinianorum extirpatione, quod dum quodam tempore aliquot fratres de civitate spaciatum foras irent, acatholici omnes in ira comprehensos in quodam fluvio submerserint, unde locus ille hucusque nominatur a monachorum submersione:* Münichsauff. *Duos vero pro custodia remanentes satis diu vexaverunt, donec tandem unus eorum cedens tentationibus, desertor fidei factus, Lutheranis adhaesit, alter vero senecio prae dolore et cordis amaritudine paulo post vita decessit. Tunc haeretici vacuum locum videntes, eundem occuparunt et ne monachorum aut monasterii aliqua memoria superesset, praeter templum, omnes cellas usque ad fundamenta disiecerunt.* Hactenus ille. Quod tamen utcunque se habeat, nullam certe abhinc memoriam Augustinianorum, seu Bartphensium, seu Sárosiensium reperis. — *Wagner* jegyzete id. h.

391.

Magyar-Óvár, 1528 május 31.

Mária királyné tudatja Kassa városával, hogy plébánosuk, Dr. Henckel János, késznek nyilatkozott udvarában a hitszónoki állást elfoglalni, s hogy ezt tehesse, plébániájáról lemondani. Felhívja azért őket, hogy helyébe más plébánosról gondoskodjanak, Henckelnek pedig hozzá utaztában támogatására legyenek.

Maria von gots gnadn zu Hungern vund Behem etc. Khunigin. Ersamen namhafften getreuen lieben. Wir fuegen Ew zu uernemen, das wir mit dem geistlichen unserm lieben Andachtigen Doctor Johansen Henkl, Euerm Pharrer sovill gehanndlt und beslossen haben, das Er das predigerambt bey uns und an unnsern Hof aufgenomen und sich bewilligt hat auch Euer phar Kascha, so Ir Ime alls Euerm seellsorger verlihen gehabt, wider zu resignirn vund uberzugeben. Sonnderlich aus per vrsach, das Er nit bede predigerambt an vunserm Hof und bey euch versehen mag. Darauf ist vunser gnedig ansijnnen vnd begern, wollet solhe pharr widerumben zu Euern Hannden nemen, Euch mit ainem anndern seellsorger vnd Pharrer versehen, vund gedachten Doctor Johannsen von vunsernt wegen dermassen hilfflich, Rat vund fardersam sein, domit er mit seinem Leib vund guetern auf dass furderlichist vnd sicherist zu vnns vnd an unnsern Hof khomen mőg. Wollet euch auch in allweg gegen Ime trautlich vnd guetwillig beweisen ertzaigen vnnd Im getreulichen beuohlen haben, wie Ir Ime sonnder zweyfl genaigt seit vnd wir vns zu Euch versehen. Daran thut Ir vns vnnderthanig gefallen in gnadn gegen Euch zuerkhennen. Geben in unnserm Slos Altenburg den Lessten tag Maij, Anno etc. Im Achtundhwaintighisten.

Maria,
kunigin.

Wuhler,
Secretarius.

Kívül: Den Ersamen Namhafften vnnsern getreuen lieben, Richter Rat vnnd Gemain Der Stat Kascha.

Eredetije Kassa város levéltárában. — Közölve *Frankl:* Henckel János, Mária királyné udvari papja. 19—20. ll.

392.

Prága, 1528 június 5.

Ferdinánd király meghagyja a magyar helytartó-tanácsnak, hogy miután arról értesült, hogy a zágrábi püspök gyűlést készül ellene tartani, ennek elejét vegyék és mindazokat, a kik a szepesi grófhoz szítanak, jószágvesztesèknek nyilvánítsák.

Reverendissimo, reverendis in Christo patribus devotis, ac spectabili et magnificis egregiis fidelibus nobis dilectis comiti palatino et locumtenenti ceterisque consiliariis regni nostri Hungariae Ferdinandus Dei gratia Hung. et Boh. rex etc. Intelleximus RR. episcopum Zagrabiensem conventum quendam conscribere et celebrare, in eoque nonnulla sine scitu et commissione nostra tractare, quae nonnihil nobis atque rebus nostris adversari possint. Quare vobis expresse committimus, ut in iis ordinem et modum faciatis, quibus haec tollantur et avertantur, vosque nomine et loco nostro omnium eorum bona, qui conspirationes faciunt, Joanni comiti Scepusiensi accurrunt vel ad eum proficiscuntur, aut alioqui palam et publice ei adhaerent, publicetis esse confiscata ac devoluta et cuiyis impetranti libera; sicut ex aliis nostris, quas heri vobis in eandem sententiam scripsimus, latius intellexistis, nostram in iis seriosam executuri voluntatem. Datum Pragae in arce nostra regia die V. mensis Junii anno dom. MDXXVIII., regnorum vero nostrorum secundo.

Ad mandatum domini regis proprium

Ferdinandus m. p. *Io. Maius* m. p.

Pray, Priorat. Auran. 89. *Katona* XX. 368.

393.

Buda, 1528 június 10.

Bátori István nádor hivatkozván azon igéretekre és nyilatkozatokra, miket a király és nevében ő maga és többi hívei a közszabadság fentartása iránt tettek, panaszul hozza fel, hogy a király hadserege borzasztó pusztításokat visz véghez a vér és minden harcz nélkül nyert országban; kéri tehát a királyt, hogy vezéreihez intézett kellő utasítással a nagy bajt orvosolja.

Serenissime Rex, Domine clementissime. Post humillimam fidelium servitiorum meorum commendationem. Maiestas Vestra dignetur mihi dare veniam, quod hec, que sequuntur, officio et fide,

qua Maiestatem Vestram prosequor, scribere sim coactus. Non ignorat Vestra Maiestas, que sunt eiusdem promissa gratiosa omnibus statibus atque ordinibus regni ante suum adventum publice per litteras tum suas, tum Reginalis Maiestatis, ac meas aliorumque dominorum, qui mecum una erant. Que omnia in regni metis ac tempore coronationis sue et in conventibus presentia, ore et verbis Vestre Maiestatis fuerunt confirmata. Nullus est in hoc regno comitatus, nulla civitas libera, quo frequentes mee litere, presertim ex Posonio date, non pervenerint, quibus meam fidem salutemque obligavi, fore ut Maiestas Vestra inmunitates, decreta ac privilegia regni sancte esset omnibus observatura, regnumque suum adversus hostes tam domesticos quam externos defensura. Qua spe ac fiducia libertatis ac defensionis cum universi regni huius incole mea ac dominorum opera ac studio essent erecti, factum est, ut Maiestas Vestra in hanc usque sedem regiam citra sanguinem et certamen ullum feliciter deducta, regnumque insigne et populi moderationem summo omnium favore et desiderio sit consecuta. Non multo post querele multorum ad Vestre Maiestatis ac nostras aures pervenerunt, non solum profana, sed sacra etiam per Vestre Maiestatis exercitum, quocumque iter facerent, violari, pecus innumerabile non hostium, sed subditorum e regno expelli villas et oppida ac colonos diripi ac spoliari, effractis etiam ecclesiis sacram supellectilem ac vasa omnia rapi. Quibus violentiis primo atque altero ac tertio item bello, quod contra Joannem Zapoliensem est gestum, adeo omnium animi sunt exacerbati, ut actum de libertate existiment. Si quam forte excusationem, que prius acta sunt, habere potuissent, propterea quod bellum sine violentia et iniuria aliena geri vix possit: hec, que in presentia ad Trinchinium patrantur, prorsus intollerabilia videntur; ville enim tredecim, hec cum scribenda curabam, funditus exuste illis in partibus, omniaque hostiliter ac per summam crudelitatem vastari, armenta boum et equorum rapi ac Moravis vendi pretio dicebantur, atque hunc in modum vite necessariis regnum hoc, satis alloquin omnibus malorum generibus vexatum, exhauritur.

Et quum incredibilis fames et exactio subsidii duorum flor., Zegedini vastatio, metus Turcharum in hoc idem tempus inciderunt, dici vix potest, Serenissime Rex, quante hominum querele et vociferationes toto regno audiantur, me in primis ac Dominos, qui Posonii fuimus, accusant, meam fidem appellant, querunt: ubi libertas? ubi verbis amplissimis promissa defensio? ubi palatini officium? atque adeo in nostri odium Joannis factio

nobilitatem ac viros militares ipsamque plebem exasperavit, ut pessima queque et interitum, nobis pene audientibus, ubique imprecentur, nec desunt, qui mortem etiam minentur, ita ut nullam horam periculo atque insidiis vacuam existimemus.

Quam ob rem supplico Maiestati Vestre, dignetur pro sua sapientia hec omnia secum diligentius considerare, atque id remedii adhibere, ut que non ex voluntate Vestre Maiestatis acta sint, corrigantur, bellique ducibus ac capitaneis imperet, ut milites in officio contineant. Vereor enim, Serenissime Rex, ne tot gemitus, querele et lamentationes aliquid eiusmodi pariant, quod vix maxima cura ac labore Vestre Maiestatis sedari tandem possit, id quod Maiestati Vestre, ut fidelis subditus ac palatinus, ex officio meo, sicuti debebam, curavi significandum.

Ferunt milites sub capitaneatu domini Coczjaner existentes deliberasse, post expugnatam arcem Trinchiniensem bona ecclesie Strigoniensis ac domini Turzonis atque aliorum in predam convertere. Quod ne fiat, Maiestati Vestre humilime supplico; nichil enim tale, presertim hii, quos nominavi, in Vestram Maiestatem admiserunt, unde huiusmodi animadversionem essent commeriti.

Nichil aliquando, Serenissime Rex, ex eo, quod ad officium meum pertinet, pretermisi, sed tamen defectum peperit ac parit in dies summa indigentia.

Maiestatem Vestram conservet Deus incolumem ac felicissimam diutissime, cuius gratie me iterum commendo. Ex Buda in profesto Sacratissimi Corporis Christi, anno 1528.

Eiusdem Vestre Sacre Maiestatis

fidelis servitor
Stephanus de Bathor,
palatinus, locumtenensque.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie et Bohemie, Domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 140.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

394.

Sárospatak, 1528 június 12.

Serédi Gáspár sárospataki plébános értesíti Nádasdy Tamást, hogy ígéretének eleget téve, Sárospatakot bevette; kéri, hogy neki, ki már nem a plébániát, hanem a várost és várat kezében tartja, szerezze meg a sárospataki plébániát.

Servitium Magnifice Domine. Feci promissioni satis: hodie cepimus Sarospatak. Egi ego hic (ut dicto invidia absit) optimum

imperatorem, militem strenuum. Dominatio Vestra M.me commendavit Regi, ob id quidquid glorie hinc habeo, omnia eidem acceptum fero, qui me ad tantam gloriam pervexisti et tantam ianuam ad capesendam *(így)* virtutem aperuisti. Scripseram eidem de plebania ista de Sarospatak; rogo impetret mihi, iam enim non plebaniam, sed civitatem et arcem in manu habeo. Scriberem plura, sed preseducia *(így)*, que cum hec scriberem in castris contigit, me valde impedivit. Sed rogo, ut quemadmodum cepit, sit mihi fautor et patronus, sicut fuit, antequam eandem peterem. Dicet copiosius lator presentium. Feria sexta post Corporis Christi ex castris sub Sarospatak positis.

Gaspar Seredi,
Plebanus de Sarospatak, servitor.

Kívül: Magnifico Domino Thome Nadasdi Castellano castri Budensis, Mecenati meo.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel; a kelet éve a tollban maradt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 141.* — Egy későbbi, 1528. «sabbato post octavam Corporis Christi» Zomborból (Zemplénv.) Szalaházy Tamás egri püspökhöz intézett levelében egyebek közt írja: «maximas gratias de plebania ago, agamque dum vivam. Frater istius Plebani etiam in hac pugna contra me gentes miserat; solus autem iste bonus Plebanus fuit etiam tunc in castro Wyhel.» U. o. 163.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

395.

Buda, 1528 június 13.

A helytartó-tanács kéri a királyt, parancsolná meg, hogy a bányavárosok (Bakabánya és Selmecz) munkásait, kik a garam-szentbenedeki apátságot s annak javait elfoglalták és sok vallásellenes dolgot míveltek, onnan tiltsák ki és az apátságot adják vissza az apátnak és társainak, noha az apátot arra méltatlannak mondják.

Serenissime Rex... Abbatia Sancti Benedicti Juxtagron occupata nuper fuit, tempore quidem satis opportuno, per sectores et operarios civitatum montanarum. Sed cum iam negotium Trinchiniense ad exitum properet, necessarium non est, ut diutius ecclesiam, eiusque bona possideant; nam non modo cultus divinus illic intermissus ac prope sublatus est, sed multa nefanda in religione per hos homines patrata: Christi et Sanctorum effigies concremate dicuntur. Propterea Maiestati Vestre supplicamus: dignetur illis mandare, ut ex eo loco decedant, abbatiaque et bona ecclesie relinquantur Abbati et Fratribus libere possidenda; quamvis hic

quoque Abbas,[1] uti Maiestas Vestra propediem intelliget, et abbatia et religione indignissimus habeatur... Datum Bude tredecimo die Junii anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fideles servitores

Locumtenens et Consiliarii.

Mellékelve hozzá egy szelet papiroson ugyanazon kéztől:

Littere Domini Episcopi, et Judicis Zagrabiensis supplicatio inveniri non potuerunt; res tamen, ut paucis verbis explicetur, hunc in modum se habet: Iudex et eius complices domum cuiusdam civis invadunt, sacerdotem, qui apud hunc civem, fratrem suum germanum diversabatur, unacum ipso fratre, eiusque uxore et uxoris matre e domo in medium forum protrahunt, nudosque ad palum, ubi noxii plectuntur, ligant et ab aurora usque ad meridiem in summam non solum sacerdotii, sed ipsius quoque humane nature contumeliam adservant, adhibitis interim, qui ludibrii causa pelvim eneam pulsarent. Negant sacerdotem in crimine deprehensum, quod etiam si ita evenisset, fas non erat, ut in dicta presertim causa unacum fratre et ceteris hoc modo tractaretur.

Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 142 és 146.

Közli: Bunyitay Vincze.

396.

Buda, 1528 június 15.

Nádasdy azért, hogy kérésére a király Serédy Gáspárnak a sárospataki plébániát megadta, igéri, hogy ezt a kegyét a felségnek Serédyvel együtt meg fogja szolgálni.

Sacra Regia Maiestas, Domine, Domine clementissime.

Post fidelitatis... Quomodo se gesserit Gaspar Seredy in servitiis Maiestatis Vestre, ex litteris presentibus inclusis Vestra Maiestas cognoscet. Quod Maiestas Vestra me in petenda parochia Sarospatak ipsi Seredy exaudierit, reserviam Maiestati Vestre unacum eodem Seredy, tanquam Domino gratiosissimo. Deus... Datum ex arce Maiestatis Vestre Budensi 15 Junii 1528.

Eiusdem Vestre Maiestatis

fidelis et minimus servitor

Nadasdy.

[1] Zabláthi Jakab? V. ö. Knauz Nándor: A Garam-melletti szentbenedeki apátság. Budapest, 1890. I. 94.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie et Bohemie etc. Domino clementissimo.

Egy féliv papir egyik oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 156.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

397.

Buda, 1528 június 22.

A magyar kincstár a király parancsára felszólítja Podmaniczky István nyitrai püspököt, mutassa ki egy bizalmas férfiú által beküldendő okiratokkal, mi jogon bírja a dömösi prépostságot.

Reverendissime Domine, nobis honorandissime. Maiestas Regia Dominus noster gratiosissimus mandavit nobis, ut prepositure Demesiensi provideremus et intelligeremus, quomodo et quo iure eandem Dominatio Vestra Reverendissima teneret; quare... velit Eadem sine mora aliquem fidum et sufficientem hominem suum cum sufficienti informatione et facultate ac cum omnibus iuribus et literis, que super ipsa prepositura Demesiensi Dominatio Vestra Reverendissima habet, huc Budam ad cameram Maiestatis Sue mittere... alioquin cogebimur *(igy)* voluntati Maiestatis Sue obtemperare et de ipsa prepositura ea facere, que Maiestas Sua iubet. Bene valere... Datum Bude feria secunda proxima ante festum Beati Joannis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Sacre Regie Maiestatis Hungarie
et Bohemie etc.
Consiliarii Camere Hungarice etc.

Kívül: Reverendissimo Domino Stephano Podmanyczky Episcopo ecclesie Nitriensis Domino nobis honorandissimo.

Papir, négy veresviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. jan.—jun. 164.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

398.

Viterbo, 1528 június 29.

VII. Kelemen pápa levele Várday Pál esztergomi érsekhez, megerősítése ügyében.

— — Recepimus una cum litteris serenissimi istius regis etiam litteras tuas nobis supplicantes, ut ecclesiae Strigoniensi, certo modo nunc vacanti, de persona tua, alias per eundem regem ad ecclesiam Agriensem nominata, providere litterasque etiam gratis, ob causas

narratas, expedire dignaremur. Cui nos quidem regi, pro tua praesertim persona, quantum gratificari optaverimus: ex nostris ad eius Serenitatem litteris et ex tuo etiam, quem ad nos misisti, nuncio, qui nobis abunde de tuis virtutibus et tua in Sedem Apostolicam observantia retulit, latius intelliges. Sed per infrequentiam senatus et consistorii nostri, quae ex nostra ab urbe multorumque cardinalium a nobis absentia causatur, negotium hoc, sicut alia plurima, differre in reditum nostrum ad eandem urbem coacti sumus; quo quum (id quod intra trimestre futurum speramus) redierimus, tunc enimvero ipsis cardinalibus, qui nunc varie disiecti sunt, in urbem reversis ac plenum et integrum senatum efficientibus, de hac imprimis, deque aliis provisionibus, — libenter cum eisdem cardinalibus agemus. — Datum Viterbii, die 29. Junii 1528. Pontificatus nostri anno 5.

Schmitth, Episcopi Agr. II. 280. — *Katona* XX. 428.

399.

1528 közepe táján.

Hivatkozással arra, hogy VII. Kelemen pápa János vajdát, mint a keresztény hitnek ellenségét, ki az országpusztító törökkel szövetkezett, követőivel együtt már egyszer kiközösítette, most hogy a zágrábi püspök és többen a főpapok és papok, meg világiak közül is János vajda pártjához csatlakoztak, kéri a pápát Ferdinánd pártja, hogy általános kiközösítéssel sújtsa a pártütőket.

Dudum Sanctissimus Dominus noster Dominus Clemens papa VII. intellecta iniquitate rabieque Johannis Vaivode tiranni, inimici fidei et christiane religionis, et qui contra rempublicam et religionem christianam insurrexit et adhesit adherebatque inimico fidei catholice, maledicto Turcho, qui Pannoniam invaserat et ut regnum Hungarie similiter invadere posset, paraverat magnum exercitum ad huiusmodi effectum, prout res ipsa indicavit, quod ipsum regnum debellavit, multa variaque et incredibilia dampna et opprobria contra regnum huiusmodi et illius regnicolas fecit commisitque, in non parvum Christi nominis et religionis christiane opprobrium, vituperium et ignominiam, perniciosum exemplum et scandalum totius ipsius fidei et religionis christiane: propterea ipsum Johannem Vaivodam hereticum et inimicum fidei catholice et sibi adherentes variis et diversis censuris ecclesiasticis excommunicavit innodavitque, ac mandavit, insuper ut talem publicari, evitari, teneri et reputari, prout latius in quodam brevi apostolico desuper confecto plenius continetur.

Nunc quia Zagrabiensis episcopus et multi alii prelati ecclesiastici et alie persone ecclesiastice et seculares, inimici fidei catholice et religionis cristiane dicti regni, adheserunt adherentque dicto Johanni Vaivode heretico et perfido inimico Sedis Apostolice:

Petitur, ut prefatus Sanctissimus Dominus noster Clemens papa VII. aliud breve concedat, in quo declaret, dictum Johannem Vaivodam hostem et inimicum fidei ac religionis Cristiane, et hereticum, et episcopum Zagrabiensem omnesque alios et singulos prelatos et personas ecclesiasticas ac seculares sibi adherentes incurrisse censuras et penas ecclesiasticas huiusmodi, et hereticos et rebelles fidei catholice et Christi nominis et ecclesie Romane, ipsosque, ut hostes, privet omnibus et singulis prelaturis, beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis et secularibus et decernat inabiles ad obtenta et obtinenda beneficia ac bona secularia, dignitates, et insuccessibiles in forma.

Et insuper, ut ad quecumque loca ipsos et eorum quemlibet declinare contigerit, quod sunt ecclesiastico interdicto supposita, neque in illis celebrari possint divina, nisi post tres dies post ipsorum recessum, et omnes fautores, receptores, consultores, adherentes, scientes et consentientes sint eisdem censuris illaqueati et inabiles ac heretici, et quidem pro talibus habeantur, iudicentur et reputentur publicenturque, ac in quocumque loco pro talibus haberi, iudicari et comburi, tanquam vere et realiter heretici, possint et valeant.

Fiat breve desuper directum omnibus et singulis, quibus presentes pervenerint etc.

Egyszerű, egykorú másolat egy ív papir két oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1527. Nachtrag II. nr. 31.*

Közli: Bunyitay Vincze.

400.

Buda, 1528 július 12.

A helytartó-tanács jelenti a királynak, hogy Czibak püspök tett igéreteinek daczára, hogy híve lesz a királynak, Jánost követi. A nyitrai püspöknek a magyar kincstár által történt azon felszólítására nézve, hogy okiratokkal igazolja, a dömösi prépostságot mi jogon bírja, azt véleményezi a helytartó-tanács, jó lesz ez ügyet a királynak az országba való jövetelére halasztani és törvény útján elintézni.

Serenissime Rex… Mittimus Maiestati Vestre litteras Joannis, que multis in locis sparguntur et affiguntur ecclesiarum portis,

hee quidem adulterate sunt, multe tamen in hanc ipsam sententiam et hisce verbis ab ipso Joanne date leguntur. Cybak scribit alteras, ex quibus Maiestas Vestra cognoscet, quantum fidei sit huic viro habendum, qui toties cum per litteras, tum per servitores et item per Dominum Thurzonem et Thesaurarium promisit se Maiestati Vestre fidelem fore, Joanni, etiam si in regnum restituatur, nunquam obtemperaturum.

Serenissime Rex, reverendus Dominus Nitriensis misit ad nos, litteras Camerariorum Vestre Maiestatis, quibus mandant, ut litteras et iura sua, quibus prepossituram Demesiensem possideat, illis exhibeat; alioquin iuxta mandatum Vestre Maiestatis se de illa prepositura velle disponere. Est hec prepositura Demesiensis per precessores Vestre Maiestatis Reges in compensationem castrorum illius ecclesie Rycho et Byche, que pro castro Tycho,[1] quod[2] Wayvode Moldaviensi, ne post amissas Kyllye et Neztheralba a corona deficeret, quondam Michaeli Emreffy erant donata; nam alioquin episcopatui Nitriensi vix sunt tanti reditus, unde arcem Nitriensem tenere, nedum equites pro regni defensione possit alere. Dignetur itaque Maiestas Vestra Dominum Episcopum clementer habere excusatum, cum id libertati quoque regni et ecclesiarum repugnare videatur, ut per quemcunque iudicem aut etiam per Maiestatem Vestram non observato iuris processu prelatus aliquis, aut baro aut nobilis ad proferenda iura aut privilegia sua repente cogi debeat. Quod si Maiestas Vestra ob aliquam causam videre eius iura voluerit, ubi feliciter in hoc regnum suum fuerit reversa, poterit et unionem istam et causam unionis cognoscere... Bude duodecimo die Julii anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fideles servitores
Locumtenens et consiliarii.

Kívül: Sacre Maiestati Regie Domino nostro clementissimo.

Papir, nagy veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi levéltár: Hungarica. 1528. Jul. 24.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Helyesen Chicho, azaz Csicsó.
[2] Hiányzik: datum est vagy ehhez hasonló.

401.

Sopron, 1528 július 18.

Henckel János értesítvén Erasmus Roterodamust, hogy Johannes Antoninus Cassoviensis megőrült, Mária királynét mint Erazmus buzgó tisztelőjét jellemzi, kit igen lekötelezne, ha az özvegyekről írna és munkáját az özvegy királynénak ajánlaná.

Quod pace fiat tua, sanctissime mi Erasme, cogit me rursus summa mea observantia et amor incomparabilis, ut ad te scribam. Si quid autem hoc pecco, ut nunquam non peccat importuna benivolentia, id vel D. Anthonino nostro, qui me primus corrupit, vel tuę humanitati, quę eam mihi longe gravissimis litteris confirmavit corruptelam, imputabis. Hanc denuo appello... Nam, si nescis, ereptus est, non tam nobis, quam sibi ipsi Anthoninus, etiamnum vivus vidensque, dirę ac propemodum deploratę phreneseos iniuria, quam creditur nimio suę medicinę studio incidisse, dum existimationi de se hominum, quę ubique maxima erat, conatur respondere. Tam autem principio vehemens illa fuit, ut diu iniectis manicis, ne quid durius aut in se aut in domesticos suos admitteret, coërceretur. Erat spes plurima medicis, qui iam inde ab initio adhibiti fere ludebant operam, fore, ut aspirante vere (nam hieme inciderat malum) melius succederet curatio. Sed hic non multo propius, quam antea, perventum est ad veram sanitatem. Desipit quidem nunc moderatius, sed desipit tamen, eoque, ut breviter dicam, loci redactus est, ut cui sepe non unius ętatis vitam optavimus, contrariis votis mortem comprecaremur. Sed hęc acerbiora sunt, quam explicari pluribus velit animus tuus, tam chari capitis miserabili casu plus nimio, quod sat scio, exacerbatus. De me itaque quędam, et quid apud te ambiam, paucis dicam; ea vero ne gravate audire velis, iterum atque (iterum) rogo. Et ut quam proxime ordiar: Reversus sum hiis diebus ad Reginam heram meam, quam afflictis nuper hic et turbatis gravissime rebus deserere coactus sum, veteri functurus officio, hoc est verbum Domini huic aulę annunciaturus, qua vix aliam invenias quietiorem, modestiorem et rectę pietatis studiosiorem, id quod optimę principis institutione sit, quam si domi videas, non in gynecio, sed schola esse dicas. Semper in manibus libri, docet, discit, et sacris lectionibus viduitatem solatur suam, adeo non obliviscens veterum, ut que aliis in summa rerum prosperitate difficilia sunt, in luctu fletuque perdidicerit. Nam paraphrases tuas, delicias plane suas, quas antea germanice versas legit, nunc latine et ut a

te scriptę sunt, quottidie volvit et revolvit et intelligit. Tibi vero ob labores tam sanctos tuos peculiariter sic est affecta, ut magis esse non possit. Quin tu igitur, mi Erasme, eam tibi aliquo munusculo magis demereris, habes copiam et argumentum non expositum magis quam appositum: ipsam aio personam; non ut hanc laudes, quę laudari satis et pro merito nunquam potest, sed quemadmodum tibi ob unam reginam coniugem omnes coniuges plurimum debent, ita viduę omnes, quarum, ut si usquam alibi, magnus est ex illa clade relictus in hoc regno, adeoque in hac aula numerus, ob unam reginam viduam se ab Erasmo immortali affectas beneficio sentiant et gratulentur. Dabis hoc serenissime huius heroidis summe in te observantię et precibus, si mereor, meis, illam neque ingratam neque immemorem experturus, me vero, etiamsi iam pridem tuus sim, perpetuo obnoxium hoc nomine habiturus. Optime vale, Erasme mi optime, maxime. Sempronii in Pannonibus XVIII Julii. Anno Salutis nostre MDXXVIIJ.

Serenissimę Reginę Hungarię et Bohemię etc. Marię viduę a concionibus et a consiliis, parochus Cassoviensis
Johannes Henckel.

Misi ad te hoc exemplo alteras, cavere mihi volens ab hiis, quibus litterę prędę esse consueverunt.

Kívül: Omnis bonę eruditionis principi et assertori D. Erasmo Roterodamo optimo maximo.
Kostnicz.

Eredetije a boroszlai városi könyvtárban. Rhediger-féle kéziratgyűjtemény 254, 84. sz. — Közölte: *dr. Bauch Gusztáv:* Történelmi Tár 1885. évf. 353. l.

402.

Szatmár, 1528 augusztus 10.

Az egri püspöknek Szatmár mellett táborba szállt hadserege és atyafiai azt írják Szalaházy Tamásnak, uruknak, hogy Báthory András fivérének jobbágyai és követői iszonyú pusztítást visznek véghez még a templomokban és ezek kincstáraiban is.

Reverendissime Domine... homines et iobagiones ac familiares ipsius [Andree] Bathory fractis ecclesiis, sacristiis et conservatoriis eucharistie, calices, cruces, monstrancias, proiecto corpore Christi in terram, spoliaverunt et depredaverunt ac res auditu Christiani hor-

ribiles fecerunt et faciunt. Ex castris prope Zathmar positis in festo Beati Laurentii Martyris anno Domini 1528.

Exercitus et familiares

Vestre Reverendissime Dominationis.

Utóirat: Sacerdotes, virgines, vidue, scolares, ceteri civitatenses simpliciter nudi relicti etc.

Kívül: Reverendissimo Domino, Domino Thome de Zalahaza Episcopo Agriensi, Cancellario Regie Maiestatis etc. Domino nostro gratiosissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, két zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 52.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

403.

Buda, 1528 augusztus 17.

Az egri püspök panaszt emelvén Báthory Andrásnak Szatmármegyében elkövetett kegyetlenkedései ellen, mikkel a király hűségére visszatért lakosokat kínozza, attól tart, ha a király a kegyetlen embert meg nem zabolázza, az igazságos fejedelem nevét, melyet érdemeivel kivívott, koczkáztatni fogja.

Serenissime Rex, Domine clementissime. Post humillimam servitutis meę commendationem. Ex litteris Petri doctoris, administratoris proventuum episcopatus Agriensis, Maiestas Vestra intelliget, ut arbitror, quid ultra Tibiscum contra Vayvodanos sit actum; cognoscet etiam acta illius magnanimi ac fortissimi viri Andree de Bathor, cui ab ineunte etate dulcius nihil fuit, quam immanitas et miserorum vexatio. Receptos in fidem Maiestatis Vestre oppidanos Zathmarienses Turcis crudelius tractavit, relictum in illis oppidis nihil est sacri ac profani, abjectum ex thecis sacrum Domini corpus, viri ac mulieres, virgines, sacerdotes nudi eiulantes incedunt, sortemque eorum calamitosam lamentantur, quasi vero non satis superque regnum Maiestatis Vestre ab aliis hostibus direptum exhaustumque sit, nisi etiam hii, qui se fideles profitentur, hoc pacto exhauriant ac perdant reliquias. Vereor ego, Serenissime Rex (utinam fallar!), ne dominus Andreas hiis suis preclaris gestis ac facinoribus iterum ac denuo solum vertere cogatur, ac sub umbra domini Joannis delitescere. Meus exercitus hominem ab eo tempore, quo Maiestas Vestra in Boemiam profecta est, servavit ac defendit, nec defendit modo, sed domum quoque suam in Bathor, unde turpis-

sime fugerat, reduxit. Optimam scilicet gratiam mihi retulit. Parum abfuit, quin Casparem Seredi, servatorem suum, cui toties supplicavit, ne eum desereret, per insidias interimendum curaverit. Nisi huius viri habenas efrenatas ac laxissimas Maiestas Vestra contrahat, timeo, ne iustissimi Principis nomen, quod Maiestati Vestre merito tribuitur, aliquid accipiat detrimenti. Rem totam clarius Vestra Maiestas propediem intelliget, quam Deum Optimus Maximus reducat felicissimam. Bude XVII die Augusti 1528.

Servus humillimus
Agriensis.

Kívül: Sacre Maiestati Regie, Domino meo clementissimo.

Egy féliv papir egyik oldalán, egészen a püspök szép írása, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. aug. 56.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

404.

Buda, 1528 augusztus 24.

Az egri püspök jelenti a királynak, hogy Várad városa Czibak és Artándi Balás csúfos megszaladása után, megadta magát. Reméli, hogy a váradi várat is könnyen beveszik. Ezután az egész sereg Temesvár felé indul Radics ellen, kihez Czibak futva vonult.

Serenissime Rex, Domine clementissime. Post humillimam servitutis mee commendationem. Dum inter spem et metum suspensi expectamus eventum pugne nostrorum et Cybak, venit hac ipsa hora Nobilis quidam ex castris, affirmans, die Iovis Emericum Cybak, Blasium Arthandi et reliquos, qui Rascianorum et Valachorum manum non omnino aspernandam collegerant, turpiter aufugisse. Civitas Varadiensis, que hoc in regno insignis ac precipua est, Maiestati Vestre se dedidit, magnus undique cum nobilium tum agrestium concursus ad nostros est, habent equites mille quingentos, pedites decem milia. Erant nostri sub castello Kereky, quę domus est Arthandi, duobus miliaribus distans a Varadino. Ubi hoc castello potiti fuerint, quod dicunt esse facillimum, arcem Varadiensem vi aut aliis artibus capiendam aggredientur. Ne id quidem erit facto arduum aut difficile, quin ipsa civitas citra nostrorum labores aut operam id prestitura speratur. His confectis totus exercitus versus Temeswar contra Radych, ad quem Cybak ex fuga se recepit, convertetur. Deus Optimus Maximus Vestram Maiesta-

tem felicissimam nobis reddat. Bude vigesimo quarto die Augusti 1528.

Eiusdem Maiestatis Vestre

servus humillimus
Agriensis.

Kívül : Sacre Maiestati Regie, Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zárlatán piros gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1528. aug. nr. 28.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

405.

Trautmannsdorf, 1528 augusztus 28.

Henckel János értesíti Erdélyi Antal kassai predikátort, hogy Mária királyné az evangeliomnak igen kedvez, de annál inkább ellenzi azt Ferdinánd. Tudósítja továbbá a lutheránusok üldöztetéséről Bécsben, és számos szakramentáriusnak meg anabaptistának kivégeztetéséről Felső-Ausztriában és Bajorországban. Inti végre, hogy óvatosan terjeszsze az új hitet.

Gratiam et pacem a Deo et eius Christo. Venerabilis Dne et frater in Christo dilecte. Si valetis, gaudeo. Ego ex gratia Dei bene valeo, omniaque mihi apud Heram meam pro voto succedunt. Id saltem molestum est, quod in uno loco non manemus; nunc manemus quatuor miliaribus a Vienna, in arce munitissima Traudmannssdarff vocata. Licet omnium rerum hic sit caristia, mihi tamen nihil defuit. Heram habeo faventem Evangelio plurimum, quanto autem haec magis afficitur, tanto magis princeps ipse impugnat. Capti sunt hic in Nova Civitate iudex et alii et etiam mulieres ob id, quod Novum Testamentum Martini in aedibus eorum inventum sit, et XIIII diebus diro carcere detenti, solo pane et aqua aliti; Viennae duo bibliopolae, alter ex Nurinberga, alter ex Ratispona eo, quod quosdam tractatulos Martini in ditione principis vendebant, et in mediastro virgis caesi sunt; ob factam eucharistiae impugnationem et rebaptisationem in superiori Austria Bavariaque multi trucidati, inter quos etiam fuerant virgines XVI et ultra annorum, quae cantu et iubilo mortem aggressae sunt, et in hodiernum diem fit; conveniunt in nemoribus ad praedicatores eorum et omnes, qui eis ista proponunt, indocti in verbo Dei inveniuntur, ut sic verificetur illud Pauli: eo, quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittit Deus illis operationem erroris, ut credant mendacio etc. De his et aliis varia dicet noster venerabilis, qui propediem vos videbit. Vos interim ea modestia evangelium vobis commissum

mente curate, ut gratia vobis a Deo data est, quod tamen illud non reddatur odiosum, paulatimque crescat, dabitque Deus gratiam quoque his, qui illud ignoranter impugnant. De omnibus rebus, quae apud vos aguntur, cupio fieri certior. His me commendo. Ex praedicta Trawdmannssdarff XXVIII. Augusti Ao Dni 1528.

Mariae Reginae Hungariae et Bohemiae Viduae a sacris concionibus et confessionibus
Johannes Henckel,
plebanus Cassoviensis.

Kívül: Venerabili domino Antonio Transsilvano praedicatori verbi Dei Cassoviensi, fratri in Christo dilecto.

Kassa v. levéltára 19212. — Közölte: *Szilágyi* S. a Történelmi Tár 1882. évf. 769. l.

406.

Viterbo, 1528 augusztus 30.

VII. Kelemen pápa válasza a Lengyelországban tartózkodó János királyhoz, midőn ez Rómának a császáriak által történt elfoglalása fölött részvétét nyilvánította s tőle segítséget kért.

Molestiam tuae Serenitatis ex incommodis nostris susceptam ita habemus, fili, persuasam, ut idem nobis ex tuis accidisse ac tibi pariter persuasum esse cupiamus. Omnium enim principum christianorum incommodis tangimur ob generalem nostram in omnes principes charitatem, tuaque virtus et religio isto regno a Turcis olim tuendo nobis apprime nota est, quo fit, ut te tali animo adversus eosdem infideles, ut scribis, paratum velimus libenter iuvare, nisi ea, quam Serenitas tua fatetur ac nemo negare potest, extrema inopia nostra nos a desiderio tibi gratificandi averteret. Etenim illa tanta nostra afflictio prioris anni, ut omnibus notum est, nihil diminuta, quum praesens annus sua sterilitate omnem spem nostram nostrorumque populorum ita deiecerit, ut vix frumento ad sustentationem victus coëmendo pares esse possimus; superadditis vero ad tantam sterilitatem etiam belli et pestis cladibus ubique in universa Italia vigentibus, ita omnia, praecipueque in nostro statu, concussa exhaustaque sunt, ut extremam calamitatem subitura videantur, nisi omnipotens Deus, qui se nunc iustum, mox misericordem suis exhibeat. Quae omnia, nostramque ab urbe Roma etiam nunc absentiam, quum nota tuae Serenitati arbitremur: illam boni consulere cupimus et speramus, si non re ipsa, quam praestare non possumus,

sed amore et benevolentia, quibus sane abundamus, tuae Serenitati respondemus. Illam enim iam diu, etiam antequam in regem assumeretur, ex sua virtute et auctoritate, suisque et suorum inclitis pro Christi fide gestis summe dileximus et magni fecimus; proindeque dolore cogimur eiusmodi incidisse tempora eaque communiter nobis accidisse incommoda, ut magis dolere tuos casus, quam iuvare aut sublevare possimus. Non deerimus tamen auctoritate et opera nostra apud alios principes ad opem tibi adversus fidei hostes ferendam commovendos, ut qui alia non possumus, hac saltem, quam etiam postulas, tibi prosimus. Plura scriberemus, nisi tuae Serenitati satis constare speraremus de nostra erga eam benevolentia et voluntate, sicut haec ex tuorum litteris copiosius intelliges. Datum Viterbii, die XXX. Augusti MDXXVIII., pontif. nostri anno quinto.

Raynald és Pray után *Katona,* XX. 357.

407.

Buda, 1528 augusztus 31.

A helytartó-tanács értesíti a királyt, hogy Révay Istvánt, a felséges úr vitéz kapitányát nagy sereggel Zapolyai János pártjának üldözése végett a Tisza mindkét vidékére küldötték. Mivel a váradi várat nem foglalták el, annak ostromára újra elküldték a sereget.

Serenissime Rex domine clementissime, post fidelium serviciorum nostrorum humillimam commendationem. Significavimus diebus superioribus, nos egregium Stephanum de Rewa capitaneum Maiestatis Vestre Serenissime cum nostris et aliorum dominorum ac comitatuum gentibus contra factionem Joannis de Zapolya citra et ultra Tibiscum expedivisse, qui traiecto Tibisco ipso fugatoque Emerico Czibak, Waradinum profectus est, ibi civitate ad obedientiam Maiestatis vestre redacta, exactoque et a civibus ipsis et a nobilibus illius comitatus fidelitatis iuramento, ac capitaneis duobus nobilibus, qui illas partes in fidelitate Maiestatis vestre continerent, constitutis, exercitus digressus est, quum castro nondum potiti essent. Quod quum nobis incommodissimum rebus Maiestatis vestre visum sit, commisimus ei ac preterea gentibus, ut quamprimum illuc revertantur, redactoque castro in potestatem Maiestatis vestre (ne aut Czybak, qui fuga elapsus ad Radych sese contulit, iterum illud repetat, aut alioqui rebus Maiestatis vestre obsit), vel ad dominum Comitem Themessiensem proficiscatur, vel ad partes superiores, prout rei gerende opportunitas invitabit aut major necessitas urgebit,

revertatur. Nam aiunt Joannem de Zapolya procul dubio illas invadere decrevisse. Ceterum de Thurcis hoc idem significare possumus, quod antea: esse eos paratos tam navali quam equestri et quidem copioso exercitu, decrevisseque propediem hoc regnum irrumpere. De quibus quas potissimum partes petituri sint, varie fertur, magna tamen pars ait, eos partes Themessienses repetituros. Quocumque proficiscantur, non erit nisi cum maxima clade huius regni Majestatis Vestre. Quare celsitudini vestre supplicamus et quidem humillime, ut quemadmodum iam aliquoties sese obtulit, quamprimum revertatur, regnumque hoc suum et ab externis hostibus tueatur, et ab internis seditionibus pacatum tranquillumque reddat. Nam versatur profecto in extremo periculo, nec poterit Maiestas Vestra utilitatem ex eo capere, nisi oppressis rebellibus totum ad obedientiam suam reduxerit. Preterea iam aliquoties ad Maiestatem Vestram scripsimus, eique supplicavimus, dignaretur magnifico domino Caspari de Raska castrum suum Wegles, quemadmodum et tempore felicis coronationis sue et ante sese facturam obtulerit, restitui facere. Quod licet Maiestas Vestra commiserit, tamen hactenus, nescimus quam ob causam, minime est factum. Quamobrem Celsitudini Vestre iterum atque iterum supplicamus, ut iam tandem exorata tot nostris supplicationibus, re ipsa et cum effectu restitui faciat. Nam profecto quicquid hactenus ab eo desideratum est, abunde prestitit et fidelitatem etiam, quemadmodum Maiestas Vestra voluit, iuravit; nobili ac egregio est animo, optimoque ingenio preditus. Poterit Majestati Vestre servire, et vel hactenus servivisset non parum, si Maiestatis Vestre erga se in restaurando castro benignitatem sensisset. Dignus est profecto, quem Maiestas Vestra ampliori etiam suo favore et gratia amplectatur. Precamur Deum optimum maximum, ut Maiestatem Vestram faustam et felicem pro singulari hujus regni consolatione ac salute quamprimum reducat. Datum Bude ultima Augusti M. D. XXVIII°. Eiusdem Maiestatis Vestre Serenissime fideles servitores.

Damus operam, ut quamprimum aliquos pedites, saltem ducentos, cum aliquot tormentis bellicis post ipsum Stephanum Reway capitaneum Maiestatis Vestre mittamus.

Locumtenens et consiliarii.

Kívül: Serenissime Maiestati Regie, Domino nostro clementisssimo.

Egy ív papir két oldalán, három veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528 aug. nr. 77.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

408.

Kassa, 1528 szeptember 3.

Serédy Gáspár meghagyja a bártfaiaknak, hogy a Lengyelországból visszatért (Athinay) Simon deák leverésére haladéktalanul gyalogosokat küldjenek Kassára.

Credimus vos intellexisse, Simonem Literatum reversum ex Polonia et novos tumultus facere, et longe prioribus peiores; in dies ad ipsum perfidi latrones, similes puta illi, confugiunt; habet pedites et equites. Quum autem ipsos sine peditibus minime debellare valeamus: operae pretium est, ut vos etiam, sicut ceterae liberae civitates, nos maiori copia pedestri, qua potestis, adiuvetis, ut iam tandem finem omnibus factionibus faciamus. Nam prius in aestate laborabat, ut fruges vestras combureret et omnibus modis perderet: modo autem vos a vindemia prohibere et cum suis sceleratis factionibus, peditibus et equitibus, non solum decutere uvas, sed et vineas ipsas devastare statuit. Ita nobis unus transfuga ab exercitu ipsius retulit. Quicquid est: certum est hoc, quod iste vir sceleratus in perniciem nostram et patriae est. Praeterea iam multi nobiles perfidi ipsi adhaeserunt. Quapropter gentes, ut scripsimus, sine mora, sub poena in litteris regiae Maiestatis contenta, Cassoviam mittatis. Ea autem est poena: nota infidelitatis. Datum Cassoviae, feria quinta proxima post festum b. Aegidii abbatis. Anno Domini 1528.

Caspar Seredy,
proquaestor et capitaneus partium superiorum Regiae Maeistatis.

Wagner, Diplomatarium Sáros. 163. *Katona,* XX. 412.

409.

Buda, 1528 szeptember 10.

Az egri püspök egy Mária királynéhoz intézett levelében leírván az országban keletkezett hadi mozgalmak veszedelmes fordulatát, kéri a királynét, vegye rá fivérét az országba való visszatérésre.

Madame, je vous mercie tres humblement qu'il vous a plu de m'envoier en escript l'affaire du Roy de France. Jamais n'euse pensé que en ung prince povoyt estre iceulle lachete e villainié. Nostre seigneur aidera sans nul faulte la bontè, vertu, innocence e justice

du bon Empereur, e cela sera fait, ainsy que j'espere fermement, en brief.

Madame, touchant ce Royaulme, pour asseure, tout va mal. Simon deac asagie le chasteau de Pathak, il a avecque lui de Polacs e Hongres tout plain, mes gens avecque Seredi et Reway Isthvan sont alles contre eulx, mais je paor de deux choses, que les notres seront trop peu contre les ennemys, et qu'il arriverent trop tard. Tout le mond crie que Jehan vient et qu'il soyt bien venu, ces jours passes sont alles vers luy, ainsi que Lossonczii nous a rescript, les ambassadeurs de Jehan Banfy, Tahy e Zagrabiensis e ousy aulcuns de Transilvanie. Perenij Peter n'estoyt pas encore arrive a Themeswar. Cybac est entre dedans le chasteau de Varadin e a occupe la cite et tous les biens du chapitre quilz s'avayent rendus au Roy, e tous prisoniers e leve tous les villains e fait entendre, que Jehan ces jours prochains se trouvera dedans Varadin, la quelle chose si se fera, nous aurrons plus affaire que jamais avecque lui. L'ambassadeur Lasco, qui estoyt venu avecque les [...], est encore en Hongrie a Lippa; je vous envoye une de ces lettres escriptes a ceulx de Gyula, ainsij escript a toutes les villes et villages.

Madame, vous suplie ne cesser soliciter le Roy qu'il retourna, aultrement il est en dangier d'avoyr par deca plus grant affaire, qu'il n'eust jamais. Oultre cela vous asseure Madame, que s'il se ne forsera ceste autum de faire prendre Wylas etc. il n'aura de ce Royaulme aultre que labeurs, tribulations et poynes, et l'un fauldra faire depense cest hyver plus grand, qu'il ne feroyt pour prendre lesdits chasteaux. Prie notre Seigneur Madame qu'il vous donne bonne vie e longe. A Bude le X[e] de Septembre 1528. Votre tres humble

chapelain
Agriensis.

Kívül: Serenissimę principi dominę Marię Hungarię et Boemię etc. Reginę, dominę mee clementissimę.

Egy ív papir első oldalán, veresviasz zárópecsét maradványaival; egészen a püspök folyékony, gyors, szabályos kezeírása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár*: *Hungarica. 1528. szeptember nr. 92.* — Ugyanezen évről még két franczia levele van itt a püspöknek a királynéhoz. A királyné franczia nyelvismeretére vonatkozólag lásd a gyermekkori, franczia pap-nevelőjét illető királyi levelet.

Közli: Bunyitay Vincze.

410.

Buda, 1528 szeptember 11.

Szalaházy Tamás egri püspök, kir. kanczellár tudatja Kassa városával, hagy Werner Györgyöt nem választhatják meg iskolaigazgatónak, mert már előbb az ő (Szalaházy), illetőleg a király szolgálatába szegődött. Nyugodjanak meg rajta.

Eredetije Kassa város lvtárában, 1272. sz. — Közölte: ifj. *Kemény Lajos* a Történelmi Tár 1889. évf. 797. l.

411.

Buda, 1528 szeptember 21.

A helytartó-tanács kéri a királyt, hogy a két, állomásukat elhagyott s azért javadalmaiktól megfosztott kanonok helyébe általa a budai Szt.-Zsigmond egyházhoz kinevezett új kanonokokat el ne mozdítsa, hanem mint érdemes személyeket a kanonokságban megtartsa.

Serenissime Rex... Ab ipso felici Maiestatis Vestre discessu ea fuit nobis consuetudo, ut diebus presertim festis et celebrioribus ecclesiam Sancte Marie Virginis ante castrum Maiestatis Vestre Budense fundatam Sancti Sigismundi vulgo vocatam in missis ac vesperis frequentaremus, ad eamque divinorum officiorum audiendorum gratia uno voto conveniremus. Que ut rite a ministris ecclesie ad laudem Dei Christifideliumque devotionem peragerentur, reverendissimus in Christo pater dominus Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis, uti primas regni et cuius iurisdictioni prepositura atque ecclesia ipsa Sancti Sigismundi subiacet et ad quem prepositure etiam confirmatio omni iure pertinet, summa diligentia curavit. Qui unacum spectabili ac magnifico domino Palatino, Locumtenente Maiestatis Vestre vocatis duobus quibusdam canonicis ipsius ecclesie ad faciendam residentiam, et comparere residereque non curantibus, eisque legitime privatis de canonicatibus et prebendis eorum: non favore aliquo vel respectu moti, sed quia ex totius capituli testimonio dignos esse cognoverunt, aliis providerunt atque etiam installari illos in eorundem possessionem fecerunt, idque in laudem Dei et pro decore ecclesie ipsius atque etiam pro quiete domini prepositi, non ut iurispatronatus per Maiestatem Vestram sibi concessi in aliquo preiudicarent. Intelligimus autem quasdam litteras a Maiestate Vestra fuisse impetratas

in eum finem, ut hii de canonicatibus eorum cum dedecore eicerentur, et illi iuste et legitime privati ad eos reinstallarentur, quod esset in diminutionem omnium nostrum futurum, qui dignitatem Maiestatis Vestre et augmentum divinorum servitiorum imprimis curavimus. Supplicamus Maiestati Vestre, uti Domino nostro clementissimo: dignetur predictos canonicos in beneficiis eorum per nos ipsis, tanquam personis benemeritis, rite collatis, non obstante quorumcunque impetitione, gratiose conservare, neque admittere, ut nos huiusmodi diminutionem patiamur, quam certe non meremur; et omnino speramus Maiestatem Vestram huiusce supplicationis nostre rationem esse habituram. Cui nos et servitutem nostram humiliter commendamus. Ex Buda in festo Sancti Mathei Apostoli et Evangeliste anno Domini 1528.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fideles et humillimi servitores
Locumtenens et Consiliarii.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Domino nostro clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, három veresviasz zárópecsét maradványaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 113.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

412.

1528 szeptember 23.

Serédy Gáspár az egri püspöknek megírván, hogy csatát vesztettek emberei Révay gyávasága és a miatt, hogy Bebek Ferencz, ki noha fölvette a királyi zsoldot, el nem jött, kéri urát, hogy a városokat vigasztalja meg.

Reverendissime Domine. Scio eandem intellexisse infortunium nostrum, sed testor Deum nullam diligentiam per me et gentes Dominationis Vestre Reverendissime pretermissam esse, sed quid faciamus, si altero cornu nihil preter fugam actum est; nam dominus Rewaj cum suis, viso hoste, statim perterriti in fugam sunt conversi. Ego vero licet longe antea brachio transfixo, tamen post pedites me ex castris eripui. Si mihi ista timiditas perspecta fuisset, nunquam ego cum viro, homine potius, in gratiam rediissem. Franciscus Bebek valde est in culpa, qui pecuniam regiam abs me levavit et non venit. Sanabitur brachium meum: statim aut vincam aut peream necesse est, eadem est mihi voluntas et animus. Dominatio Vestra civitates consoletur, quia valde ipsis (így) timent,

maxime si hic non essem, quia non parvam unquam spem in me habent.

Serdi (így) servitor.

Serédi Gáspár kezeírása az egész, egy féliv papir egyik oldalán, kelet nélkül. Hátán későbbi kéztől: p. 23. Sept. 1528. A püspök, a kinek a levél szól, Szalaházy Tamás egri püspök. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 116.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

413.

Eger, 1528 szeptember 24.

Sziládi értesíti Nádasdy Tamás budai várnagyot, hogy azelőtti nap reggelén Patak alatt a királyiak megverettek, háromszáz gyalogost és valamennyi ágyut a csatatéren hagyva, mig a lovasok elszabadultak, így Révay és Serédy is elmenekült.

Magnifice Domine mihi observande. Hoc infaustum novum vobis scribere possum: heri mane nostri sub Patak profligati sunt... trecenti pedites ex nostris periere et omnes bombarde. Reway, Seredy evaserunt et omnes equites. Preterquam unum servitorem meum equitem periisse dixerunt, et vexilliferum cum 16 vulneribus affectum. Ex castro Agriensi feria quinta post Mathei anno Domini 1528.

Ziladi, vester.

Kívül: Magnifico Domino Thome Nadasdy Castellano castri Budensis.

Egy féliv papir egyik oldalán, zárópecsét nyomával; egészen olyan írás, mint a következő kelet nélküli. «Post humillimam» kezdetű levél. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 119.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

414.

Eger, 1528 szeptember 24. után.

Sziládi Péter, az egri püspökség jövedelmeinek kezelője írja Szalaházy T. egri püspöknek, hogy Révay csúfos megszaladása nélkül övék lett volna a győzelem. Csobay Bernát mondása után írja, hogy Kun Gothárd sok miseruhát, 25 kehelyt és néhány ármutatót huzott le Révay szekeréről.

Post humillimam... Reverendissime Domine... servitores ipsius Reway, qui apud me sunt cum XXVI equitibus, iureiurando fatentur ipsum Reway primum in fugam versum et nisi tam graviter

fugisset, penes nostros victoria erat. Hoc idem hostes Waywodani dicunt et nostros Agrienses maxima laude ad astra ferunt... Reway, Reway hóc est consilium alterius *(más kéz ennek föléje jegyzé:* Andree Bathori) sequi; hoc sacrilegium et depredatio pauperum; melius fuisset, si natus non fuisses... Bernardus Chobay... dicit: vidisse Gothardum Kun de curru ipsius Reway multas casulas, 25 calices ac monstrancias aliquot extraxisse. O stultitia hominis ad conflictum hec secum ferre, si pugnare nollet...

Egy ív papir mind a négy oldalán, de még tovább is, hanem az a kelet és aláírással együtt hiányzik. Kétségkívül Ziladi Péter «d. d. Administrator proventuum episcopatus Agriensis» levele Szalaházy T. egri püspökhöz. — *Bécsi cs. és kir. házi levéltár: Hungarica. 1528. 119.*

Közli: Bunyitay Vincze.

415.

Ipoly-Ság, 1528 október 5.

Fegyverneky Ferencz ipoly-sági prépost megengedi a selmeczbányai polgároknak, hogy a szőlősi kilenczedet pénzen válthassák meg.

Circumspecti domini... Is nuntius vester alteras litteras vestras ad me per ipsum datas reddidit. Quibus in capite d[ominationes] v[estre] redarguunt me, quod oblatam amicitiam de facto non comprobaverim, eo quod nonas tam presentis, quam preteriti anni eedem soluture fuissent, homines tamen mei minime eas recipere voluissent, sed potius omnia vina pro nunc in vinea vestra procreata detinuissent. Sane nihil redargutione in me dignum video, quoniam d. v. prioribus litteris suis nec presentis nec preteriti anni ecclesie nostre proventus offerebant, quin potius comminabantur, si eos, ut par erat, reciperem, Maiestati regie de me conqueri. Quod profecto satis animo egro a d. v. tuli eo, quod eedem pro iustis ecclesie mee proventibus minus debite de me conqueri velle asserebant. Si litteris prioribus modernum animum earundem[1] intellexissem, pro diuturna inter nos amicitia, quod nunc eedem in umbilico litterarum suarum novissime fieri petunt, fecissem libenter et nec labores nec expense frustra facte fuissent. In signumque huius, quamprinum intellexi d. v. nonas annorum presentis et preteriti solvere velle, statim per litteras meas hominibus meis commisi, quatinus acceptis nonis predictorum annorum vina detenta in pace

[1] Az eredetiben hibásan: eorundem.

dimitterent.[1] Idque, ut facto d. v. experiantur, si pro vinis abducendis illuc miserint, litteras huiusmodi apud[2] homines meos illuc in *Zeoleos* existentes comperient et solutis nonis annorum presentis et preteriti vina pacifice abduci permittentur.[3] Ex Saag feria secunda post festum Francisci confessoris Anno Domini 1528.

Franciscus,
prepositus ecclesie de Saag etc.

Kívül: Circumspectis dominis iudici ac iuratis aliisque civibus civitatis Semniciensis.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

416.

Körmöczbánya, 1528 október 11.

Eynseczer István Miklós mester beszterczebányai plébánost kéri: pártfogolja, hogy az iskolamesteri állást elnyerhesse; attól ne tartson, hogy lutheránus érzületű.

Pax et gratia jhesu. Quod hactenus venerabili tue paternitati nihil scripserim, ne ideo accepti me beneficii ingratum existimes officiperdam, rogo plurimum. Est mihi nescio que detestabilis exarandarum litterarum amicis congenita insolentia, male suspicionis cantrix, non nisi confuga necessitate vincibilis. Quapropter quinquennem hanc meam taciturnitatem pro nativo animi tui candore, ut soles, equi bonique consulito. Licet vulgi opinione frequens litterarum missitatio externum iudicetur amicitię specimen, est tamen plerumque et adulterine familiaritatis pretextus. Siccine non crebra epistolarum directione, sed mentis rectitudine vera consistit amicitia, quam nulla silentii diuturnitas frigefacit, neque localis collidit intercapedo. Siquidem charitas nihil perperam agit, non suspicatur etc., verum tempore necessitatis ad amicos tuto confugit confugosque excipit, auxiliatur lubentissime. Iccirco et ego tuam in me ab ephebia compertam beneficentiam hactenus inviolatam credens, hoc epistolii, velut patronorum integerrimo, scribere opere precium duxi, sperans hoc gratie absens offensurum, quod

[1] Hibásan: dimiterent.
[2] Hibásan: aput.
[3] Hibásan: permitentur.

antehac coram semper compertus sum. Pro urbe nostra quivis est rumor, Valentinum schole moderatorem velle ludum dimittere literarium. Cumque anno hinc quinto circiter evoluto, tuo favore hinc Viennam petiturus senatum premissa gratiarum actione valedixissem, ab eo per dominum Janusch pro tunc iudicem mihi hoc modo responsum est: Mi Steffane, si decursu 5, 6, 9 vel decem annorum contigerit te rursum hoc munus cupere ac velle, tibi id pre ceteris sumus collaturi. Audita igitur Valentini resignatione, ut aiunt, protinus prefata senatus pollicitatione, tamquam a vellicante auriculam commonitus (siquidem cum premissa effectum indubie scio), tue venerande paternitati velut primario omnium collatori quam ocius exarare censui. Rogo itaque et obsecro: si res ita se habet, tua paternitas me rursum grato hilarique animo in prefectum schole iuventutisque ministrum suscipere velit. Spero tue vocis accessu magistratum quoque ob promissionis integritatem dissensurum minime. Comperies me et fidelem et vigilantem procul, dubio assumpti oneris ministrum, veritatis et concordie amatorem, omnis denique factionis insolentissimum. De lutheranorum dogmate nihil est quod suspiceris. Est mihi biblia puri putique verbi Dei doctrix, qua intelligenda literaliter Augustinum, Nicolaum de Lyra et reliquos emuncte theologie verbo Dei consonos potissimum sequor. Tanto enim me divinius ad hoc munus vocatum arbitrabor, quanto tua, omniumque partium gratia me concordius susceptum perspexero. Tandem rogo, tua paternitas suo tempore mihi relationem se dingnam (így) rescribere non pigritetur. Quod si fecerit, polliceor tuam paternitatem mee resusceptioni et consuluisse et consensisse minime penituram. Bene vale in Christo jhesu rerum ordinatore. Cremnitiae 1528 11 die octobris. Toti fratrum corone meo nomine salutem impertito. Cuius orationi me commendo.

Tue Ve. pa.

Stephanus Eynseczer
deditissimus.

Kívül: Venerabili patri domino magistro Nicolao ecclesie Bistriciane parocho, fautori patronoque sibi observando.

Eredetije Beszterczebánya lt.-ban. Fasc. 953. nr. 19.

Közli: Timon Ákos.

417.

Bécs, 1528 október 18.

Ferdinánd király felhívja Jakab boroszlai püspököt, hogy a legközelebb megüresedő prépostságot, káptalani méltóságot, esetleg kanonoki javadalmat Henckel Jánosnak, nővére Mária királyné udvari szónokának adományozza, minthogy ez új állásánál fogva kassai parochiájáról lemondani kénytelen.

Anno 1528. Wien den 18. October. Unss hat die durchläuchtige Fürstin, Fraw Maria, zu Hungarn und Böhaim Königin, Vnser liebste Schwester, von wegen des gelährten, Vnsers lieben, getreuen Johann Hengkel, Doctor vnd Pfarrers zu Kashaw, angelanget vnd gebeten, Dweil Er sich in Ihrer Lieb Dienst zu einem Prediger verfüget vnd derhalben sein Pharr übergeben vnd resigniren muss, dass wir Inne genedlichen gegen Dir zuverschreiben geruchten, auf das Er in Vnsern Stiefften zu Presslaw ein Prelatura oder Dignitet erlangen möchte. Nun haben Wir Ihrer Lieben ansinnen vnd begehren vnd sonderlich, das obgedachter Johann Henkel ein gelerte vnd darzu tügliche Persohn ist, angesehen vnd betrachtet, auch dabey bewogen, dass Er zu diesen im glauben irrsaligen Zeiten nicht unnüzlich der Kirchen erschiessen kan vnd mag. Begehren derhalben an dich mit sonderlichem fleiss, Du wollest von Vnsern wegen darob sein vnd dich dermassen also halten vnd erzeigen, dardurch Er die erste Prelatur oder Dignitet, so in den mehrgedachten Stiefften ledig wurde, mit sambt der Investitur und Zugehörung erlanget vnd bekeme. Wo aber ia kain Prelatur zu dieser Zeit vaciret, dass Er dieweil mit dem ersten felligen Canonicat, biss ein fahl einer Prelatur beschech, versorget wurde. Daran geschicht Vnss von dir zu gnedigem wolgefallen, auch ein sonderliche willfahrung, dieselbige in aller gnad von dir anzunehmen.

Geben in vnser Stadt Wien etc.

Ferdinand.

An den Bischoff Jacoben zu Bresslaw.

Másolata a boroszlai állami levéltárban, Sign. A. A. III. 6a, 45. Közölte Dr. *Bauch Gusztáv* a Történelmi Tár 1885. évf. 354. l.

418.

Bécs, 1528 október 18.

Mária királyné Jakab boroszlai püspöknek ugyanazon ügyben.

Maria, von Gottesgnaden zu Hungarn vnd Böhaim Königin. Hochwürdiger Fürst, andächtiger lieber getrewer. Nachdem Wir

den gelerten vnsern andächtigen vnd lieben getrewen Johann Hengkel, Doctor vnd Pharrer zu Kaschaw, zu vnserm Prediger aufgenommen, derhalben Er die Seelsorgung seiner Pharr ainem andern ubergeben vnd resigniren muss. Nu hat es Unns nicht für unbillich ansehen wöllen, auf das Er an einem andern Orthe mit ainer geistlichen Pfründt, die der Seelsorgung nichs bedörfft, versehen würde. Haben derhalben Königl. Maijtt. zu Hungarn vnd Böhaim etc., Vnsern liebsten Herrn vnd Bruder, denselbigen Vnsern Prediger an Ewre Wurden zuverschreiben angelanget vnd gebeten. Wie Ir dann auss Ihrer Maijtt. Schreiben, so wir Ewrer Wurden hiemit übersenden, vernehmen werdet. Begehren auch darbey an E. W. mit sonderlichem Fleiss, Ir wöllet in ansehung Vnsers liebsten Herrn vnd Bruders, auch Vnser fürschrifft vielgedachtem Vnserm Prediger auch dermassen also befohlen haben, auff das Er mit der ersten Prelatur oder Dignitet vertröstet, vnd ganz gnediglich annehmen. Geben zu Wien am 18. tag Octobr. im 28-ten.

Maria Königin.

Másolat a boroszlai állami levéltárban. Sign. A. A. III., 6a, 45. — Közölte dr. *Bauch Gusztáv* a Történelmi Tár 1885. évf. 519. l.

419.

Gyulafehérvár, 1528 október 24.

Gerendy Miklós erdélyi püspök felhívja Lukács mester berethalmi plébánost és födékánt, jelenjék meg előtte november 4-én két-három plébánostársával, hogy a közöttük és a szebeni káptalan között az ország védelmére kirótt adó hányada körül támadt vitát személyesen eldöntse.

Venerabilis nobis in Christo syncere dilecte. Hortati fueramus superioribus diebus vos et capitulum vestrum tum per litteras, tum novissime per nuncium nostrum, ut cum dominis plebanis decanatus Cibiniensis in contributione subsidii et defensione patriae concordes essetis, quo et vobis capituloque vestro minus foret impendendum, et Cibinienses vobis uniti, ab exactore aliquo laico seorsim non premerentur. Sed nuncius noster re infecta ad nos rediit, cum neque litem vos cum Cibiniensibus experiri velle dixissetis, neque proventus vestrorum plebanorum viritim connumerari, unde possit liquere, quantum cuique in simili casu pendendum esset; quod si vero unum et dimidium decanatum Cibinienses vobis accederent, vos eos accepturos, sin minus, abiecturos. Verum nobis

non est is animus, ut patiamur membra a corpore avelli, siquidem estis invicem membra, propterea tum ex cura pastorali, quam licet minus idonei suscepimus, tum ad supplicationem capituli Cibiniensis id nos facturos decrevimus, quo vos, si non aliter, immediate uniremus aut id faceremus, quod iuris esset. Ob id vobis firmiter committimus et mandamus, quemadmodum etiam nuncio capituli Cibiniensis coram commisimus, ut ad feriam quartam proximam post festum Omnium Sanctorum nunc venturum, cum duobus aut tribus fratribus vestris coram nobis comparere debeatis cum plena informatione et facultate ad premissa responsuri et alias causam huiusmodi sufficienter instructuri; nos vero quod per litteras et nuncium nostrum [non] potuimus (cuius forte minor visa est authoritas, quam ut hanc litem inter vos dirimeret), personaliter cum presbiteris et iurisperitis hominibus decidemus. Interim si quid informationis a fratribus vestris accipere vultis, potestis, et ne regni defensio per huiusmodi dissensionem negligatur, nos pro hac vice Cibinienses supportare volumus tantisper, donec causam huiusmodi iure mediante cognoscemus. Ex arce nostra Albensi sabbato ante festum beati Demetrii martyris Anno Domini 1528.

Nicolaus de Gherend,
Episcopus Transilvanus.

Kívül: Venerabili Magistro Luce Plebano de Byrthalom, Decano Generali Sedis Megyesiensis, nobis in Christo syncere dilecto.

Haner György másolata után közölte *Fabritius K.* Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 193—194.

420.

Pozsony, 1528 november 18.

Ferdinánd király a mislei prépostságot, mely utolsó birtokosa Fülöp elhalálozásával megüresedett, Velius Ursinus történetirónak és könyvtára prefektusának adományozza.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungarie... memorie commendamus... quod nos inducti meritis, virtutibus atque eruditione singulari fidelis nostri venerabilis Casparis Velij Vrsini historici et prefecti bibliothece nostre, eidem uti persone idonee et benemerenti prepocituram ecclesie Myslensis nunc per mortem et decessum

honorabilis quondam magistri Philippi, eiusdem prepositure ultimi ac legitimi possessoris de iure et de facto vacantem... auctoritate iurispatronatus nostri regii... donandam duximus et conferendam, imo damus et conferimus... Datum Posonii octavo die festi Beati Martini Confessoris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno secundo.

Ferdinandus m. p.

Nyilt levél papiron, alján középütt nagy kerek pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 166.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

421.

Pozsony, 1528 november 29.

Ferdinánd király a szkalkai apátság fölötti kegyúri jogot Podmaniczky István nyitrai püspökre ruházza.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc. Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis. Quod nos considerantes curam et rerum ecclesiasticarum sinceram dispositionem fidelis nostri reverendissimi in Christo patris, domini Stephani Podmaniczky de Podmanyn, quibus idem se nobis gratum reddere studuit; volentes eidem nostro munificentiae dono occurrere, tum etiam inducti eximiis virtutibus ac meritis dicti domini episcopi, quibus eundem propria nostra experientia praeditum esse cognovimus: iuspatronatus nostrum regium, quod in ecclesia abbatiali Skalchensi sub dioecesi existente Nitriensi, sicuti in caeteris huius regni nostri ecclesiis instar praedecessorum nostrorum regum Hungariae felicium recordationum habemus, de plenitudine regiae nostrae potestatis in dictum dominum episcopum successoresque suos universos episcopos duximus transferendum ac dandum et concedendum. Imo transferimus, damus et concedimus praesentium per vigorem, ut idem dominus episcopus successoresque sui amodo et imposterum eandem abbatiam, quotiescunque de iure et de facto vacare contigerit, authoritate dicti patronatus nostri regii praesen-

tibus concessa, personis idoneis et bene meritis conferre et de iisdem providere possit, successoresque sui possint ac valeant. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Posonii, sabbato in vigilia beati Andreae Apostoli. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, Regnorum nostrorum Hungariae et Bohemiae etc. praedictorum anno secundo.

Hevenessy-kézirat gyűjtemény, XLIV. köt. 294. l. Átvéve Rudolf király 1586-diki megerősítő leveléből. — Kiadta *Katona*, XX. 425.

Közli: RAPAICS RAJMOND.

422.

Kolozsvár, 1528 deczember 15.

«Nobilis Nicolaus litteratus, notarius et officialis ecclesie Kolosmonostoriensis, revmi domini Johannis de Mwsina episcopi Chanadiensis ac dicte Kolosmonostoriensis ecclesie abbatis domini scil. sui» nomine prohibet Emericum Balasÿ tutorem orphanorum Gasparis Somy ab occupatione possessionis Oláh-Nádas.

Eredetije a kolosmonostori konvent lt.-ban. Kol. 148.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

423.

Szárdvára, 1528 deczember 20.

Emericus Bebeek de Pelsewch prepositus b. Nicolai Albensis, secretarius et consiliarius regiae Maiestatis (Ferdinánd) et Franciscus Bebeek de eadem, comes comitatus Gömöriensis... ex castro Zaard in profesto b. Thomae ap. a. d. 1528 copias auxiliares petunt a civitate Eperjes.

Eperjes város ltára: Cub. II. Loc. 6. litera B.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

424.

(Várad.) 1528 deczember 26.

Nyilas Benedek egy vizimalomnak őt megillető felerészét a váradi Szent-Anna-klastrombeli klarisszáknak 50 arany forintért eladja.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis Eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo octavo, indictione nona, sabbatho, vigesima sexta die mensis Decembris, hora nonarum vel quasi, ante fores domus et solitae residentiae religiosarum dominarum sanctimonialium reclusarum ordinis sanctae Clarae, in claustro beatae Annae matris Mariae Varadini fundato degentium, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini, domini Clementis divina providentia Papae VII. anno eius sexto, in mei, notarii publici, et testium infrascriptorum praesentia personaliter constituti, ab una, providus vir Benedictus Nylas, alio nomine Zanthii de Bihor, ac religiosa domina Anna Halál, abbatissa praescriptarum sanctimonialium claustri praescripti, ab alia partibus; idem Benedictus Nylas — — — sponte, libere et ex certa sua scientia motus, ut dixit, et libera sua voluntate confessus extitit in hunc modum: quomodo ipse directam et aequalem medietatem cuiusdam molendini in fluvio Kiskeres in territorio oppidi Bihor decurrentis, in comitatu Bihoriensi existentis et habiti, cuius quidem molendini alteram medietatem piae memoriae Franciscus de Pereny episcopus ecclesiae Varadinensis praefatis monialibus in perpetuam eleemosynam dedisset, et quod molendinum idem Benedictus Nylas ex annuentia et liberalitate praefati quondam domini Francisci episcopi propriis suis sumptibus et expensis ac laboribus fundasset, aedificasset et construxisset, quam quidem medietatem molendini praescripti, suam videlicet, idem Benedictus Nylas praefatae dominae Annae Halál abbatissae, et consequenter monasterio sanctae Annae et praescriptis sanctimonialibus pro quinquaginta florenis auri hungaricalibus, per easdem dominam Annam abbatissam et dominas sanctimoniales persolutis et per praefatum Benedictum Nylas levatis et receptis perpetuo ac irrevocabiliter vendidisset et inscripsisset; imo coram me, notario, et testibus infrascriptis vendidit et inscripsit, ut praemissum est, perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam et habendam — — —. Acta sunt haec et facta anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem honorabili domino Michaele plebano Omnium Sanctorum, nec non dominis Joanne Literato, rationista proventuum castri Varadien-

sis, Clemente Várbeli, iudice de vico Velencze, Matthaeo Nagh, Joanne Hydas, Antonio Somoghy, Stephano Kádár, Dionisyo Keumives, Laurentio Kis, Antonio Zakaj, Ludovico Katona, de curia praedictarum sanctimonialium, aliisque quampluribus testibus fidedignis, ad praemissa rogatis, vocatis pariter et requisitis. Et ego Joannes de Zegedino clericus dioecesis Bacsiensis, publicus sacra Apostolica authoritate notarius — — — praesens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ac in notam scripsi — — —.

Antonii Odnoczy: Episcopi Varadienses fide diplomatum concinnati. Pars II. Viennae Austriae, M.DCC.LXXVI. 30—32. l.

425.

1528 táján.

A kassaiak lutherânus szinezetü hitszónokot hívó levele.

Pro concionatore vocando.

S. p. Nihil equidem rerum in humanis agenti iucundius fore credimus prestantissime vir, nihilque anime eterna speranti felicius, quam verbo Dei pure et sancte a quopiam viro evangelice veritatis plurimum perito doceri, cuius si qui penuriam habent, non tam vite eterne salutem, quam mortis discrimen obire, necessum est. Ob id humanissime vir, nos insigni vestra eruditione et evangelica ac vite morumque integritate, que non a simplici wulgo, verum viris longe doctissimis, iusto laudis preconio circumferuntur, allecti, hasce nostras ad dignitatem vestram litteras dandas duximus, quibus nos senatorii ordinis consensu, venerabilitatem vestram ad verbi Dei apostolatum magno affectu Cassoviam vocamus, quo nobis civitatisque nostre universe plebecule sincera Dei doctrina veritatis ac salutis iter ostendat: qua in re magna spe freti, nobis persuademus, nos nullam a vobis pati repulsam, sed voti compotes quam primum reddi.

Fogalmazat. Kassa v. lt.

Közli: Bunyitay Vincze.

426.

Selmeczbánya, 1528.

A plébános, tót prédikátor, két káplán, iskolamester és harangozó kötelességei- és illetményeiről.

In nomine Domini. Amen.

Vormerkh die Ordination so in dem Jar nach Christi gepurtt 1528 von einer christlichen gemein von einem Ersamen Rott der Statt Schemnitz geordnet und beschlossen.

Erstlich soll der Herr pfarrer schuldig sein fuer sein person dem christlichen folkh zu predigen das Wort gottes, oder zu Zeitten in seiner Krankheit oder ungestlikeit einen andern gutten man vervorden — er soll auch, wan er gesunt oder geschikt ist, an sunder hochzentlichen tagen, als vier hauptfeiertagen undtt sunst unser frauen tagen selber die heiligen empter als mess und vesper singen.

Item soll er all und teglich sacrament durch sain Kaplan oder, wo es die nott so gar erfordert, persondlich dem christlichen folk lassen umbsunt administriren, als namlich das hochwürdig sacrament gottes leichnam, die tauff, olung, item der heiligen Ee, einloitung undtt peicht, und das alss umb sunst, allain ess wer so far um mannig Müe dem Herrn pfarrer, soll sich er oder sain Kaplan nach jedes vermigen genügen lassen, niemantz schatzen, Es woll dan ein christlich folk angesehen ire trajtlich Müe der pillikait nach im etwas aus gutwillikait geben.

Item der Herr pfarrer ist schildig die hausbirtschaft des pfarrhofs zu fersorgen mit Speis und ander hausordnung zimlicher massen und an seinem tisch zu speisen den windischen prediger und sunt zween Kaplan darzu, die im gesehen und nutz sein und damit ein christlich gemein versehen sei. Item den Schilmeister, welicher sich gehorsam und gepierlich dem Herrn pfarrer soll halten.

Item soll der Herr pfarrer sein Kaplane darzu halten fuer ordentlich empter und Messen teglich in gutten paispil zu verpringen, auch er selber samb den seinen den prauch der Kirchen nach Zait und Zimlichkeit halten. Item der windisch prediger ist schuldig alle fajertag und sunst — wenn in Gott ermant dem christlichen windischen folk zu predigen und das thuen und handlen, das zimlicher massen dem Herrn pfarrer lieb ist, auch mitt messen und andern kirchenemtern gelaich messig mitt den andern Kaplan verplicht sain.

Item die andern zwen Kaplan sullen all und teglich ordentlich messen und ampter der Kirchen vleisig auswarten und mit Ansehen des Herrn pfarrer gepierlickait verpringen.

Item so man sunst andere messe od. stifft von einem pegert zu halten, oder singen pai der Kierchen, so soll mans mit herrns pfarrers willen die Ordnung [halten] und nie davon waichen, wie for malss prauch und gewonheit gewesen.

Item sullen sie, wie obbegriffen, all und teglich sacrament dem christlichen folk als gottes laichnam, Ee, olung, paichten, einlajtung, tauff umb sunst administriren, ess wer den sunder beschverniss des weges mit far oder Mue, so mügen sie von den genem Anzatzung zimliches nemen undtt was man in sunt gern oder willig gibt, und sunst den Kirchendienst nach anzeige des herren pfarrers verpringen.

Item. Der Schulmeister sol trajlich mit sain locaten und gesellen, die er nach muglichkeit und gepier halten sol, den Kindern mit gutten christlichen leren uud bajspil vor sain, die ordentlichen ampter der Kirchen nach prauch und gebonheit singen und folpringen und dem herrn pfarrer darin gefelklich zu sain und aufmerken habe.

Item der mesner soll vlajssig sein auff Kirchenhutt,[1] damitt nich aus der Kirchen verlogen, zuvor zu hattzetlichen tagen und sunst auff dienst nach Antzeigen dess herrn pfarrers aufmerken.

Vermerkt die Zustend die dem herrn pfarrer und Kaplan auch ander Kirchendienern.

Erstlich soll der herr pfarrer umb. obbegriffen sain Mue, sorg u. Gottes dienst wochentlich haben, darin er selberst ist, von dem statt lon und der Ordnung gantzer gemein berait gelt fl. 2½.

Item allen und jeden Zechent der frucht baj der Statt Schemnitz und ier Zugeherung, wie lang und prauch, und von dem es formals geben ist worden.

Item den Zehentpnenig.

Item an dem hailigen Ostertag was in die pecher gefellt nach gebonhajt.

Item Zu hausscheuer zu seiner Zait die kies.

Item. Es soll darumb herr pfarrer die nutz der colominsatzen zu weinachten ablassen und nicht davon haben.

It. Zehett u. Zehettpfennig von den derfern die for mit Kirchendienst zu der Statt geheren.

[1] Az eredetiben még egyszer: *sain.*

It. Die akker u. wiesenzins, die die forigen pfarrer von den ekker und wisen, die in gedint haben, empfangen.

It. soll ein christlich gemein nach altem lõblichem prauch jedes nach vernuss am opfertag sein opfer dem herrn pfarrer opfern und raichen.

Item der windische prediger sol haben wochentlich bei dem lon d. 50 und verkind gelt.

Item was im nach prauch zu Ostern eingelegt wird in die pecher. Item sunst gelaichen tail in allen Dingen mit den 2 Kaplan.

Item die zwen Kaplan soll ein jeder wochentlich haben bei dem Statt lon von gemeiner ordnung d. 50 u. sain frajspajs an des herrn pfarrers tisch.

It. von allen extraordinari empter, als condiat vigili, Selmess, ier ordinari und deputat; ala von den Sacrament der Kirchen, wie obbegriffen, sollen sie nithnemen.

Item der Schulmeister, so er teglich und vleissig ist, sol bei dem Stattlon wöchentlich empfangen d. 50.

It. der Schulmeister hat sein ordentlich gelt von den Knaben, so er lernt und sunst andere ordinari Zuestent von der Kirche, sein freientisch pai herr pfarrer.

It. darum lass er die Kolininsatzen unterwegs zu weinachten.

It. die recordatzen (recordatio) Martini nach gewanheit emphet er.

It. wochentlich flaisch ein halben hauffen von den fleischhakkern und von dem herrn graven aus dem Kammerhof und von schaider aus gibesikeit wőchentlich 2 pratten.

Item der Mesner Knecht soll umb seine Mue (Mühe) haben bei dem herrn pfarrer nach seinem Stantte essen, darum hat herr pfarrer von der Statt ein jar fl. 6 den. 24.

Item . . . . . auf sein tail.

Item aspersalia [ ]

Egyházi szervezetek, evang. hitvallások a selmeczbányai városi levéltárban. — Némi hibákkal kiadva *Breznyik:* A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum tört. I. 44—50.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

427.

Kompolth, 1528.

Kállay János, válaszolván Báthory András levelére, melyben ez azt kivánja neki, hogy bár az ördög elvitte volna János királyával együtt, viszont azt kivánja, bár Isten Báthoryt, Ferdinánddal, pünkösdi királyával és a többi urakkal együtt az égbe vitte volna szent Péter oldala mellé, mielőtt a határszéli várakat elvesztették volna; feleli továbbá, hogy nem ő választotta a pünkösdi királyt, hanem választotta a levéllró Pál érsekkel és Perényi Péterrel együtt; azon vádra pedig, hogy Bornemiszát hamisan mondta rablónak, hivatkozik a bátori klastrom barátaira, kiket Bornemisza kifosztott. Visszatérésre inti, ura kegyesen visszaveszi, ha az elrablottakat visszaadja.

Magnifice Domine mihi observande, post meorum servitiorum commendationem.

Litteras eiusdem Dominationis Vestre Magnifice accepi, in quibus Eadem scribit mihi, ut diabolus me deducat unacum rege meo Joanne. Utinam Deus deduxisset Dominationem V. M. unacum rege suo Ferdinando ceterisque Dominis antehac annis sex in celum, collocassetque ad latus Sancti Petri, ne castra finitima perdidissetis et amisissetis, que et quanta castra tempore regis vestri amisistis; si enim solo hoc anno tanta castra perdidistis, timendum est: ad annum futurum ne etiam castrum Lethowa post cetera castra perdita amittatis; namque castrum Lethowa non prodest Dominationi Vestre tantum, quantum fructum de Maythen cum pertinentiis eadem Dominatio Vestra percipi potuisset. Ubi vero Eadem scribit, ut omni die vellem regem elevare *pynkesthyensem:* non ignorat Eadem, quod ego illum minime elegi, sed Dominatio Vestra unacum Paulo archiepiscopo et Petro Pereny elegistis et elevastis in castro Thokay; fui et illic tanquam servus post Dominationes Vestras, qui et eotunc a Vestra Magnifica Dominatione indignationem acceperam, eo, quod ratione occupationis bonorum dominorum de Chahol per prefatum Petrum de Peren occupatorum locutus fui; nam oportet mihi semper pro oppressis intercedere, similiter et loqui. Ubi denique scribit Dominatio Vestra, ut in elevatione *Regis pynkesthyensis* poterit in me cognoscere parva sapientia: clare patet Dominationi V. M. quod quondam dominus pater meus erat magister prothonotarius et pater Dominationis V. M. erat rex illius Nyryensis. Ubi demum scribit Eadem, ut Bornemyzam false et iniuste depredatorem esse nominassem: ad hoc Dominationi V. M. respondere nequeo, ex quo dominus meus es, quem servivi; tamen si quispiam ex familiaribus Dominationis Vestre asserit me ipsum Bornemyzam depredatorem false nominasse: talis veniat huc ad

istos duos comitatus Zabolch et Zathmar, in quibus quidem comitatibus sufficienti documento hoc et id, quod videlicet ipse Bornemyza certos homines et presertim Fratres in claustro Bathoryensi commorantes, quorum frumenta depredavit et violenter accepit, comprobare presto sum et paratus. Ille autem, qui me apud Dominationem V. M. falsum esse interpretavit, male et sinistre dixit. Revera non meruissem a Vestra M. Dominatione, ut Eadem me tali honore affecisset, quum ego fratrem eiusdem probe et fideliter servivi; has tamen litteras Dominationis Vestre mihi missas ad felicem reditum ipsius domini nostri regis conservabo, quem non dubito, quin a vobis dominis, qui castra finitima, puta Jayczam et alia castra tempore regis vestri amittere permisistis, rectam rationem non accipiat. Revertere igitur Domine, revertere, quia timeo, si non reverteris, filios tuos perpetue rusticitati non restituas; dominus etenim meus tam clemens, generosus et pius est, ut tecum gratiam facit, dummodo revertere ac bona oppressoram et orphanorum per te ablata et occupata remittas et restituas. Ceterum quitquid ego sum, persone infranominande, puta Thomas Nadasdy et Maylath in curia Domini Vestri maiora regunt et gubernant, quam Dominatio Vestra, qui negotia mea illic disponunt. Ego Dominationi Vestre servire volo, si Eadem a me accipiet. Reliquum est: Deus conservet Vestram Magnificam Dominationem. Datum in Kompolth in festo

Jo[annes] Kallay.

Kívül: Magnifico Domino Andree de Bathor pridem Comiti Comitatus Zathmariensis etc. Domino meo observando.

Egy félív papir egyik oldalán; a kelet napja, éve a tollban maradt; csak a névaláírás a Kállayé; záró gyűrűpecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. okt.—dec. 207.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

428.

1528.

András, választott tinnini püspök kéri a királyt, hogy buzgó szolgálatainak, különösen a Tótországba küldendő hadsereg felszerelésére fordított költségeinek tekintetéből igérete szerint a zágrábi püspökséget, minthogy jelen birtokosa hűtlenség bűnébe esett, neki adományozni kegyeskedjék.

Sacra Regia Maiestas, Domine gratiosissime. Ex innata sua clementia Vestra Maiestas dignetur recordari servitiorum meorum, que Vestre Maiestati hac preterita estate iuxta virium mearum possibilitatem non sine gravibus expensis meis servivi; nam ternis Vestre Maiestatis literis ad me missis admonitus, ut iuxta omne posse

meum exercitui, quem Vestra Maiestas in regnum Sclavonie missurus sit, ad latus et auxilio, ut fidelis, adesse debeam, quod ut fidelem decet et servitorem et capellanum, non eo numero equorum, quo a Maiestate vestra servitium habeo, sed maiori, puta centum et sexaginta equitibus bene armatis continuis temporibus exercitui illi ad latus servivi et presto fui... Dignetur Eadem servitiorum meorum fidelium memor esse ac sua innata gratia, prout Eadem mihi scripsit, iam gratiose recognoscere ac mihi de episcopatu Zagrabiensi providere gratiose, quoniam ipse episcopus in notam infidelitatis incidit... Relationem gratiosam a Vestra Maiestate expecto.

Eiusdem Maiestatis Vestre fidelis capellanus et servitor

Andreas,

Episcopus Tininiensis etc.

Egy félív papír egyik oldalán, kelet nélkül; hátán későbbi kéztől: 1528. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 192.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

429.

1528.

A két pártra szakadt zágrábi káptalan azon tagjai, kik hűségüket Ferdinánd irányában megtartották, kérik a királyt, hogy a Pekry Lajos által elfoglalt topliczai jószágot adassa nekik vissza és szoríttassa a Hampó testvéreket is a megtagadott dézsma fizetésére.

Serenissime Princeps... Quoniam magnificus dominus Ludovicus Pekry meliorem possessionem nostram Toplica vocatam vi occupavit et ad presens occupatam detinet, que sola tantum nobis pro victu remanserat; unde nobis quibus se sustentare ac Deo servire possimus, non habemus. Quare humillime supplicamus S. Maiestati Vestre, dignetur ex sua innata clementia ac propter fidelitatem nostram eadem mandare firmissime suas per litteras dicto magnifico Ludovico Pekry, ut dictam possessionem nostram Toplicam nobis sine dificultate et ulteriori mandato remittat et restituat, ut et nos alimentum habere possimus ac Deo optimo maximo secure et pro salute feliciqne statu S. Maiestatis Vestre Deum incessanter exorare. Insuper magnifici domini Wolphgangus et Gaspar Hampo fratres decimas, quibus nobis obligantur, minime reddere volunt, sed quod peius est, parti adverse, canonicorum scilicet infidelium S. Maiestatis Vestre quolibet anno ab inceptis disturbiis subministrant. Quare supplicamus humillime S. Maiestati Vestre, ut etiam dictis dominis de Hampo facere dignetur scribere strictissime

litteras mandatorias, etiam, si placet, adhibita auctoritate Nuncii Apostolici, ut nobis fidelibus canonicis S. Maiestatis Vestre dictas decimas dare et solvere debeant; vel dicte decime interim inhibeantur sub aresto, ne cuipiam dentur, quousque de iure decernatur, ad quos iustius pertineant. Nam et cum illi domini magnifici Hampo fideles et obedientes S. Maiestatis Vestre sint, convenientius et equius est, quod dentur nobis fidelibus, quam illis infidelibus. Isto [pretextu] tamen illi domini Hampo difficultant nobis solvere, quod habeant contractum adhuc ante multos annos cum Capitulo Zagrabiense, quod si in termino statuto dictam summam non solverent illis canonicis, qui haberent sigillum et quibus potestas esset dandi expeditorias: caderent in penam trium millium florenorum cum confirmatione litterarum apostolicarum; que tamen pena non potest nunc cadere in istos dominos Hampo, quia alia pars canonicorum est infidelis et tenet cum partibus Turcarum; nec contractus debet illis servari, sed potius nobis fidelibus canonicis S. Maiestatis Vestre. Gratiosam expectamus relationem.

Eiusdem S. Maiestatis Vestre

humillimi et fideles

Canonici ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Supplicatio fidelium Canonicorum ecclesie Zagrabiensis pro quadam possessione a Domino Ludovico Pekry occupata et aliis decimis non solutis.

Egy ív papir egyik oldalán, kelet nélkül; a hátán más kéztől: 1528. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1528. 211.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

430.

1528 táján.

Azon zászlóaljak száma és állománya, melyeket a főpapok harczba vinni kötelesek.

De modo et ordine exercituantium Dominorum banderiatorum et aliorum Nobilium, et de numero banderiorum.

Item unum integrum banderium regium tenet sub se mille armatos.

Item unum banderium dominorum integrum tenet sub se quadringentos equites, ita, ut pro medietate sint armigeri, pro parte huzarones.

Prelati.

Item Archiepiscopus Strigoniensis banderia duo,
faciens equites ... ... VIII^c

Item Archiepiscopus Colocensis banderium unum, faciens equites	IIII^c
Item Episcopus Agriensis banderia duo, faciens equites	VIII^c
Item Episcopus Varadiensis banderium unum, faciens equites	VIII^c
Item Episcopus Quinqueecclesiensis banderium unum, faciens equites	IIII^c
Item Episcopus Transilvanensis banderium unum, equites	IIII^c
Item Episcopus Zachgrabiensis *(így)* banderium unum, equites	IIII^c
Item Episcopus Jauriensis equites	II^c
Item Episcopus Vesprimiensis equites	II^c
Item Episcopus Vacyensis equites	II^c
Item Episcopus Chanadiensis equites	I^c
Item Episcopus Syrmiensis equites	L
Item Abbas Pechwaradyensis equites	II^c
Item Abbas Petriwaradini equites	II^c
Item Abbas Zaxardyensis equites	I^c
Item Abbas Sancti Martini equites	II^c
Item Fratres Cartusienses de Lewewld equites	II^c
Item Prior Auranee unum banderium, equites	IIII^c
Item Abbas de Zobor equites	L
Item Episcopus Nitriensis	L
Capitulum Strigoniense capitulare [banderium], equites	II^c
Item Capitulum Agriense equites	II^c
Item Capitulum Jauriense equites	L
Item Capitulum Varadiense equites	II^c
Item Capitulum Transilvaniense equites	II^c
Item Capitulum Quinqueecclesiense equites ...	II^c
Item Capitulum Bachyense	L
Item Prepositus Albensis Maior cum Capitulo suo et Prepositus Minor loci eiusdem equites	I^c
Item Prepositus Demesiensis equites	L
Item Prepositus Tituliensis equites	L

— — — — — — — — — — — — — —

Egy ív papiron, kelet nélkül, de egykorú írás. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár. Hangarica. 1528 jan.—jun. 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

431.

Bártfa, 1528.

Schüstel Farkas levele a kassaiakhoz. Vigasztalja és egyetértésre inti őket.

Goth der himlische vatter durch dasz leyden unnd vordinsthnusz seynes eyngeborn sunesz Jesu Christi beschücze euch unnd bewar vor allem übel amen. Liben herrn unnd brüder. Wie euch Goth durch Christum gesammelth hath, also bith ich durch Christum unsern haylanth, dasz ir ym wolt offern eyn dimutign unnd reysammen geysth, unnd czwischen euch erczeygen christliche brüderliche unnd rechtgeschaffne liebe, abstellen allen grollen, neydt unnd hasz, alsz sich czimdt newgeboren kindern in Christo, übertrag ayner den andern mit worten unnd tath, vorbinth euch in Christo durch dasz banth der rechtgeschaffen lieb, gelaubt stark, dasz euch mein Christus (den ich beken bisz in den toth) ist geboren unnd gestorben, getrawth in yn, wen er isth ewr seligmacher unnd beschüczer, er toth unnd macht lebentig, er schecht unnd macht gesundt, er sucht unnd gewarth dy seynen (alsz Job) durch manicherlay trewbsal, dar durch er sy wil füren in eynem festn glauben unnd czwversicht czw ym, wen er bewerth dy seynen, auff dasz er sy moch finden, als dy seyner genath wirdig seyn; glaubt unnd hofft in yn, wen wo ir nit gedenckt, do wirth er her ausz lassn scheyn dy son seyner gotlichen genath unnd barmherczikayth. Ich wolt ewch (dasz wasz Christus, meyn haylanth) gern helffen mit leyb unnd sel, wo ich nur kondt, wen ewr unfal unnd betrubnusz ist meyn, unnd wen dasz goth wolt, dasz al ewr unglück mocht auff mich geworffen, wen so wolt ichs in Christo von herczn gern tragen; darumb bit ich ewch, liben bruder, handelt an Christo inchig sunder ee, dann yr czẉ sam kumpt, bith Christum unnsern schepper unnd haylanth umb eyn gutten rath, verlasth yn nicht, er wirth ewch in der warhayth nicht verlassen, seyth aynsz iu Christo, wen ewr czwitracht isth auch eyn ursach gewesen, warumb ich Kasschau vorlassen hab neben andern ursachn. Sunder dasz alsz sey nu nichcz. Got durch Christum bewar unnd beschücze ewch, amen.

Wolffgangus Schuster.

Kívül: Den ernreychn vorsichtign Richter unnd herrn mit sampt der ganczn gemeyn, seyne liben herrn unnd brudern czw Kaschau.

Alatta más kézzel: 1528.

Eredetije Kassa város levéltárában, 1365/129. sz. — Közölve ifj. *Kemény Lajos:* A reformáczió Kassán. Kassa, 1891. 52—33. ll.

432.

Znaim, 1529 január 21.

Henckel János Kükelbrecht (vagy Kugelbrecht, magyarosan Kakuk) Mihály kassai biróhoz és Melczer András jegyzőhöz írt levelében részvétét és sajnálkozását fejezi ki bizonyos bajok fölött, mik a kassaiakat érték; azután híreket közöl velök Ferdinánd királyról, Mária királynénak Znaimba való átköltözködéséről, a morvaországi anabaptistákról és saját hogylétéről.

Gratiam et pacem a domino et servatore nostro. Prudentes ac circumspecti domini, domini ac amici mei observandi. Si inter tot et tanta pericula una cum tota familia vestra bene valetis, gauderem plurimum, et si in his vobiscum non fuerim corpore praesens, animus tamen non abfuit; nam nihil hic mihi defuisse possum conquere (így) praeter animi de omnibus vestris anxietatem, adeo, quod maluissem vobiscum magis hoc perpeti, quam inquietudinem hanc quoque tollerare, et si cognovissem ista futura, vix me aliquis a vobis depellere potuisset. Sed gratia Dei audio vos quietiores iam laetioresque. Secundet haec ad nostri omnem expectationem, ut vos tandem iocundos sanosque et triumphantes inveniam. Rex ipse, qui circa festum Lucae in Austria, in festo divae Catherinae Posonii cum proceribus fidelibus Hungariae, festo divi Nicolai in Stiria et Carinthia, in festo vero Circumcisionis Domini in Inspruk Athesi celebravit comitia, nunc profectus est Augustam ad conventum principum Germaniae, divae purificationis Mariae festo celebraturus. Faxit Deus, ut principes ipsi similia faciant, sicut subditi regis facere se obtulerunt; non erit sane dubium, auxilio Dei posse omnibus hostibus christiani nominis resistere et perdita recuperare. Reditus eius in Pannoniam cum parte expeditionis expectatur ad festum Pascae. Nos caristia panis et avenae expulit ex Hungaria, et venimus Moraviam ad Cznam, ubi regina habet arcem et copia est omnium victualium. Hic gratia Dei spero me non gratis tempus deducere. In tantam varietatem fidei populus hic sectus est, ut alias vidi nunquam. Quidam anabaptismum sectantur, alii sacramentarii sunt, corpus Christi in pane negantes, quidam spiritus malos huius temporis sectantur. Ante adventum nostrum tres viri et duae mulieres, quia anabaptismum et alios errores revocare noluerunt, uno rogo conflagrati sunt. Fuerunt fere uno anno carcere detenti, mira obstinatia et constantia ridentes, cantantes, ac invicem osculantes rogum ascenderunt. Cum vero huc venissem, post certos sermones factos multi ab hac haeresi

recessere. Confluit populus huc ad sermones meos a certis miliaribus. Veniunt, et quidem de his primoribus, secreto ad me. Qui primi et doctiores fuerunt in huius (így) secta, nesciunt quandoque quid respondeant, cum eis Scriptura obiciatur, quam spiritu suo se sic doctos esse. Cum Deus optimus me sanum reduxerit, mira de his, quae hic ab eis expertus sum, audietis. Commendavit fidelitatem huius nostrae civitatis hera mea domino nostro fratri suo, me praesente; pollicetur rex ipse gratiam suam illi nunquam defuturam. Id vero, quod ad me attinet, omnia mihi prospere currunt, praeterquam quod mense Decembri podagra fere tribus hebdomadis laborarim. Ipsa hera sollicita medicos mihi misit, qui illam lenirent, sola ex praecipuis suis cibis misit et quandoque sorbilia saniora ipsa per se mihi decoxit et mittendos ad me ordinavit, et ita, ut credo, diutius cibis et potibus pretiosioribus morbum fovit. Interim me ipsum meosque domi tutelae vestrae commendo. Si quid litterarum huc mittere volueritis, mittatis hic illas mihi huc ordinandas. Deus optimus vos omnes cum toto senatu et ipsa ecclesia omni vestra servare et conservare dignetur sua gratia. Ex Cznam XXI. die Januarii Anno domini 1529.

Serenissimae Mariae Reginae Hungariae
et Bohemiae viduae a sacris concionibus,
confessionibus et consiliis
Joannes Henckel,
plebanus Cassoviensis.

Hátlapján: Prudentibus ac Circumspectis Dominis Michaeli Kukelbrahth iudici, ac Andreae notario civitatis Cassoviensis, dominis ac amicis observandis. Cassoviae.

Eredetije a kassai városi levéltárban 19217. — Közölte *Szilágyi* Sándor, Történelmi Tár. 1882-diki évfolyam, 771. és 772-ik lap.

433.

Kolozsvár, 1529 január 27.

Gerendy Miklós erdélyi püspök Szalaházy Tamás egri püspök kir. kanczellárt Erdély helyzetéről, a Ferdinándpártiak gerendi gyüléséről és saját pénzáldozatairól értesíti.

Reverendissime domine mihi observandissime. Post salutem et mea servitia. Quod prius ad alios, et non ad dominationem vestram reverendissimam litteras dedi, in causa fuit, quod eam intelligebamus non esse Budae, et dum has scripsi, etiam non penitus eam

illic esse sciebamus. Quod autem ab aliquanto tempore rariores ex Transsylvania acceperint litteras dominationes vestrae, non mirentur, quia non sine causa iustissimi doloris factum hoc. Equidem ab initio huic rei ita me asvefeci et accommodavi, ut si *vernek* etiam me *vakaravi* iudicem; sed nostri fratres ita stomacanter et ferunt et aperte loquuntur, ut sese ad tanta eorum servitia penitus sperni et a regia Maiestate et dominationibus vestris iudicent. A toto tempore, quod A a nobis discessit, non vel litteram ad nos dedit. In omnibus dietis et conventibus plurimae apud me fratrum meorum querelae sunt depositae, nonnullorum certe cum lacrimis, quos ex officio meo consolatus sum infinitis mendaciis, modo regem advenire, modo gentes eius mentiens. Licet ingenue fateor hoc non me volente factum, et si ex litteris et aliis nunciis nonnullorum non accepissem, nunquam fecissem. Nam tanti ad hunc usque diem me fratres mei fecerunt, ut vera dicentem etiam in omnibus audiverunt; sed quod a toto tempore, quo per Maiestatem regiam missus Caspar Hor[wath] in hoc regnum venit, nihil penitus litterarum vel nuncii accipere digni habiti sint, dici non potest, ut fremebant. Ut in rebus dubiis fit, quisque in eam partem, quam vult, interpretatur. Alii dicunt, verum dicere Johannem vaivodam, quod rex omni curae Hnngaricarum penitus renunciaverit; alii alia, inter caetera, et hoc seniores populi, non pecunias, non alia petimus, verba non meremur. Cum autem secunda Januarii crudelissima morte ab suis sit Radul Transalpinus occisus, omnia ista invalescebant et quisque sibi timebat, cum iam illud regnum penitus ad vaivodam et patrem eius diabolum devolvi timeamus; certo certius praeterea intelligimus, et hoc ex consilio Sapolay, quod tantum, ut ver intepescat, Turcae exspectant, moxque contra nos transvenient unacum Valachis..... Ego haec intelligens inter fratres meos circumferri, ad quartum decimum diem Januarii eos convocavi ad domum meam ad Gherend, potiores eorum, ubi mecum fuerunt domini et fratres mei: Gaspar Horwath vicevaivoda, Nicolaus Apaffy, Marcus Penfflynher, Franciscus Lazar cum duobus suis fratribus, Emericus Balassa, Wolffgangus Bethlen, Blasius Keczety, Johannes et Franciscus Erdely, Ladislaus et Nicolaus Apaffy iunior, Benedictus Thwrÿ etc., Saxonum potiores ex omnibus civitatibus. Dicenda locuti sumus et ex gratia Spiritus Sancti ita omnia conclusimus, ut optavimus, quod est tale: si Kocian propter defectum, ut credimus, husarorum remoratur, dabimus duo milia et quadringentos husarones et, si necesse erit, pixidarios quingentos; si autem ad Lippa attinget, ex Sebes et Lugas addemus equites quingentos et pedites

ducentos, tot enim ibi solvimus. Veniat itaque in nomine Christi, et cito, nam mora omnis est periculosa. Tempore mitiori tot Thurcas et Valachos Johannes habebit, ut non cum particulari exercitu tolli possit, et subito totis viribus in Transsilvaniam intrabit et verendum est, si ita, ut hactenus, res procedent, ne perdamus; amissa recuperare erit difficilius, quam Thurcam cum omnibus viribus in persona profligare. Scit hoc Johannes. Sapienti satis; facite, quod vultis, sed in tempore..... Ego consumpsi totius anni proventus; nisi rex adiuvet, vix cum sex servitoribus vivere potero. Pro sua Maiestate ultra decem milibus bona mea haereditaria impignoravi, subsidium totum in regni defensionem exposui; sic mihi et fratribus meis visum, ut potius regnum maneat quam fructus non diu durabilis, alias enim male stetissemus. — — — — Summa rerum est, reverendissime domine, nisi cito provideatur, imprimis Themeswar, mox alia ac Transsylvania perdentur... Licet nos... prius mori decrevimus, dicimus tamen, quae evenire possint, ut in tempore caveatur. De his omnibus et aliis a dominatione vestra reverendissima ac aliis ita cum nostris fratribus informari rogamus, ut non amplius ignoremus, quid nobis sit faciendum, causa ea, ut scirent nostri fratres ad expeditionem aestatis venturae se apparare; et ut aliquae ipsis gratiae agerentur (nam merentur), bonum esset oratorem mittere. Commisi homini meo, ut non ultra unum diem expectet. Deus servet dominationem vestram reverendissimam diu felicem cum dominis meis reverendissimis domino archiepiscopo, palatino, Thurzone, et aliis omnibus, hisque ut mea servitia commendet et excuset; scripsissem ad eos, sed non locus litteris occultandis est inventus. Ex Coloswar 27. Januarii 1529. Servitor Nicolaus Gherendÿ Transsylvanensis et thesaurarius. Aulici de Themeswar omnes se exituros aperte dicunt.

Kívül: Reverendissimo domino Thomae Zalahazy episcopo Agriensi, cancellario ac supremo consiliario regiae Maiestatis, domino observandissimo.

Eredetije a bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár Hungarica osztályában. — Egész terjedelmében közölve: Archiv des Vereines für Siebenbürgische Landeskunde, Neue Folge. XXVI. (1895.) 630—634. l.

434.

Gyulafehérvár, 1529 február 1.

Tordai Pál hunyadi főesperes, általános püspöki helytartó, a gúnyiratok szerzőit és terjesztőit az egyházból való kizárással fenyegeti.

Quidam maligni spiritus consilio repleti contra nonnullos integri status et conditionis viros libellos famosos et carmina famosa atque chartas clanculo edere et ita tales scriptis ipsorum infamare dampnabiliter soliti sunt et ex asveta et usitata ipsorum iniquitate letantur, dum viderint se malefecisse et proximum usque ad cor in honore, vita et bona fama vulnerasse. Proh dolor, tales qui semper in malo versantur, hanc miseram agere vitam. Heu quam horrendam sentient penam, qui alios ledere et ita graviter infamare non formidant! Quicunque igitur tales sunt, qui hoc agere presumpserint, vel consensum tante iniquitati prestiterint et verba contumeliosa con[stru]xerint, ex sancta diffinitione, quam Gregorius in concilio Elibertano ex Dei et Domini nostri Jesu Christi spiritu [. . . .]nte diffinivit, eiusdem domini nostri Jesu Christi corporis et sanguinis participatione sunt privati ipso facto, preterea sanct[...], ut si quis tanti mali conscius et prohibitus corpus et sanguinem domini percipere presumpserit, talis utcunque anathe[.... ....]one percutiatur, et ut fallax et pestifer a sancte ecclesie corpore sit divisus. Preterea autem, ut multa alia annu[...]rem[.. ...]esque tales, qui ex pravo concepto mala operantur, certificaremus: singuli canonice institutum esse cred[.....] quod si quis famosum libellum, item carmina famosa et cartulas sive domi, sive publico, sive in quocunque loco rep[.......]at prius quam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum, quandoquidem si cartulas, libellumque famosum et carmina famosa non statim corruperit, vel igne combusserit, sed [...]m earum dolose manifestaverit, sciat se quilibet quasi auctorem huiusmodi delicti. Ut igitur cuncti premissa de iure instituta sciant et ut honor debitus omnibus eque servetur: Nos Paulus de Thorda archidiaconus Hunyadiensis, canonicusque, vicarius ecclesie Albensis Transsylvane in spiritualibus et causarum auditor generalis etc. generaliter omnes et singulos cuiusvis status et conditionis homines primo, secundo et tertio ac peremptorie requirimus et monemus, eisque nichilominus sub excommunicationis sententie pena firmissime precipiendo committimus et mandamus, quatinus ipsi a tali dampnabili presumptione formandorum libellorum famosorum desistere et omnino cessare ac se ipsos cum

auxilio divino ad ea, que salutis sunt, comparare et in hiis, que ad decorem Dei instituta sunt, exercitare debeant et teneantur. Si quis autem zelo amoris et non ex livore proximorum delinquentes corrigere voluerit, exequatur officium suum iuxta Evangelicum preceptum et Apostoli dictum vel alioquin contra tales, quos criminosos scit et novit, accusationem suam coram nobis prosequatur, ad que proponenda tales omnes singulos auctores libellorum famosorum bis peremptorie citamus, quatinus ipsi sexto die datarum presentium coram nobis ad proponenda ea, que ex delicto alicuius conceperunt, et que vera, publica et probabilia sunt saltem ex realibus evidentiis, comparere talesque, quos turpiter infamaverunt, canonice accusare debeant et teneantur. Nam alioquin nos tales generaliter, si nomina eorundem occulta erunt, alioquin specie et nominatim, ip[..] vero generalitatem ad specialitatem redactam declaramus, ipso termino instante servatisque servandis publice excommunicare et excommunicatos denunciare non ommittemus. Talium malicia [et] iniquitate id[. . . . .
. . . .]
Ubi se suo sonoro seu patulo preconio publicab [...] committentes, nequis eosdem [.....] removere seu deponere audeat sine licentia nostra speciali, sub prefata excommunicationis pena. Datum Albe Transsylvane die Lune, que fuit prima mensis Februarii anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Eredetije az Erd. Muz. Kézirattárában a gróf Kemény József levélgyüjt. 1-ső kötetében, papiron, igen rongált állapotban, (a kipontozott helyek kiszakadtak) belső viaszpecsét nyomaival.

Közli: Bunyitay Vincze.

435.

Róma, 1529 február 4.

VII. Kelemen pápa Várday Pál Szent-Zsigmond egyházának prépostját és választott esztergomi érseket a László esztergomi érsek elhaltával megürült érseki székre, tiltakozván minden másunnan jövő beavatkozás ellen, kinevezi.

Clemens Episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio Paulo Electo Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem. Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinem suscipiunt universa, in apostolice dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici

favoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos convenit, quos propriis carere Pastoribus intuemur, ut eis iuxta eorum numerum Pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informent ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem bone memorie Ladislao, Archiepiscopo Strigoniensi, regimini ecclesie Strigoniensis presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam residere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus canonice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia Strigoniensi per obitum eiusdem Ladislai Archiepiscopi, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, Pastoris regimine destituta, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie Strigoniensis celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa Strigoniensis longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie Strigoniensi personam utilem et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus, diligentem: demum ad te, Prepositum ecclesiae Sancti Sigismundi Vesprimiensis diocesis, cui apud nos de litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie Strigoniensi de fratrum eorundem consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi praeficimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesiae Strigoniensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in illo, qui dat gratias et elargitur premia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos prefata ecclesia Strigoniensis sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod ecclesia ipsa

Strigoniensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eternae retributionis premium, nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vicesimo octavo,[1] pridie Nonas Februarii, pontificatus nostri anno sexto.

F. Branconius. *B. Motta.*

Hátán más, de egykorú kéztől: Bulla principalis Pauli de Warda Archiepiscopi Strigoniensis.

Hártya, kenderzsinóron függő ólompecséttel. — *Esztergomi prímási levéltár: XII. 82.*

Közli: Bunyitay Vincze.

436.

Róma, 1529 február 4.

VII. Kelemen pápa Várday Pálnak a Sbardellati János András útján kért palliumot megadja és az egri és nyitrai püspököknek meghagyja, hogy tőle a szokásos esküt kivegyék.

Clemens Episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Agriensi et Nitriensi Episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte dilecti filii Pauli Electi Strigoniensis per dilectum filium Johannem Andream de Sbardellatis sacri palatii et aule Lateranensis comitem, nuncium suum fuerit a nobis cum ea, qua decuit, instantia postulatum: nos ipsius precibus annuentes, pallium ipsum, de corpore Beati Petri sumptum, per vestrum alterum assignandum eidem secundum formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus introclusam, per prefatum Johannem Andream duximus destinandum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum pallium ipsum iuxta praedictam formam sibi assignare curetis et ab ipso nostro et ecclesiae Romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiatis seu alter vestrum recipiat iuramentum. Formam autem iuramenti, quod dictus Electus prestabit, nobis de verbo ad verbum per eius patentes

[1] Flórenczi évszámítás szerint, melynél a jan. 1. és márcz. 25. közti időjelölést egy évvel mindig többnek kell venni. V. ö. *Knauz,* Kortan 89. l.

litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare curetis. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vicesimo octavo,[1] pridie Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

F. Branconius. *B. Motta.*

Hártya, kenderzsinóron függő ólompecséttel. — *Esztergomi primási levéltár: XII. 82.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

437.

Róma, 1529 február 9.

VII. Kelemen pápa felhívja Magyarország királyát, hogy Sbardellati Ágostont, kinek az esztergomi székesegyház Mária-kápolnáját Siénai Fülöp lemondása után adományozta, e kápolna békés birtoklásához segítse.

Charissimo in Christo filio nostro... Regi Hungariae Illustri. Clemens PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nuper capella B. Virginis sita ad latus ecclesiae Strigoniensis per liberam resignationem dilecti filii Philippi de Senis, camerae nostrae apostolicae clerici et decani, in manibus nostris sponte factam et per nos admissam vacante: nos illam sic vacantem dilecto filio Johanni Augustino de Sbardellatis clerico Strigoniensi contulimus et de illa etiam providimus, prout in nostris desuper confectis litteris plenius continetur. Cupientes igitur, ut collatio et provisio supradicta suum, ut par est, sortiatur effectum, Maiestatem tuam hortamur, ut pro tua erga nos et hanc Sanctam Sedem devotione opem et operam efficacem adhibere dignetur, ut idem Johannes dictae capellae possessionem pacifice assequi possit: in quo Maiestas tua rem se dignam ac Deo acceptam, nobis vero plurimum gratam faciet. Datum Romae etc. die IX. Februarii MDXXIX. Pontificatus nostri anno sexto.

Eodem modo Archiepiscopo Strigoniensi.

Theiner, Vetera monumenta Slavor. meridionalium hist. illustr. I. 601.

[1] L. az előbbi jegyzetet.

438.

Róma, 1529 február 9.

VII. Kelemen pápa megengedi Siénai Fülöpnek, hogy az esztergomi káptalan ellen jogával élhessen.

Dilecto filio Philippo de Senis.

Clemens PP. VII. Dilecte fili, salutem etc. Licet alias dilectis filiis, capitulo ecclesiae Strigoniensis, postquam contra eos super capella B. Virginis, sita ad latus dictae ecclesiae, tres conformes diffinitivas sententias in Romana curia coram certis palatii apostolici causarum auditoribus litigando, cum fructuum et expensarum condemnatione reportasses, super fructibus et expensis huiusmodi cum eisdem concordavimus, et in observantiam dictae concordiae eos excommunicationis sententia innodari et pro talibus publicari obtinueras, ac clarae mem. Ludovici Hungariae regis supplicationibus et ex certis aliis rationabilibus causis tunc expressis, ab huiusmodi excommunicationis sententia ad beneplacitum nostrum absolvimus, sperantes eos concordiam huiusmodi adimplere: quia tamen, ut nobis nuper exponi fecisti, capitulum et canonici post huiusmodi absolutionem per triennium concordiam ipsam implere distulerunt, prout differunt, et tibi satisfacere aut tecum concordare non curant, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi in praemissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, beneplacitum nostrum praefatum et absolutionem ad illud factam huiusmodi penitus revocamus, tibique concedimus, ut iure tuo contra capitulum et canonicos praefatos libere utaris in omnibus et per omnia, perinde acsi absolutio ad beneplacitum nostrum huiusmodi eis nunquam concessa fuisset. Non obstante absolutione praedicta, cuius tenorem praesentibus haberi volumus pro expresso, ceterisque contrariis quibuscunqne. Datum Romae etc. die IX. Februarii MDXXIX. Pontificatus nostri anno sexto.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 601.

439.

1529 február 11.

Említés Tardy Mihály pécsi főesperes-kanonokról.

1529. 11. febr. occurrit «magister Michael Thardy archidiaconus et canonicus Quinqueecclesiensis» missus a Steph. Brodarich

ad Franciscum de Bachia praepositum Scepusiensem (a Joanne rege nominatum).

Bécsi cs. és kir. házi és állami lt. Hung. 1529 febr. 14.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

440.

Róma, 1529 február 13.

VII. Kelemen pápa az esztergomi érseket Rómában teendő hivatalos látogatások kötelezettsége alól fölmenti.

Venerabili fratri Simoni Archiepiscopo Strigoniensi.

Clemens PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Meruit devotionis tuae probata sinceritas, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est, quod nos, ne ratione ecclesiae Strigoniensis, cui praeesse dinosceris, ad Apostolicam Sedem accedere aut ad illam propterea nuncios tuos transmittere cogaris, tuis cupientes parcere laboribus et expensis, fraternitati tuae, ut tu pro rebus tuis necessariis, dumtaxat ratione Strigoniensis ecclesiae praedictae, quando illi praefueris, per te vel procuratores seu nuncios tuos limina beatorum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe visitare, aut alias ad Romanam Ecclesiam seu Sedem praefatam te conferre minime tenearis, nec ad id a quoquam, etiam praetextu quarumcunque constitutionum et ordinationum apostolicarum intuitu compelli possis, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, non obstantibus constitutionibus etc. Datum Romae etc. die XIII. Februarii MDXXIX. Pontificatus nostri anno sexto.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium I. 601.

441.

Szász-Régen, 1529 február 13.

Woll Péter szászrégeni plebános, fődékán, értesíti Thonhäuser Péter nagycsűri plebánost, szebeni dékánt, hogy a Gerendy Miklós erdélyi püspök és kincstartó által 1529 jan. 21-én Gerenden tartott erdélyi gyűlésen, az összes erdélyi papságra 100 katona kiállítása rovatott.

Petrus Vol decretorum doctor, plebanus Reginius, decanus generalis, egregio ac venerabili magistro Petro Tonhuser, plebano in Horreo maiori, decano Cibiniensi S. D. Nuper cum fuissem vocatus cum uno fratre per dominum nostrum Rmum Nicolaum de

Gerend, episcopum electum ecclesiae Albensis, thesaurarium regiae Maiestatis, pro festo S. Agnetis ad locum Gerend, ubi erant comitia trium nationum huius nostrae patriae Transilvaniae, indicti sunt toti clero Transilvanico 100 milites pro uno mense, pro defensione et tuitione huius nostrae patriae, ita ut illa pecunia colligatur per omnes decanos et in promptu sit parata, ut dum et quando necessitas ingruerit et tres nationes huius patriae contra hostem se movebunt, tunc et nos cum nostra pecunia simus parati. Quare de consilio et voluntate universitatis nostrae Albensis dioeceseos dignitati vestrae aviso, ut dignitas vestra pro sua rata, hoc est de duobus decanatibus, seu duabus partibus octo partium, pro huiusmodi taxa nobis, sicut praemittitur, inflicta respondeant, nos vero, ut semper soliti fuimus, de quinque partibus respondebimus. Et ne dignitas vestra cum suis fratribus inposterum aliquam excusationem nescientiae super huiusmodi re et huiusmodi taxa, clero Transilvanico inflicta, habeant, praesentibus vestram dignitatem cum suis fratribus avisare volui; et quia decani de medio decanatu, vobis per universitatem nostram relaxato, ingrati fuerunt, voluerunt fratres mei, ut antiqua ista consuetudo in hoc deinceps observetur. Valete. Datum in Reguino feria 2. post Dominicam Invocavit. A. D. 1529.

Szeredai Antal, Series antiquorum et recentiorum Episcoporum Transilvaniae. A.-Carolinae, 1790. 191—192. *Pray*, Hierarch. II. 275. *Katona*, XX. 439.

442.

Nagy-Szeben, 1529 február 18.

A szerzeteseket kiutasítják Nagy-Szebenből.

1529. 18. Febr. monachi in 8 diebus Cibinium exire iussi.

Mildt János szebeni jegyző egykorú följegyzése. — Archiv d. Vereins für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. XV. 58. l.[1]

[1] Ugyanerről *Oltard* (Concio solennis et extraordinaria, complectens initia et progressum reformationis primae ecclesiarum saxonicarum in sede Cibiniensi in Transilvania constitutarum. Cibinii 1650. 44—46. l.): «Nimbt der Glaube allhie bey vns so gewaltig zu, dasz ... Anno 1529. den 18. Februarij den Mönchen vnd Pfaffen von einem gesambleten Ehrsamen, Wolweisen Rath vnd Hundertmanschafft, Acht Tage gesetzt vnd bestimpt werden, in welchen sie das Küeh Fenster suchen vnd mit dem, was sie bey sich mit tragen vnd mit nehmen könnten, sicher zur Stadt hinausz packen vnd machen solten, wo sie nicht abfallen vnd dem Bapsthumb vrlaub geben wolten. Von einer gewissen warhafftigen und vor-

443.

Bázel, 1529 február 26.

Erasmus Roterodamus levele Henckel Jánoshoz.

Küldi «Vidua Christiana» czímű dolgozatát, melyet Henckel kérésére írt és Mária királynénak ajánlott. «Feci quod volebas, licet animo reluctante, quod argumentum nec simplex esset, nec sibi satis constans. Tum exemplar viduae parum congruit illi, quae, uti coniecto, matrimonio servatur, nec consolatio tam felicis foeminae videbatur suscipienda, praesertim iam sera. Itaque miscuimus argumenta, nescio quam feliciter. Id enim tui fuerit iudicii. Nunc tuae partes erunt nostrum obsequium Seren. reginae commendare,

nehmen Person (lapszélen: Ex ore Charissimi Dni parentis Johann. Oltardi Past. Cibin.) habe ichs in der Jugendt zu unterschiedlichen mahlen gehőret, dasz sich ein solches Wunder dabey begeben und zugetragen hette: Nemblich des Lutheri Psalterbüchlein, so neben andern guten Büchern auffm Marck bey der Feddel (oder Cyppo) kurtz zuvor hat sollen vom Hencker aus befehl des Vicarij oder Commissarij Regis & Archiepiscopi Strigoniensis verbrennet und zu Aschen gemacht werden, hat sich aus dem Fewer all brennend erhoben und dem Vicario oder Commissario, so unterdessen seine Processionem solennem auffm Friedhoff sampt seinem andern geschmeisse gehalten, auff den Kopff geflogen, daselb so lang, wider alles angreiffen und herunter reissen, unbeweglich verharret, bisz es denselben gantz verbrennet, dasz er aller ohnmächtig für todt nidergefallen und den dritten Tag darnach in den Nobis Krug ad Reverendos Patres gefahren und den Geist auffgegeben, darauff sich widerumb erhoben, ins Fewer geflogen, und sampt den andern Büchern verbronnen. Ist dem also, wie es wol seyn kan, denn Gott ist noch heut zu tage so kräfftig und mächtig in seinen Wercken, als er vor zwey, drey oder mehr Tausendt Jahren gewesen: so ists freylich ein grosses und scheinbahres Wunder gewesen, hat auch noch wol einen Ehrenvesten, Ehrsamen Wolweisen Rath und Hundertmanschafft zu solchem Schlusz und Decret Vrsach und Anlasz geben können. Gnug ist dasz so balde dieser Schlusz zu Rathause gemacht vnd publicieret worden, haben der meiste theyl der Mönche vnd Pfaffen auch nicht des dritten, geschweig des achten Tages erwartet, sondern mit den besten Sachen, so sie mit haben nehmen können, in schneller eyl sich zur Stadt hinaus begeben vnd gemachet, unnd ist ihnen gleich zum Viatico, das ist statlichen Ritter und Zehr Pfennig, nachfolgende Pasquill noch zu guter letzt mit gegeben und zum besten angeschlagen worden, wie wol die Verse nicht gar gut und recht sind:

Ite pingves Monachi, praebendis pingvibus pleni,
Luxuriati estis, donec ejecti estis.
Quid nunc cuculla, qui prodest praesulis bulla,
Cum Lutherani fratres contemnant candidos patres.
Veritas lucescit, Papismus iamque vilescit,
Coguntur sancti Patres manere domi.

qui huc perpulisti . . . Datum Basileae quarto Calend. Martias. M. D. XXIX.»[1]

Desid. Erasm. Roterod. Operum tertius tomus. 764. l. — Egész terjedelmében lenyomatva *Frankl,* Henckel János stb. 23—24. ll.

444.

Kézsmárk, 1529 február ius 28.

Szepes vármegye felhívja a szepességi plebánosokat, hogy a megye védelmére szükséges zsoldosok fogadására 50 forinttal adózzanak.

Universitas nobilium terrae Scepusiensis. Venerabiles domini, amici et fratres nobis honorandi, post nostri commendationem. Potuerunt vestrae dominationes audivisse, quae huic miserae provinciae inferuntur iniuriae, damna et depraedationes, quae nos pro viribus nostris depellere, arcere et prohibere et hanc tam miseram distractamque rempublicam ab incursionibus hostilibus eripere et liberare satagimus, inter nos aliquam certam summam pecuniae contribuentes, qua homines seu stipendiarios conducere et ad confinia ipsius provinciae mittere proposuimus. Quocirca dominationes vestras petimus, tanquam huius provinciae pastores animarum, patresque et amicos nostros honorandos, velint ad tam ultimam et communem necessitatem auxilio vestro adesse et in medium nostri ad dominicam Laetare[2] ad manus domini Varkots florenos 50 contribuere, quibus maiorem quam poterimus numerum equitum et peditum conducemus. Valeant dominationes vestrae felices, et ex hoc vos nolite eximere. Datum ex congregatione nostra generali, ex Kesmark, in dominica Oculi, anno 1529. — Praesentes autem post earundem lecturam fratri sibi vicino dari et dirigi optamus.

Wagner, Analecta Scepus. II. 201. *Katona,* XX. 441.

[1] A mű Mária királynéhoz intézett zárósorai így hangzanak: «Ut hunc libellum tibi nuncuparem, nec semel nec frigide per litteras hortatus est singulari pietate vir Johannes Henckelius, cuius egregiam industriam praedicandi veritatem evangelicam alit tua benignitas. Quod si ille non dedit verba, operam hanc nostram, etsi tibi non necessariam, aliis tamen non infrugiferam futuram, comiter accipies. Extrema linea fuerit studii, veniam impetrasse, quam sane triplici colore flagitabimus. Feci iussus, feci pro viribus, feci bono animo». *Frankl,* id. m. 10. l.

[2] Márczius 7.

445.

1529 márczius 7.

Burgo András Ferdinánd királyhoz intézett levelében azt írja, hogy többen arról tanácskozván, mikép lehetne a pénz hiányán segíteni, némelyek a dézmák szedését, mások a búcsúk hirdetését hozták javaslatba, míg mások azt indítványozták, hogy a pápa engedje meg a javadalmak jövedelmeinek bizonyos összegig való eladását, vagy az annaták szedése engedtetnék át a királynak.

Ex litteris Andree [de Burgo[1] an K. Ferdinand I.] de VII. Martii 1529.

— — — — — — — — — — — — — — —

Dixit [Balbus] habitos esse sermones de imponendis decimis in dominiis Maiestatis Regie et de indulgentiis; aliquos tamen dixisse: cum indulgentiis hoc tempore parum esse operandum, et de decimis quoque. In fine tamen aliquos proposuisse: non esse aliud remedium iuvandi Maiestatem Regiam, nisi quod Pontifex concedat, ut in dominiis Maiestatis Regie venderentur ad aliquam summam redditus ordinarii, idque concessum esse Imperatori in Neapoli et alibi in Italia et etiam a iure datum pro defensione fidei. Alia media nulla esse dixit Balbus, et ita fuisse consultum Pontifici et Collegio. Propositum fuit et aliud medium, quamvis parvum: quod pecunie de annatis beneficiorum vacantium in Regno Hungarie darentur Maiestati Regie et quod iam facta sit compositio de 6000 ducat. de tribus episcopatibus ad terminum trium annorum, tamen quod Regia [Maiestas] posset illa citius habere. Item quod vacant circa decem episcopatus in Hungaria, de quibus adhuc non sit facta compositio, et quod Pontifex posset etiam hec concedere Maiestati Regie, que esset summa forte 40 millia ducatorum.

Maius titkár írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Correspond. I. 1529. 5.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Ez a név Horváth M. s mások műveiben Burgio alakban fordul elő, de a császári levéltár eredeti irataiban s magának Burgónak aláírásaiban is Burgus vagy Burgo.

446.

Somogyvár, 1529 márczius 15.

«In domo plebanatus beati Petri apostoli a tergo monasterii sancti Egidij de Simigio fundati diocesis spiritualis Strigoniensis» — Máté zseliz-szentjakabi apát öregsége és vaksága miatt «nolensque... abbatiam ipsam ad manus secularium vel etiam alicuius religiosi, tamen non idonei et sufficientis devenire», Pécsváradi Lászlót «professum dicti monasterii sancti Jacobi, ad presens vero priorem et custodem conventus dicti monasterii sancti Egidii» Mihály somogyvári apát, György miséspap és a Szent-László-kápolna igazgatója, Ellyesÿ János miséspap, az említett Szent-Péter-egyház káplánja, továbbá Gamási Deák Mihály, Ellÿewelg-i Foris Miklós és Zathai Mihály nemesek előtt «magr. Johannes de Zatha, canonicus Albensis, plebanus et notarius conventus Simigiensis, natus quondam Petri mercatoris de eadem Zatha dioc. Quinqueecclesiensis» pápai közjegyző jelenlétében utódjává és segédjévé választja.

Mattheus abbas monasterii s. Jacobi de Silisio senectute et coecitate oculorum gravatus Ladislaum de Pechwaradino in suum successorem deligit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 45. l. A.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

447.

1529 márczius.

Ferdinánd király tudtára adván a pannonhalmi apátnak, hogy a bécsi püspökségre kivetett 300 rh. forintnyi díjösszeg fizetését a szentmártoni monostor jövedelmeire tette át, meghagyja, hogy ez összeget az illető díjazottnak rendesen kiszolgáltassa.

Ferdinandus etc. Reverende etc. Cum alias pensio trecentorum florenorum Rhenensium Venerabili N. super fructibus et obventionibus episcopatus Viennensis assignata et aliquamdiu soluta fuerit, nunc vero propter decimarum aliorumque dicti episcopatus proventuum attenuationem, que presentium temporum iniuria ac novarum heresum malitia incepit, nedum amplius non solvi aut porrigi valeat, sed et ipsi episcopo vix supersit, unde se sustinere et iuxta dignitatis episcopalis statum necessario vivere possit, nos ideo volentes utriusque partis indemnitati consulere, ita quod episcopus ille pensionis illius onere liberetur et nihilominus prefatus de assignatione eiusdem certus sit et securus, eandem in proventus et introitus monasterii tui S^ti^ Martini transtulimus, sicut ex prioribus nostris etiam clarius intellexisti; eapropter tibi seriose committimus, ut dictam pensionem in te assumas, eamque singulis deinceps temporibus et terminis in copia annexa descriptis pre-

fato, vel procuratori suo legitimo integre, realiter et cum effectu satisfacias, in eoque te, vt decet, pro nobis obedientem et promptum exhibeas. Secus minime facturus. Datum.

Legfelül: Abbati S[t] Martini.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. III. 83.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

448.

Lippa, 1529 április 2.

János király kéri VII. Kelemen pápát, engedje meg gróf Frangepán Ferencznek, a ferenczrendűek római provincziája miniszterének, hogy szerzetes állása ellenére az ország szolgálatában nála maradhasson.

Sanctissimo in Christo Patri et domino, domino Clementi Septimo divina providentia Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino meo Clementissimo.

Beatissime Pater, domine michi clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis vestre beatorum. Supplicaveram Vestre Sanctitati adhuc eo tempore, quo Illa reverendum ac religiosum fratrem Franciscum comitem de Frangepanibus, tunc ministrum provincie Romane, ad me miserat, ut ei iuberet sua authoritate apostolica, ut non obstante regulari professione apud me in obsequiis huius miserrimi mei regni, talibus personis maxime indigentis, et in obsequiis christiane reipublice remaneret. Intellexi ex litteris oratoris mei, quem Venetiis habeo, id vestram Sanctitatem benigne annuisse. Sed cum littere non fuissent super hoc expedite, misi superiori autumno cum pro hoc, tum pro aliis negociis meis ad Vestram Sanctitatem peculiarem oratorem meum magnificum Hannibalem de Cartagine Ciprium, consiliarium meum (de quo nihil in hunc diem intelligere potui), per quem non dubito Sanctitatem Vestram optatis in hac parte meis pro sua benignitate satisfecisse et litteras huiusmodi per eum ad me esse remissas. Verum quia circa festum Penthecostem proxime venturum intelligo fratres ordinis s. Francisci, de qua religione prefatus frater Franciscus est, conventum eorum generalem, quem ipsi capitulum vocant, Parme habituros: ideo supplico Vestre Sanctitati, dignetur suum breve ad huiusmodi capitulum mittere, in quo Vestra Sanctitas suam de dicto fratre Francisco comite declaret voluntatem, qua eum mecum in obse-

quiis huius mei regni et totius reipublice christiane esse voluerit. Hoc est, quod a Vestra Sanctitate maximis precibus oro et exposco: Cui me uti filium obsequentissimum humiliter commendo. Vestram Sanctitatem Deus optimus maximus conservet felicem et sanam ad incrementum et augmentum ecclesie sue sancte. Ex civitate nostra Lyppa secunda die Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Nono, Regnorum vero meorum Anno Tercio.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

Devotus filius
Joannes Rex Hungarie,
manupp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium I. 602.

449.

Kalocsa, 1529 április 11.

Pósa István értesíti Mihály kalocsai préposlot, hogy a törökök a ráczokkal együtt a Duna és Tisza közti területet irtóztatóan pusztították, sok ezer lakost rablánczokra fűztek s már vidéküket is fenyegetik.

Post obsequiorum meorum humilimam commendacionem. Reverende domine et patrone mihi confidentissime. Nova, que pro nunc evenerunt huic miserabili regno, et precipue inter Tisciam et Danubium, hec sunt: nam Turci simul cum Rascianis feria quinta proxima post festum beati Ambrosii episcopi et confessoris de istis possessionibus videlicet Zenthymre, Thethethlen, Vathkerth, Kyskeres et aliis locis, que adhuc ignorantur, infinitas animas simul cum pecoribus et equis liberis (?) abduxerunt, quod homo linguis explicare non potest. Videat igitur rev^{da} dom^{o} vra, quid nobis sit iam faciendum; nam homines preter nos et iobagiones nostros, qui hic prope nos stant, in partibus istis nullibi reperiuntur. Timendum est igitur, ne et nobis propediem ita eveniat, sicuti illis, qui nunc per prefatos Turcos interfecti et vivi abducti sunt. Mira res est profecto, quod Magnatibus hucusque nulla cura fuit de istis partibus inferioribus. Ignoramus iam, quo caput nostrum flectamus. Expectamus tantummodo (quod Deus avertat) die noctuque perniciem nostram; alia non occurrunt. Valeat eadem feliciter ad multos annos. Colocsie in dominica Misericordia Anno dom. 1529.

E. V. R. D.

deditissimus servitor et capellanus magister
Stephanus Posa.

Kívül : Reverendo domino Michaeli, Domino Preposito et Canonico ecclesie Colocsensis, Domino et patrono suo confidentissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, egészen egy kéz írása, zárlatán barna viaszpecsét maradványával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1529. IV. 57.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

450.

Esztergom, 1529 április 11.

A pilisi apát és a budai apáczák jobbágyainak jelentése egy kissingi végrehajtásnál.

... Item providis Ambrosio Byro in Bekasmegyer et Gregorio litterato iobagionibus ... fratris Johannis Abbatis de Pylysyo in Kaloz, ... commorantibus ... item Urbano Zalay religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteri Buda et Luca Byro iobagionibus religiosorum dominarum Beginarum Bude ante claustrum religiosorum fratrum ordinis s. Francisci de observantia degentium ... in Bekasmegyer .. commorantibus.

Magyar Történelmi Tár. XII. kötet. 105.

451.

Buda, 1529 április 12.

Mihály kalocsai prépost panaszt emelvén az országos kincstári kamara ellen, hogy a kalocsai kastély és egyház védelmére kiadott királyi parancsokat nem teljesíti, kéri a királyt, hogy ama veszélyeztetett helyek védelmére erősebb intézkedéseket tegyen.

Serenissime princeps et domine domine mihi graciosissime. Post humilem ac devotam meorum obsequiorum commendationem. Superiori anno, dum Mattas V^ra^ Posonii constituebatur, abundantissime declaraveram calamitatem, quam districtus Sarkewz vernacula lingua vocatus, ad festum ss. Simonis et Jude apostolorum per Thurcas acceperat. Declaraveram insuper castellum et ecclesiam Colocensem natura loci ita esse munitas, ut si hostis illo penetraverit, minimo negotio munitiones illas adeo firmare poterit, ut de illis non sine gravissimis sudoribus et expensis exturbaretur. Responsionem et relationem tunc a Matte V^ra^ gratiosas habueram ac eam ultimi sui consilii deliberatam sententiam, quod domini camerarii per id tempus, quo Mattas Vestra de suis regnis superioribus in Hungariam descenderet, viginti quinque pedites pro defensione castelli et ecclesie tenerent, pulveres etiam et alia

necessaria suppeditarent. Quos quum vidissem id non ita curare, ut par erat, Matti Vestre totam rem ex serie copiose perscripseram; verum antequam litteras Maiestatis Vestre responsivas accepissem, iidem domini camerarii ad mandatum Mattis Vestre et tandem ad importunas meas preces assignaverant ad manus meas pro conservatione peditum florenos centum, cum qua summa non viginti quinque pedites, quemadmodum Mattas V[ra] decreverat, sed et XVIII pedites his duobus ac medio mensibus, proxime preteritis, egre tenere potui. Hodie rursus eisdem dominis camerariis pro ampliori subsidio petendo, ut saltem duodecim pedites in eisdem munitionibus tenerent, supplicavi. Qui unanimi voto responderunt, se nihil pecuniarum de proventibus Mattis Vestre penes se habere. Hec michi Ser[me] princeps per eosdem dominos camerarios hodierna die durissima finalisque relatio data est. De pulveribus autem post recessum Mattis V[re] nulla penitus provisio facta est, preter illum centenarium, qui pro eiaculacione bombarde maioris datus fuerat. Hactenus locum illum, vbi Colochia sita est, salvum et incolumem conservavi, amodo tamen ac deinceps (cum venia Mattis Vestre dictum sit) testatum apud eandem presentibus relinquo: quod si castellum et ecclesia ad hostium manus venerint, id quod nollem, non mea culpa vel negligentia fiet, sed eorum, qui debuerant parere mandatis Mattis Vestre, et non paruerunt, vel propter pecuniarum defectum vel alia quacunque ex causa. Nunc enim munitiones ille exiguis impensis servari possent, que postea, si in hostium manus inciderint, non minori negocio tandem illinc hostes excludentur.

Joannes Scepusianus sive concedat ad Zalonkemen, ut fama fert, sive grassetur in meditullio regni Mattis Vestre, ut hac tota hyeme, tamen propter captivitatem illius scelerati Luce Literati minitatur accerrimum exitium capiti meo. Quare supplico humillime Maiestati Vestre, dignetur eadem pro sua singulari providentia de custodia castelli illius et ecclesie eam habere curam, ne ille quomodo ad manus hostium veniant, vel forsitan ad manus Johannine factionis. Ego namque iam totaliter exutus omnibus proventibus longe plus per Rascianos quam per Thurcas, diutius illarum munitionum defensioni invigilare nequeo. Feci, quod extremum potui, deinceps nihil est, facere quod valeam. Fratres etiam mei canonici, quos hucusque fiducia litterarum Mattis Vestre oblectavi potius quam alui, extrema miseria laborantes, coguntur locum deserere, eoque proficisci, vbi saltem quotidiano pane vitam miseram ducere valeant. Non enim in istis dominis camerariis video, quę mihi spes sita sit. Cogitet Mattas Vestra et ponat ante oculos

suos gratiosos, quod Colochia a Pesth nonnisi tredecim miliaribus distat, ab Alba Regali, ubi Mattas V^ra^ coronam felicissime suscepit, milliaribus novem. Iam infra Colochiam ulla Christianitas. Litteras vero Mattis Vestre in Insprvk datas dominis camerariis presentavi, sed apud dominationas suas, vigore earundem nihil in hunc usque diem obtinere potui. Expecto igitur a Matte Vestra super premissis gratiosam relacionem Quam tandem altissimus Deus conservet ad sua vota, regnorum quoque suorum defensionem semper felicem. Ex Buda feria secunda post dominicam Misericordia Domini Anno salutis Millesimo Quingentesimo vigesimo nono.

V^re^ Sacre Mattis fidelis et obsequentissimus Capellanus

Michael,

Prepositus Colocsensis.

Egy mellékelt szelet papiron:

Cum has obsignassem, venit constans fama, quod Turci penetrassent supra Colocsiam tribus miliaribus versus civitatem Pesthyensem, qui et magnam multitudinem christianorum et pecorum cum alis rebus abduxissent. Jam Colocsia prima ipsis preda obvia est. Hecsunt ultime littere, S^me^ princeps, quas Mattas V^ra^ de conservatione castelli et ecclesie Coloczensis a me suo fideli capellano accipiet. Non video modum, quo pedites illic absque solutione pecuniaria servari possent.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Dei gratia Hungarie et Bohemie Regi etc. Domino suo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, egészen egy kéz írása, zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. IV. 60.*

Közli: BUNYITAY VINCZE

452.

Sopron, 1529 április 14.

Kivonat a soproni Szent-György-egyház 1528-ik évi számadásából.

«Sannd Georgen Khirchen-Register in Lasla Riemer seligen verwaltung geschribn und auf Bevelh der Herrnn von Odenburg Georgen Schmid als nachgesetzten Khirchmaister mitsst den erpauten Wein uberantwurt am phintztag vor Jubilate anno 29».

«Was ich hab ausgeben auff Sandt Jorgen Kirchen in 28 Jar.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item czw den Oster umb wagks czw den stögk körtzen geben LVI den.

Item an Sandt Jorger Tag dem Schwellmaister und sthudenntn vyr essen und trynken IIII patzer

— — — — — — — — — — — — — — —

Item von dem ambt, das man alle pfincztag pey Sandt Jorgen syngt, hab ich dem pfarrer geben III bl (font) denar.

Item den Gesanngk Herrn umb das ambt im jar sollt geben XVII ss. denar.»

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XXXV. nr. 1.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

453.

Speyer, 1529 április 17.

Ferdinánd király tudtára adja a pécsi püspöknek, hogy a Tardi Mihály hűtlensége folytán megüresedett főesperességet és kanonokságot Phortzi Adam Domokos laibachi prépostnak és saját orvosának adományozta, azért őt ama stallum javadalmaiba beiktattatni rendeli.

Episcopo Quinqueecclesiensi.

Ferdinandus etc.

Reverende Domine... Quoniam bona et beneficia cuiusdam Michaelis Tardi, inter que archidiaconatus et canonicatus ecclesie tue Quinqueecclesiensis esse constat, ob infidelitatem, in qua manifeste deprehensus et captus est, iuxta antiquam et observatam hactenus regni istius nostri consvetudinem et legem ad nos et sacram regni eiusdem coronam devoluta et redacta esse dignoscuntur, nosque illa omnia, quecunque et qualiacunque sint aut censeantur, que ad dictum Michaelem pertineant et pertinere debeant, honorabili devoto, nobis dilecto Dominico Adam de Phortz preposito Labacensi et physico nostro gratiose et expresse contulerimus et donaverimus, ipsumque ad illa presentaverimus, sicut in aliis litteris nostris donationalibus superinde confectis plenius continetur... eapropter dominationi tue firmiter harum serie committimus, ut quando dictus Dominicus eandem dominationem tuam per se vel procuratorem seu procuratores suos legitimos... pro investitura et installatione archidiaconatus et canonicatus predicti ac etiam possessione bonorum supranominati Michaelis... requi-

siverit, eisdem extunc illam absque omni contradictione... dare et assignare... debeat et teneatur... Datum Spire 17 Aprilis 1529.

Egy félív papír egyik oldalán, fogalmazat a kir. kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. April. Nr. 79.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

454.

Buda, 1529 április 18.

A kalocsai prépost arról értesítvén a királyt, hogy a törökök mindjobban behatolnak az ország belsejébe, bátran kimondja, hogy ha a király vissza nem tér országába, ez odavesz.

S^me^ princeps et domine domine mihi clementissime. Quod superioribus litteris futurum scribebam, iam evenit. Super Colociam prope ad Pesth, quasi tota christianitas a facie Turcorum fugit, Colocia utcunque adhuc salva remanente, populus tamen et illius loci pene totus defluxit. Domini Camerarii nedum XVIII pedites, ut superioribus mensibus, tenuerunt, sed nec hiis XII, quos hoc mense currente solos pro custodia castelli et ecclesie teneo, solvere voluerunt, allegando, se nihil pecuniarum de proventibus Mattis Vestre in manibus eorum habere. Steti hic Bude super quam XV diebus inanes faciendo expensas, sed nihil apud ipsos dominos camerarios perfeci. Jam tota terra inter Tibiscum et Danubium usque Harazthy, que distat a Pesth duobus parvis miliaribus secundum decursum Danubÿ, christianis habitatoribus vacua remansit, Turcis et Rascianis pervia. Supplico itaque, dignetur Matts V^ra^ pro sua singulari clementia castelli Colocensis, quod est situatum in meditullio regni Mattis Vestre, et ecclesie eam habere curam, ne munitiones ille veniant ad manus hostium. Habita enim Colocia, hostis ibidem et traiectum paratum habebit super Danubio usque ad Albam Regalem et ultra. Quod si fiat, non mihi, Serenissime princeps, sed hiis, qui debebant curare et non curarunt, imputari velim. Nam ego litteras Mattis Vestre dominis camerariis in tempore praesentavi, sed ut previdi, ad effectualem conservationem illarum munitionum et finalem vigore earundem nihil profeci. Ecce cum has scriberem, nova novis accumulantur; hesterna enim die de quodam vado Rewfalw vocato, supra Colociam versus Pesth tribus miliaribus distante, rursus magna multitudo christianorum fugientium faciem Turcorum, partim cesa, partim abducta est. Ita misere nunc in absentia Mattis V^re^ per hostes eius-

dem vexantur, et nisi reditu Mattis V^re^ Ungaria respiret, alias actum est de ea. Reliqua omnia Mattas Vestra ex litteris presentibus inclusis clarius intelliget, quam Altissimus conservet ad sua vota semper felicem. Ex Buda XVIII Aprilis Anno 1529.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

humilis servitor et obsequentissimus Capellanus
Prepositus Colocensis.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Ungarie et Boemie Regi etc. Domino suo clementissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, egészen egy kéz írása, zárlatán barna viaszpecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. IV. 82.*

Közli: Bunyitay Vincze.

455.

Kassa, 1529 május 4.

A kassai domonkosrendű perjel a városi tanácstól 10 forintot vesz kölcsön.

Ego frater Martinus de Scepusio immeritus prior conventus gloriosissime virginis Marie ordinis predicatorum Casschovie fundati fateor per presentes quibus expedit universis, quod ego in persona omnium fratrum prefati conventus pro cultura vinearum nostrarum recepi mutuo anno redemptionis nostre MDXXIX. 4-a May a circumspectis dominis civibus prefatae civitatis fl. X, persolvendos post vindemias proxime venturas. In cuius testimonium presentes sigillo nostri conventus muniendas curavi. Datum loco, anno et die, quibus supra.

Alján tojásdad pecséttel. — Kassa város levélt.

Közli: Bunyitay Vincze.

456.

Znaim, 1529 május 5.

Mária királyné kijelenti a kassaiaknak, hogy Henckel Jánost szolgálatából el nem bocsátja; azért csak válaszszanak az egy évig üresedésben hagyott plebániára új plebánost. Ő kellően fog gondoskodni Henckelről.

Maria Dei gratia Regina Hungariae et Bohemiae etc. Prudentes et circumspecti fideles regii et nostri nobis sincere dilecti Fidelis noster venerabilis Johannes Henckel, plebanus vester, con-

cionator autem et confessor noster, dum ad nostram commissionem anno superiore se ad nos et servitia nostra contulisset, voluit eo ipso statim tempore, ut vobis non est incognitum, se plebanatui isti Cassoviensi abdicare, arbitratus, se non posse absentem curae animarum et officio plebaniae satisfacere. Vos vero tum nostri respectu, tum ipsius viri doctrina et eruditione moti, contenti fueratis eum unum abesse annum et eius absentiam patienter tolerare. Vestra haec in nos observantia, quam in eo absente hactenus tolerando declarastis, gratissima est nobis. Quod enim omni erga vos gratia nostra recognoscere volumus. Verum cum haec ipsius praedicatoris nostri sit adhuc constans sententia, ut vel domum revertatur, satisfacturus officio plebaniae, vel illi curae animarum, ut sua fert conscientia, cedat: Nos eum a nostris servitiis hoc tempore abscedere non permisimus, cuius scilicet opera simus necessariae. Quare quemadmodum ex litteris ipsius ad vos datis intelligetis, potestis ipsius loco iuxta antiquam vestram consuetudinem et libertatem, alium in plebanum vestrum doctum virum et sufficientem eligere. Nos ipsius praedicatoris nostri Johannis eam curam habebimus, de qua hic in servitiis nostris perseverans contentus esse poterit. Datum in castro nostro Znoymensi quinta Maii. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Maria Regina.

Kívül: Prudentibus et circumspectis Iudici et Iuratis ceterisque Civibus ac toti communitati Civitatis Cassoviensis, fidelibus Regiis et nostris nobis sincere dilectis.

Eredetije Kassa város levéltárában. — Közölve *Frankl,* Henckel János, Mária királyné udvari papja. 20—21 ll.

457.

Znaim, 1529 május 6.

Henckel János véglegesen lemond a kassai plébániáról.

Prudentes et Circumspecti Domini et Amici observandissimi. Salutem et mei commendationem. Non sum immemor, quam dominationum vestrarum in me benivolentiam semper expertus fuerim, et quo amore, humanitate ac studio ab eo tempore, quo earum egi parochum, me singulariter sint prosecutae. Talia enim et tam magna fuere, ut supra meum meritum servitiaque mihi haec impensa nemo inficiat. Habeo igitur et ago dominationibus vestris gratias immortales pro his suis officiis, multis in rebus in me praestitis, quarum rerum memoria nunquam apud me erit moritura.

Quae mea anno praeterito, dum Maiestas Reginalis, domina mea gratiosissima, me ad servitia sua accersiverat, fuerit voluntas, dominationes vestrae iam tunc plane cognoverant. Cum enim arbitratus fuissem, nequaquam salva mea conscientia me et abesse et curam animarum dominationum vestrarum agere posse: deliberaram me alterum horum eligere; et cum non possem Maiestatis Reginalis, dominae meae clementissimae vocationem et mandatum sine periculo gratiae ipsius reiicere, malui me plebaniae meae abdicare, quam mandato suae Maiestatis refragari; ea praecipue ratione, quod magnum affectum ipsius ad verbum Dei audiendum et cognoscendum agnoverim. Quam ob rem dominationibus vestris praesentibus cesseram illi meo beneficio. Attamen ita tunc ex sua singulari in me humanitate ac benivolentia deliberarunt, ut infra annui temporis spatium abessem, meamque interea absentiam facile tolerarent. Nunc cum tempus illud annuum instet, percupidus essem revertendi et meo istic officio providendi, sed id est suae Maiestatis imperium, ne hinc nunc discedam, pollicentis suam gratiam et etiam aliam provisionem, qua in servitiis suis durare possim, mihi non defuturam. Non possum igitur sine magna meae conscientiae laesione diutius absens curam illam animarum habere. Quare et praesentibus meis, et medio domini Georgii Verneri, notarii de Epperies, cui apertum et sufficiens hac in re dedi mandatum, resigno in manus dominationum vestrarum plebaniam istam meam Cassoviensem, doque eis authoritatem aliquem alium me doctiorem et sufficientiorem ad ipsam plebaniam, iuxta libertatem et consuetudinem dominationum vestrarum veterem, eligendi. Rogo igitur easdem ex animo, velint hoc meum factum aequi bonique consulere, et non alio animo, quam quo ego fecerim, interpretari. Non est meus animus, quod me a consuetudine, convictu et humanitate dominationum vestrarum perpetuo abstrahere velim, sed stat haec sententia firma, me et victurum et moriturum apud dominationes vestras, privatum tamen et nulli curae animarum addictum; quarum quam onerosum et gravissimum sit pastorem bonum agere, et Evangelicae et Paulinae lectiones fecerunt me cautiorem. Dominationes vestras feliciter cupio valere, et in Christo vivere. Quibus me iterum commendo. Ex Znoyma in festo Ascensionis Domini, Anno eiusdem 1·5·2·9.

Serenissimae Mariae Reginae Hungariae et Bohemiae a sacris confessionibus, concionibus et consiliis

Joannes Henckel,
manu propria scilicet

Kívül: Prudentibus et Circumspectis Iudici et Iuratis ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis Cassoviensis, Dominis et amicis observandissimis.

Eredetije Kassa város levéltárában. — Közölve *Frankl,* id. m. 21—22. ll.

458.

Kolozsvár, 1529 május 15.

Gerendy Miklós erdélyi püspök Ferdinánd királyt Erdély állapotáról értesíti és sürgős segítséget kér.

Infinitis litteris sacrae Maiestati vestrae a multis mensibus supplicavi, et post eam domino Kocianer, ut Tibiscum traiiceret, sicuti ante menses sex Maiestas vestra gratiose facturam obtulerat, et ad belli fontem et fundamentum iremus. Quod autem in nobis fuit, omnia, etiam supra vires, tentavimus, nunc equitum tria, nunc duo milia ordinando, ut si traiicere vellent, ad eos iremus. Pericula omnia, quibus haec nostra misera patria circumventa, semper proposuimus Maiestati vestrae sacrae ac eius capitaneis, nullis tamen precibus aut supplicationibus, [auxilium] impetrare potuimus. De Maiestate autem vestra non iam verbum facere audemus. Ex tanta mora alii enim dicunt Maiestatem vestram nihil virium contrahere potuisse, alii dicunt penitus eam huic regno suo Hungariae renunciasse desperantem se servare posse, alii item, quod Maiestas vestra vult, ut regnum hoc penitus deleatur cum natione et lingua nostra hungarica; de qua re pluribus nuper ad sacram Maiestatem vestram scripseram. Orta est ista fama, quod audiunt, Maiestatem vestram velle supra Budam Thurcis conflictum dare. Haec et his similia varie in nos clamantur, et deceptos se a nobis eiulant, ita ut vix a furore populi tuti simus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ex mora tanta et desperatione auxilii Maiestatis vestrae et Thurcarum adventu summa inter nos dissensio incidit, inter Siculos praecipue. Illorum enim pars magna Joanni adhaeret, et qui se pro Maiestate vestra stare dicunt, solus Deus scit, quo modo sit credendum. Nobilium quoque magna pars ex praescriptis causis ad Joannem declinare videtur. Soli fratres Saxones constanter manent, sed sunt meae naturae timidae. Hoc nostro et rerum Maiestatis vestrae statu intellecto, dietam solis Saxonibus indixeramus. — — Ibi summo cum labore ad rationem proventuum sacrae Maiestatis

vestrae effecimus, ut quatuor milibus hominum ad duos menses solutionem facerent, ea causa, ut gentes has Kocianer iungamus et contra Joannis caput bellum geratur...

— — — — — — — — — — — — — — —

Nunc intellexi armatum concilium suis omnibus Varadinum indixisse (Joannem). Solus ab ea parte nos aggredi decrevit, Valachi quisque a sua parte, Rasciani a Lippa. Vel ad unam partem nos in hac nostra dissensione incumbenter sufficere magnum est, ad omnes vero partes impossibile. Video extremum miserae patriae exitium. Utinam non essem causa. Si Maiestas vestra noluit, vel non potuit nos pro suo officio regio iuvare, cur non admonuit vel impraesentiarum admonet? Faxit Deus mentiar. Nunquam semel amissam Transsylvaniam Maiestas vestra recuperabit, sed ea amissa, plura quam Hungariam amittet. — — — Deus optimus maximus servet Maiestatem vestram diu felicem, cuius gratiae supplex et flens (ut omnia haec scripsi) meos commendo, quos penes fidelitatem Maiestati vestrae pene rusticos feci... Ex Coloswar quinta decima Maii [1529]. Servus et fidelis Nicolaus de Gherend Transsylvanensis et thesaurarius.

Kívül: Hungariae ac Boemiae regi, domino meo clementissimo. Aperiant etiam domini consiliarii.

Majdnem egészen titkosírású eredetije a bécsi cs. és kir. házi stb. ltár «Hungarica» osztályában. — Egész terjedelemben közölve: Archiv des Vereines für Siebenb. Landeskunde. N. F. XXVI. (1895.) 649—652.

459.

Krakó, 1529 május 15.

Fridericus András értesíti a kassai tanácsot, hogy iskolamesteri állását Kassán a jövő évnegyedben elfoglalja.

S. P. Secunda Aprilis ad vos, prudentissimi viri et domini, dedi mercatori Cracoviensi, qui in urbe vestra mercaturam exercet, litteras. Eas non esse perlatas, post longe cognovi, puta ipso die Stanislai[1], quod sane plurimum dolui; sed quid agerem, res ipsa mox suadebat, ut me liberarem ea nota, quam mihi prudentia vestra inurere potuisset. Placuit igitur meam sententiam refricare, quae et prioribus interceptis illis inerat, quam sic accipite, me provinciam scholae suscepturum ad imminens quartale, ante enim

[1] Május 7.

hinc abire non mei iuris sum, sed meorum discipulorum, quos in eruditione mea habeo. Ut autem tum adsim, curabo sedulo meditaborque assidue exspectationi vestrae de me satisfacere et fidem commendatoris liberare. Bene valete prudentissimi viri et domini observantissimi. Cracoviae anno MDXXIX. in vigilia Pentecostes.

Vester magister
Andreas Fridericus.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici et consulibus civitatis Caschoviensis, dominis suis perquam gratiosis.

Eredetije papiroson, zárlatán zöld pecséttel, Kassa város ltárában. — Közölte ifj. *Kemény* Lajos a Történelmi Tár 1890. évf. 791. l.

460.

Kalocsa, 1529 május 18.

A kalocsai káptalan értesíti Mihály prépostot, hogy az előrelátott nyomoriság immár bekövetkezett; a káptalan tagjai még a kölcsönvett pénzen szerzett élelmiszereknek is fogytán vannak s ha a király az ország védelmére vissza nem tér országába, kiki egyenkint kénytelen lesz menekülésérői gondoskodni.

Reverende domine. Que hiis diebus proxime preteritis de miserabili nostro statu Dominationi Vestre Reverende scripsimus, illa omnia, imo tristiora etiam, nunc scribere possumus. In nihilo enim timor et anxietas nobis imminuta est, quin potius in dies crescit et augmentatur, et nisi dominus Deus aquis nos tuebatur, iam diu aut periissemus, aut omnes hinc discessissemus et locus iste hostibus vacuus remansisset, nobisque recedentibus, hoc pro certo scimus et ex ore illorum audivimus sepius, ut et pedites mox discessissent, si etiam numerus illorum plurimum augeretur. Eorum igitur numerus, si possit, interim quod sumus hic, cum nostris paucis incolis augeri debet; tandem cum discesserimus, frustra augebitur. Nos hinc iam non tantummodo timor, sed et fames expellit, nisi DVR^{da} de aliquibus expensis pro usu nostro aliunde providerit. Illorum etiam pecunias, qui inter [nos] plus possidebant, totaliter iam consumpsimus, mendicantes ab eis sub spe restitutionis; nec quicquam illis ad continuas ipsorum repetitiones restituere possumus, cum nichil habeamus. Nonnulli ex nobis etiam ab exteris fratribus et amicis certam pecunie summam levaverunt, modo faciem illorum procul declinant et fugiunt, nec audent coram illis prodire. Ex omnibus litteris DVR^{de} de adventu regis nostri nichil certum colligimus, nisi quod reditum Sue Maiestatis et nostre

defensionis ac mitiora tempora eadem de proximo sperat, sub ista spe per hos duos annos elapsos non modo nostra, sed et fratrum et amicorum nostrorum omnia bona cum anxietate nimia consumpsimus pavoreque et expectatione exusti sumus. Plurimi vero perierunt. Instant iam dies et tempora, in quibus Mtas R. et robur Mtis S. in terris istis afflictis deberet apparere, et nichil videmus. Obsecramus igitur DVR^{dam} et per misericordiam Dei eandem requirimus, non spei, sed si quid certi de adventu regis et nostre liberationis tanto tempore DVR^{da} hausit et habet, nobis eadem rescribat certitudinaliter et intimet veraciter, ut vite nostre et paucis rebus istius affìcte ecclesie providere sciamus, si adhuc omnia, que hactenus audivimus et sperabamus, incerta sunt. Pauperes christiani, qui in istis terris tandiu nobiscum degebant, uxoribus eorum, liberis et pauculis rebus bonorum per Danubium traiicientes ad litus eiusdem quidam consederunt, plurimi vero longius transierunt, oculis in celum suspensis, a tantis pressuris liberatorem expectantes, ut saltem ad proximam messem securi redire valeant ad propria, alias necesse erit illis omnibus fame perire, nil confidentes in aquarum tuitione. Nam, ut fertur, Rasciani unacum Turcis nobis proximis parant se cum navibus fruges statim, antequam bene maturescant, totaliter rapere et illos christianos, quos penes eorum fruges invenerint, trucidare, sicuti fecerunt anno transacto, nisi vi et potestate regia preveniente hostes ex istis terris removeantur. Ista omnia super nos ventura expectamus; liberatorem autem expectare nobis sufficiat in isto mense, qui si in isto mense, vel in principio alterius mensis non apparuerit, necesse est, ut unusquisque saluti sue consulat. Item que et quanta flagitia, presumptiones circa castrum ac comminationes familiares magnifici domini Valentini Therek, in Zabathka commorantis, hiis diebus hic Colochie fecerint perpetraverintque, ad presens nobis rescribere non licuit; sed si iste Urbanus servitor DVR^{de} bonus esset referens, idem referre posset, utique tamen referat per gratiam sibi datam; clarius tandem, quando licuerit, DVR^{da} a nobis intelliget. Quam felicissime valere optamus. Colochie tertio die festi Penthecostes anno domini 1529.

Capitulum ecclesie Colocensis.

Kívül: Reverendo domino Michaeli de Alba Regali, preposito Colocensi etc. domino nobis honorando.

Egy félív papir egyik oldalán, barnaviasz kerek zárópecsét maradványával. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1529 Mai 50.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

461.

Kalocsa, 1529 május 18.

János kalocsai kanonok és püspöki helyettes kéri Mihály prépostot, hogy mivel levelekkel nem védhetik magukat a törökök és az ezeknél is rosszabb ráczok ellen, két évi hiu biztatások után gondoskodjanak erélyesb védelműkről, mert különben a káptalan is kénytelen lesz a félig már elhagyott városból menekülni.

Reverende domine domine mihi observande. Amore Dei rogo D. V. R., si possibile est a vobis fieri, agatis et geratis curam huius Alme Ecclesie Colocensis, unde eadem omnis emolumenti habuit exordium, ne ecclesia ista tam sollennis et devota nostro tempore una nobiscum male pereat. Speramus hic in dies et horas periculum nostrum non minus per Turcas quam per Rascianos fieri, ut eidem in prioribus litteris nostris capitulariter per magistrum Urbanum missis significavimus, in quibus nobis spem dare de reditu Mattis Regie d. v. consuevit, in quo nos et totum vulgus iamdudum desperavimus. Si quid autem spei nobis dare poteritis, bonum, imo optimum est: littere tantum in nullo nos iuvant, nec ab hostibus defendunt, sicuti nec antea iuvarunt neque deffenderunt. Nihilominus optamus unanimiter a D. V. R. fidelem relationem, ne simul omnes male pereamus, alioquin opportebit hinc recedere et nobis de remedio providere. Quid enim sunt isti XX pedites pro custodia tantarum munitionum, hoc est castri, ecclesie et domus prepositure? Cogitet etiam d. v. r., quod et de civitate maior pars civium aufugit; restat, ut et nos hinc aufugiamus et Colocsiam ipsam desertam relinquamus, quum subito vel Turci vel Rasciani, Turcis etiam infestiores, subintrabunt. Expectamus itaque finalem relationem, nam plures litteras a Capitulo Colociensi et a me vix d. v. habitura est, nec etiam credatis pedites nobis discedentibus permanere, unde et fames et cetera pericula nos abscedere compellunt. Nec ulterius hic spem illam vanam, qua nos et totum collegium nostrum hiis ferme duobus annis fovistis, diutius tollerare possumus. Eandem d. v. r. Deus conservet semper ad sua vota. Datis Colocsie feria tertia festi Penthecostes Anno eiusdem 1529.

Magister Joannes,
Canonicus et Vicarius ecclesie Colocensis.

Kívül: Reverendo Domino Michaeli Preposito ecclesie Colocensis etc. domino nostro observando.

Egy negyedív papir egyik oldalán, zárlatán egy lencsénél alig nagyobb fekete gyűrűpecséttel, melynek gemmája hosszú bajuszos, szakállas vén fejet mutat; egészen egy írás. — *Bécsi cs. és kir. házi, udvari és állami levéltár: Hungarica. 1529. V. 46.*

Közli: Bunyitay Vincze.

462.

Buda, 1529 május 23.

Mihály kalocsai prépost kéri a királyt, minthogy a kamara emberei semmibe sem veszik királyi parancsait, ő maga pedig a kalocsai kastély és egyház védelmével megbízott gyalogosok zsoldjait kifizetni és az éhező kanonokokat is kiürült zsebéből tovább élelmezni nem képes, a kamara kikerülésével más uton-módon segítsen a bajokon.

Serenissime princeps et domine domine mihi clementissime. Post obsequiorum meorum devotam et perpetuam commendationem. Utręque littere Mattis Vestre, quarum priores in Thuonawerd secunda Maӱ, posteriores vero in Lyncio VIII. mensis eiusdem date erant, unacum litteris ad dominos Camerarios eiusdem secundo Penthecostes, me tunc Bude apud eosdem pro sallario peditum castri Cólociensis agente, reddite sunt, queis ipsis eodem die obtuli; relationem eandem habui, quam antehac semper, hoc est, nec quidem obellum vigore litterarum Mattis Vestre ab eisdem consequutus sum, nec unquam spero me consequuturum. Spectabilis et Magnificus dominus palatinus locumtenens Mattis Vestre, dominus meus clementissimus, satis superque eosdem solicitavit et sepius commisit in persona eiisdem, ut ordinarent pecunias, meque in tempore expedirent, prout Maltas Vestra eisdem mandaverat, qui quidem M. D. palatinus videns me apud illos nihil posse proficere, tandem idem de suis, aut potius undecunque ordinavit florenos XXV inter pedites castri Colociensis distribuendos, sed et eorum mensis hinc ad tertiam diem complebitur, quos existimo potius dissessuros quam remansuros. Exhaustus sum ipse, exhausi et amicos quoque, a modo deinceps illarum municionum custodie incumbam, nescio. Timore singulis horis arescimus, fame insuper intollerabili maceramur. Nullus ex archiepiscopatu, nullus etiam de capitulo proventus; per Rascianos et Turcos omnes mei proventus, sed etiam colonis devastati et in nihilum redacti existunt, pauci illi christiani, qui infra Colociam erant, per Turcos et Rascianos superioribus diebus abacti sunt instar pecorum. Sola Colocia

hucusque stetit, sed et illa infra paucos dies ut veniat ad manus hostium, necesse est. Non video, quid et quantum prosint littere Mattis V^rae^ apud istos dominos Camerarios. Alia via providendum erit, si eadem Colociam reliquiasque regni sui salvas conservari voluerit. Declarari nequit, quantum periculi Regnum Mattis V^re^ patietur, si munitiones Colocie habite venerint ad manus hostium. Supplico itaque, ut Mattas Vestra impensius de nobis cogitet. Oppressi canonici fratres mei in quanto nunc timore sint constituti et quantum fame tabescant, ex litteris presentibus inclusis Mttas V^ra^ clarius intelliget. Nescio qua illos spe amplius foveam. Iterum repetitis vicibus supplico, dignetur Mttas Vra aliter curare de illis munitionibus quam per Camerarios, in quibus ulla spes, etiam si decies municiones ille venirent ad manus hostium. Mattem V^am^ Altissimus conservet ad sua vota semper felicem. Ex Buda in festo S. Trinitatis 1529.

Eiusdem V. Serenitatis

devotus capellanus et obsequentissimus servitor
Michael,
prepos. ecclesie Colocensis.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Dei gratia Ungarie et Boemie Regi etc. Domino suo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, egészen egy kéz öreges irása; zárlatán barnaviasz gyürüpecsét maradványával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. V. 63.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

463.

Nagyvárad, 1529 május 25.

Czibak Imre választott váradi püspök, válaszolván Szalaházy Tamás veszprémi püspök levelére, koholtnak mondja azon, e levélben némi czélzással említett hírt, hogy egy Ferencz nevű misés papot elfogatott és megöletett volna. Tagadván a vádat, hogy a klérust és az egyházat szeretni megszünt, nem minden fulánk nélkül arra szólítja fel kartársát — és itt már mint Zapolyay követője, a pártember rója az ellenpártit — hogy tekintsen szét maga körül és vegye számba azon kegyetlen öldökléseket és fosztogatásokat, miket pártja népei a keresztényeken elkövettek, s azzal végzi, hogy találkozásuk esetében felelősségre vonandja azon gyalázó és becstelenítő szavakért, melyekkel hir szerint illette.

Reverendissime domine et amice nobis honorande, post salutem. Accepimus litteras Dominationis Vestre, in quibus primum

scribit ex parte cuiusdam Francisci presbyteri[1] eo, quod nos ipsum captivari et occidi fecissemus. Profecto non sumus sitibundi ad effundendum sanguinem christianum, quamvis ipse presbyter tanta commisit mala in portandis hinc inde litteris diversis contra Maiestatem Regiam, Dominum nostrum gratiosissimum, ut dignus fuisset condempnari morte; sed nos non quod presbyteros, sed neque alios, qui hec meruissent, puniri fecimus supplicio mortis. Ideo, tantam crudelitatem non debuisset de nobis suspicari, prout in litteris suis commemoratur. Est enim hic presbyter ille, tamen libere ambulat, sicut unus ex capellanis nostris, quem cum tempore etiam, si Dominationi Vestre placuerit et ipsum optaverit, remittere pro amicitia Dominationis Vestre volumus. Dolemus igitur, quod Dominatio Vestra nos tam crudelem existimavit; licet ex parte Dominationis Vestre multi dicunt, qui fuerunt fratres et amici quondam Francisci Erchy, quod Dominatio Vestra dedisset occasionem mortis ipsius, quod nos ignoramus: an verum sit, nec non; apud nos tamen fama ita volatur. Hoc si ita esset, pro certo ex animo doleremus propter multorum obloquia. Ceterum Dominatio Vestra scribit nobis: nos prius cleros et ecclesiam dilexisse et defendisse, modo autem illos persequeremur. Credat Dominatio Vestra, quod et nunc diligimus eos et nec ipsos cleros, neque ecclesiam persequimur; sed consideret Dominatio Vestra gentes vestras, quomodo ecclesias despoliant, sacerdotes, monachos interficiunt, variisque tormentis eos cruciant, virgines deflorant, probas mulieres ad libitum eorum compellunt et multa et quasi inaudita mala faciunt, que nec Turci tempore ingressionis eorum in hoc regnum fecerunt. Hii sunt, qui nec Deum, neque Virginem Mariam, sanctosque curant, sed blasfemant et illudunt, quos Deus profecto procul dubio impunitos non relinquet, sed male perdet et omnes, qui dederunt illis occasionem. Demum ubi Turcis nos Dominatio Vestra adhesisse et cum eis commercium habere scribit, quos antea odio habuissemus: pro certo sciat Dominatio Vestra modo quoque cum eis nullam amicitiam gerere, licet princeps vester et factio ipsius libentissime ac magnis sumptibus amicitiam illorum et confederationem querere et habere optaverunt; sed cesar Turcarum intelligens ius et gubernamen

[1] «Franciscus Presbyter de Kermech» így írja alá azon levelét, melyet «Ex Karolych» apr. 16. 1529. írt Szalaházi egri püspöknek s a melyben jelenti, hogy a levelet kiskállai Vitéz Jánosnak átadta s Ártándi Pállal is beszélt. *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica 1529. April. Nro 117.*

huius regni ad serenissimum dominum dominum Joannem Regem dominum nostrum gratiosissimum pertinere: non assensit voluntati et petitionibus factioni[s] illi[us] Vestre Dominationis; verum adhesit domino nostro gratiosissimo. Et credat Dominatio Vestra, quod in brevi omnes contra Maiestatem suam rebellizantes punire non obmittet. Quare persvadeo Dominationi Vestre ex sincero corde: ut velit negotiis suis ita consulere, ne et Dominatio Vestra et etiam alii pereant, quoniam firmiter credat Dominatio Vestra, quod nullus eorum, qui Regie Maiestati, domino nostro gratiosissimo non obedierint, in hoc regno nullibi permanere poterunt. Nollemus igitur periculum Dominationis Vestre et fratrum suorum, quia testis nobis Deus est et etiam dominus Caspar Raskay, ut dum adhuc Bude eramus, semper augmentum honoris et magnam conditionem desideravimus Dominationi Vestre, et quitquid in nobis fuit in hoc, fecimus, quod Dominatio Vestra ad altiorem deveniret statum, quum speravimus Dominationem Vestram nobis bonum fore fautorem et amicum, ideo et nunc Dominationi Vestre id, quod erit ad permansionem et commodum Dominationis Vestre, persvadere voluimus. Nam si quid huic desolato regno aliquid periculi eveniret (quod Deus avertat) nec mali sperandum est quitquam extunc illi essent causa periculi, (non loquimur ex parte Dominationis Vestre, neque Dominatio Vestra sibi appropriet) qui Maiestatem Regiam prodiderunt, quibus Maiestas Sua multis bonis profuit, illi vero immemores honoris et fidei ipsorum, malitiose suam tradiderunt Maiestatem, qui procul dubio, si se non recognoscere voluerint, punientur. Hortamur igitur Dominationem Vestram bono animo et sincero corde, ut rebus suis provideat in tempore. Nos durante vita nostra a Maiestate Regia nunquam separabimur, quum non licet honori nostro aliud facere; qui autem dixerunt Dominationi Vestre de nobis aliquas fecisse nos promissiones: mentiti sunt, sicuti non probi; quoniam nec litteris, neque verbis aut nunciis unquam nos promisimus. Non quod istuc fecissemus aliquod promissum, sed neque Regie Maiestati domino nostro naturali iuramentum deposuimus, quia Maiestas sua humanitati et integritati nostre credidit, ideo et nos fideliter Maiestati sue servire volumus. Aliud est, prout nobis dicitur, ut Dominatio Vestra variis nos affecisset vituperiis et illicitis verbis, quod a Dominatione Vestra non expectassemus, nec ab alio, sit quicumque, quia nos semper id fecimus, quod honori nostro congruum fuit et nihil tale, ut vituperium promeruissemus. Et si cum tempore simul convenire poterimus, profecto velim a Dominatione Vestra intelligere: an verba

illa, que nobis dicuntur, Dominatio Vestra protulisset. Reliquum est, ut Deus conservet eandem felicissime. Ex arce nostra Waradiensi feria tertia post festum Sancte et Individue Trinitatis anno Domini 1529.

Emericus Czybak,
Electus Waradiensis.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome Episcopo ecclesie *Wesprimiensis*, Domino et amico nobis honorando.

Egy ívpapir első két oldalán, egészen egy kéz igen szép írása, veresviasz Gútkeled-féle czímeres gyűrűpecséttel a zárlatán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529 május. Nr. 70.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

464.

Znaim, 1529 május 25.

Oláh Miklós értesíti Kálnay Imre főesperest a speieri birodalmi gyűlés sikertelenségéről.

«Venit nunc certissimus nuncius, omnes fere imperiales tractatus Spirae factos in fumum transiisse. Factam quidem alicuius auxilii, imposterum ferendi, nonnullam promissionem, sed eam quoque incertam, rebus fidei, quam neglecta patrum nostrorum traditione quisque ad arbitrium suum nunc trahit, mirifice obstantibus...»

Oláh Miklós levelezése: Magyar Tört. emlékek I. Oszt. XXV. k. 6. l.

465.

Buda, 1529 május 28.

Thurzó Elek kéri a királyt, engedtessék meg neki, hogy a győri püspökséget, melyet a király legterhesebb ügyeinek eligazítására 16 ezer forintért német kincstárosának zálogba adott volt, a visszaváltás évének közeledtével visszaválthassa.

A király a visszaváltást u. a. évi junius 7-én kelt határozatában elrendeli azon föltétel alatt, hogy Thurzó a püspökség váraiban tartott katonaság fizetésére az előbbi zálogtulajdonosnak a 16 ezer forinton felül még 3532 frtot fizessen.

Sacra Regia Maiestas
Domine clementissime.
Post fidelium serviciorum meorum in graciam Mattis V[rae] humillimam commendationem.

Arbitror Mattem Vram probe recordari, qualiter anno hoc superiore de voluntate et commissione Maiestatis Vestre pro expediendis arduis gravissimisque negociis Vestrae Mattis episcopatum Jauriensem magnifico domino Joanni Hoffman thesaurario Mattis Vestrae pro sedecim millibus florenorum impignoraverim, cuius redemptionis annus iam proxime, hoc est decima Junii instat. Plurimi iam ex regnicolis questi sunt de me, et nunc conqueruntur, quod episcopatum illum in manus alienas et praesertim hominis externi commiserim. Quantum in me fuit, studui semper fidelibus servitiis meis gratiam Mattis Vrae mihi conciliare, id quod et imposterum pro mea virili sum facturus. Itaque supplico Matti Vrae, uti domino meo clementissimo, dignetur prefato domino thesaurario suo, apud cuius manus dictus episcopatus Jauriensis nunc titulo pignoris habetur, committere, ut constituat nomine suo nonnullos, qui Vienne prefatam pecunie summam percipiant, episcopatumque premissum simul cum arcibus ac bonis eo pertinentibus dictus dominus thesaurarius manibus meis reddi et assignari faciat; ego vero si ab amicis meis dictam pecunie summam ad hanc rem expediendam corradere potero, in termino prefato eandem sum persoluturus. Ceterum quod ad inscriptionem episcopatus prescripti attinet, nuper superinde litteras Mattis Vrae vidi, in quibus repperio, quod pro intertentione castrorum illius episcopatus a camera Mattis Vrae impense solutio fiat, unde si ea non fieret aut fieri non posset, tempore, quo episcopatus ille redimetur, de dicta castrorum dicti episcopatus intertentione simul cum prescripta sedecim millium florenorum summa solutio fiat; quam rem, Mattas Vra indubie credere dignetur, nunquam antea adverteram, nec recordor me unquam ad hec non modo consensisse, sed nec os quidem meum aperuisse. Mattas Vra dignetur ex suo iudicio metiri, quod esset hoc dignum ac iuri consonum, ut post perceptiones tot proventuum episcopatus prefati ne impensa quidem ad intertentionem castrorum facta in computum dicti domini thesaurarii ex ipsis proventibus episcopatus numerari deberet? cum alioqui non nimium habuerit aut debuerit dominus thesaurarius ad castrorum predictorum intertentionem expendere. Nam in illis partibus, ubi episcopatus ille est, nullum bellum, sed nec ullus timor erat toto hoc anno, ratione cuius opus fuisset numerosis peditibus ad castrorum intertentionem. Habuit autem ex eo episcopatu dominus thesaurarius tantum commodorum utilitatumve, ut sine aliquo sui gravamine poterit eiusmodi impensas suas facillime tollerare. Amicorum opera et non meis viribus adnitar, ut possim in termino, motus

etiam rationibus premissis, episcopatum iam dictum redimere ac eliberare, super quo citam et gratiosam relationem a Matte V[ra] expecto. Quam Deus felicissimam et incolumem conservet, in cuius gratiam me et fidelia servitia mea recommendo. Bude 28. Maii Anno 1529.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fidelis servitor
Alexius Thurzo m. p.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie et Boemie etc. Domino meo clementissimo.

Ez alatt:

Primum decretum 7-ma Junii [15]29.

K. Mt. ist eingedenkh was' gestalt Im das Bistumb abzulössen bevorstet; vnd so Er yez desshalb erssuche, so wil k. Mt. gnedist zuegeben, das er das an sich lössen muss zu der Zeit, die sich lautt der verschreibung gepurt. Dass er aber vermeint von wegen vnnderhaltung der Slösser auf das krygsfolkh nicht eingedenkh sein, dass er darin bewilligt were, kan er woll ermessen, das an volkh nit hat mügen bei den straitten lewffen gescheen. Aber k. Mt. will Im nicht reytten, was nach der Zeit als der Schatzmeister das Bistumb eingenomen, darauf gangen. Aber dieweil Er das Bistumb noch hat inngehabt vnd die nuzung empfangen, hat er selb zu bedenkhen, dass billich sey, dass er den cossten vnd dj vnnderhaltung des kryegs Volkh auch billich zalen soll. Diesselb suma leufft sich in 3532 fl. 1 1/2 kr. d. So Er nun solch gellt sambt der haubtsume der 16 m. fl. gen Wienn auf die rechte Zeit erlegt, so hab K. Mt. verordnet mit Im darauf zu handlen vnd das bistumb abzutreten, well auch beuelhen das Im alsdann dj Pfleger vnnd Innhaber der gueter allenthalben abtretung oder gehorsam thun sollen, darauf soll er K. Mt. furderlich wider beschaid schreiben.

7[en] Juny 1529.

Egy ív papiron, zárlatán piros pecsét maradványával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. V. 77.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

466.

Eger, 1529 május 29.

Szalaházy Tamás egri püspök értesíti Ferdinánd királyt, hogy erdélyi hívei készek 4000 lovast Török Bálint vezérlete alatt Zapolyay János ellen küldeni, mihelyt Katzianer János seregével közeledni fog.

— — — — — — — — — — — — — — —

Statum partium Transsilvanarum credo Maiestatem vestram ex litteris domini Casparis Horwath cognovisse. Pertaesum etiam eos est longae expectationis. Habent equitum quatuor milia, quos cum Valentino Therek, si Johannem Coczianer appropinquare intelligerent, adversus Zapoliensem emitterent. Conducti sunt in menses duos, tempus stipendii procedit a festo Pentecostes[1]; exactis autem illis mensibus, nisi interim victus ac pulsus fuerit Johannes ac Transsilvania liberata, vereor, ne Maiestas vestra amittat illam provinciam, ita omnium animi aut aversi sunt a Maiestate vestra aut fessi laboribus et sumptibus.

Agriae sabbato post festum Corporis Christi 1529.

Eiusdem Maiestatis vestrae servus humillimus

Agriensis.

Kívül: Sacrae Maiestati regiae, domino meo clementissimo.

Eredetije a bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár «Hungarica» osztályában. — Közölve: Archiv des Vereines für Siebenb. Landeskunde. N. F. XXVI. (1895.) 659. l.

467.

Torda, 1529 május 31.

Gerendy Miklós erdélyi püspök esengve kéri Ferdinánd királyt, hogy ha Erdélyt meg akarja tartani, küldjön gyors segítséget.

Ad sacram vestram Maiestatem summam usque ad importunitatem necessitate regni huius, honore, salute nostra ac fratrum quoque clamoribus coactus, saepius scripsi. Si ex his causis Maiestatis vestrae indignationem incidissem, supplico humillime, gratiose ignoscat...

— — — — — — — — — — — — — — —

Supplicant Maiestati vestrae omnes fratres mei, supplicamus

[1] Május 16.

nos omnes, ne velit in extremis laborantes nos et totum regnum huic periculo tam manifesto exponere. Nam si Catzianer et (olvashatatlan név) non traiicient Tibiscum, gentes hae erunt in manifesto periculo. His perditis (Deus avertat), nemo Maiestati vestrae regnum hoc conservabit. Timeo peiora his. Iubeat itaque, amore Christi, Maiestas vestra obmitti inutilem castrorum partium superiorum oppugnationem, sed pergant cum nostris ad caput belli, quod, ut et nuper scripsi, nisi fiat brevi, regnum et nos omnes Maiestas vestra perdet.

— — — — — — — — — — — — — — —

Iterum flens ac gemens supplico, iubeat Catzianer Varadinum versus venire et, si necesse erit, huc intrare, vel caput Joannis persequi. Alias de regno Maiestatis vestrae ac nobis omnibus actum erit. De Thurca ante viginti octo dies in Maiestatem vestram ac regna eius in persona movisse, Moldavus certo certius dicit. Si auditi fuissemus, si Catzianer traiecisset Varadinum versus, de Joanne dudum actum fuisset, nec Thurcus in nos venisset. Si Maiestas vestra totam Christianitatem servare volet, festinet. Deus optimus maximus sacram Maiestatem vestram servet diu felicem. Eiusdem fidelis servus Transsylvanensis et thesaurarius manu sua debili, ultima Maii [1529] Thorda.

Kívül: Hungariae, Boemiae regi invictissimo, domino gratiosissimo detur cito. Aperiant domini supremi consiliarii, Budae existentes.

Eredetije a bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár «Hungarica» osztályában. — Egész terjedelemben közölve: Archiv des Vereines für Siebenb. Landeskunde. N. F. XXVI. (1895.) 663—666. l.

468.

Beszterczebánya, 1529 június 3.

«1529. 3-a Junii. New-Zoll. Clemens Pharrer in Hospital» kéri Selmeczbánya tanácsát, hogy 3 frtnyi kölcsönpénzt Maiofsky Jenő nevű emberen hajtson be.

Clemens parochus hospitalis Neo-Soliensis petit senatum Schemniciensem pro mutui executione.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. Század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

469.

Buda, 1529 június 5.

A magyar kamara tanácsosai abból indulván ki, hogy a király már kellőleg értesült arról, miként ölték meg a Szentgyörgyi grófok a zsidókat és prédálták el azok javait, jelentik, hogy egyik társukat elküldötték Nagy-Szombatba és más helyekre az ügy megvizsgálása végett; a bírságot, ha arra itéltetnének, a király és az ország szükségleteinek fedezésére kellene fordítani.

Sacra Regia Maiestas... Preterea Sacra Regia Maiestas, credimus Maiestatem Vestram iam aperte, et ut est, intelligere, quid inter iudeos contigerit et quomodo contra litteras Maiestatis Vestre et prohibitionem nostram domini comites de Sancto Georgio supplicio affecerint, omniaque bona eorum dissipaverint. Misimus nunc nomine Maiestatis Vestre unum ex fratribus et collegis nostris[1] ad Tirnaviam et alia loca, ut inquirat et veraciter investiget: quonam modo res se habeat, in eum maxime finem, ut mali puniantur et si quid mulcte merebuntur, in subsidium magis necessitatum Maiestatis Vestre et regni, quam in usum aliorum cedat. Hec propterea Maiestati Vestre significamus, ut si aliqui de rebus istis iudeorum apud Maiestatem Vestram agerent, Maiestas Vestra sit admonita et meminerit, quid facere hac in re expediat... Bude quinto Junii anno 1529.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

humiles servitores

Consiliarii Camere Hungarice.

Papir, négy veresviasz gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529 jún. 12.*

Közli: Bunyitay Vincze.

470.

Lincz, 1529 június 7.

I. Ferdinánd megengedi Thurzó Eleknek, hogy a győri püspökséget 1529. június 10-én Hofman Jánostól visszaválthassa, de követeli, hogy a 16 ezer forint zálogösszegen felül fizesse meg azon 3532 forint és 1½ krajczárt is, a melyet a püspökség váraiban levő őrségre még akkor költöttek, mikor e püspökség Thurzó kezében volt.

Ferdinandus Dei gratia Hungarie, Bohemie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie, dux Burgundie et marchio Moravie

[1] Egy másik, jun. 20-iki levél szerint: «Osvaldum Sybrik».

etc. comes Tirolis etc. Magnifice, fidelis, dilecte. Accepimus litteras tuas de vigesimo octavo mensis Maii proxime elapsi, quibus petis favore nostro episcopatum Jauriensem, superiori anno nobili fideli nobis dilecto Johanni Hofman a Viridi Colle, consiliario et thesaurario nostro generali impignoratum, ad solutionem pecunie pignoratitie tibi restitui, super quibus tibi gratiose significamus, nos adhuc memori tenere mente, qualiter episcopatus ille a te redimi possit. Unde ad tuam instantiam penes nos ad presens factam constituimus, ut eundem episcopatum ad tempus in inscriptione desuper exacte specificatum redimas; sed quod asseris, te non recordari, quod in illo contractu inter alia conventum fuerit, expensas castrorum et peditum ad custodiam positorum una cum summa principali solvi debere, tu ipse cogitare potes eadem castra his potissimum turbulentiis temporum sine peditibus conservari aut custodiri non potuisse, neque vero tibi aut rationibus tuis quicquam imputare volumus earum expensarum, que ab eo tempore, quo episcopatus ad manus pręfati thesaurarii nostri devenit, in eisdem castris facte fuissent. Quando autem idem episcopatus adhuc in manibus tuis erat, tibique proventus omnes obvenere, ęquitati consonum est, ut expensas et intertentionem peditum merito solvas, quarum summa se ad tres mille quingentos triginta duos florenos, ac unum cum dimidio cruciferum extendit, quos ubi cum sedecim millibus florenis ungaricalibus, pro quibus episcopatus ille impignoratus extitit, in civitate nostra Vienna camerę nostre magistro vel prefecto ibidem debito tempore numeraveris: ex tunc ordinavimus, ut tecum transigatur et episcopatus relaxetur. Committemus item in eum eventum, ut pręfecti et officiales, quibus decimas vel alia bona episcopatus impignoravimus, itemque his, quibus castra in custodiam commisimus, ubique cedant vel tibi obedientiam prestent, quod te, ut super ea deliberares ac inscriptioni satisfacere possis, latere noluimus. Datum in oppido nostro Lyntio die VII. mensis Junii anno Domini MDXXIX., regnorum nostrorum tertio.

Wellen dir nit verhallten, dass vnns solch Bistumb, wie du villeicht weist, von demselben vnnserm schatzmeister vershiener zeit wider zuegestellt ist vnd wir in etlichen vnnsern obligen vnnserm Kunigreich Hungarn zu gutem dasselb weiter vnnd anndern personen mit gesonnderten stukhen verphenndt vnd verschriben; vnnd wiewol du vnns die verkundung, dass du des willens werst, solch Bistumb abzulosen, yczo vil zu spat zu wissen gethan vnd zuegeschriben, so wollen wir doch auf dein vnndertenig Bitt gnediglich zuegeben vnnd bewilligen, damit du solch Bistumb wide-

rumben zu der Zeit, wie di verschreibungen ausweisen, vnnsern halben ablosen mugst.

B[ernardus Cles]
Episcopus Tridentimus.

S. Crius m. p.

(Responsum ad litteras Turzonis super redemptione episcopatus Jauriensis.)

Egy kiterjesztett ív papir egyik oldalán, nyilt levél, de a király aláírása s pecsétje nélkül, mert többszörös javításon menvén át, újra letisztázták. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529 jun. Nr. 20.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

471.

Buda, 1529 június 9.

Ferdinánd király Móré Lászlót a gotói benczés apátság adományozása jogában megerősíti.

Nos Ferdinandus Rex Hungariae et Bohemiae etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos considerantes gratissima servitia fidelis nostri magnifici Ladislai More de Chwla consiliarii nostri, donationem et translationem iuris patronatus regii per serenissimum quondam dominum Ludovicum regem, sororium et praecessorem nostrum charissimum de et super collatione abbatiae de Gotho ordinis S. Benedicti (sic, rectius Cisterciensis) in bonis quondam illustris Laurentii ducis in comitatu dePosega, nunc vero eiusdemLadislai More sitae et habitae, eidem Ladislao More vigore litterarum eiusdem domini Ludovici regis factam, quodquidem iuspatronatus ipse quoque Laurentius dux habuisse dinoscitur, ratam, gratam et acceptam habemus, eidemque et haeredibus suis concedimus, ut iuxta litteras ipsius quondam domini regis Ludovici, quotiescunque dictam abbatiam de iure et de facto legitime vacare contigerit, personis idoneis, probatae vitae et ordinem predictum s. Benedicti professis donare, ac praelato, cuius interest, electos abbates praesentare possint ac valeant; ita tamen, ne quid de iurisdictione aut bonis temporalibus monasterii et abbatiae praedictae quovis modo alienare aut sibi ipsis usurpare audeant. Datum Budae feria quarta proxima ante festum beati Barnabae Apostoli. Anno Domini millesimo quingentesimo visesimo nono, Regnorum vero nostrorum praedictorum anno tertio.

Steph. Kaprinai, Collectan. Msc. B Tom. XXVIII. 73. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

472.

Róma, 1529 június 14.

VII. Kelemen pápa erélyes védekezésre buzdítja a magyarokat a törökök ellen.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis nobilibus viris, ducibus, marchionibus, comitibus, equitibus et populis, status regni Hungarici facientibus. Quum perinde ac nostro conveniebat officio, angeremur novis periculis istius regni Hungariae, ne in tanta rerum nostrarum, quantam audire potuistis, calamitate, alia ope nunc subvenire possemus: sane nos, qui, quum nobis licitum fuit, nulla in parte nostri officii et amoris erga dictum regnum defuimus, reque ipsa nunc id ostendere vellemus; tamen quod fuimus moniti a charissimo in Christo filio Ferdinando, Hungariae Bohemiaeque rege illustri, libenter praestitimus, ut auctoritatem nostram ad tutelam eiusdem regni conferremus. Quamobrem Deum suppliciter orantes, ut vos dextera sua protegere ipse dignetur adversus suos et nostros hostes Turcas, vos etiam paterna charitate et affectu hortamur in Domino, ut christiani nominis et avitae virtutis memores, vos cum ipso regno et sancta fide, quod semper fecistis et nunc, ut audimus, facere parati estis, acriter defendatis. Sed haec plenius venerabilis frater Vincentius archiepiscopus Rossanensis,[1] nuncius noster, vir nobis ob doctrinam et probitatem suam charus, quem cum facultatibus a nobis requisitis istuc mittimus, vobis explicabit, cui plenam in his fidem habere velitis. Datum Romae, die XIV. Junii MDXXIX. pontif. nostri anno VI.

Raynald és Pray után *Katona,* XX. 450.

473.

Lippa, 1529 június 15.

János király levele VII. Kelemen pápához. Üdvözli felgyógyulása alkalmából; értesíti saját ügyeinek jobbrafordultáról; panaszkodik Várday Pál esztergomi érsek, továbbá a pécsi és csanádi püspökök ellen hálátlanságuk és hűtlenségök miatt s kéri a pápát, hogy őket ne erősítse meg.

Beatissime Pater, Domine clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae beatorum, meique et obsequiorum meorum

[1] Pimpinella Vincze rossanói érsek Kalábriában.

humillimam commendationem. Cum ex illis rerum mearum adversitatibus, quibus fortuna me praeteritis temporibus satis aspere versaverat, Deo optimo iuvante aliquantum emersissem et aliquando in eam curam cogitationemque devenissem, ut iam omnia feliciora expectarem: fuit allatum mihi, Sanctitatem Vestram adversa valetudine laborare. Quod profecto pro ea devotione et observantia, qua Sanctitati Vestrae afficior, proque paterna illius in me pietate graviter ac moleste tuli. Neque fuit quicquam, quod hoc tempore durissimo reipublicae christianae plus incommodi allaturum putassem; nam etsi plures partes et membra orbis christiani a multis iam annis non minus gravi, quam periculosa aegritudine laborarent, erat tamen aliqua spes, vigente capite, pristinae sanitatis, quo decumbente rursus in eandem desperationem atque molestiam decidebam, arbitrabarque iam penitus de omni quietiore statu reipublicae christianae actum esse. Inter has cogitationes reversus est ex Venetiis orator meus, ex cuius relatibus certior sum factus, Sanctitatem Vestram, recuperata valetudine, in curam communis sanitatis ac publicae religionis incumbere: unde certe non minus laetitiae accepi, quam anxietatis ex priore adversitate perceperam, precans Deum, qui omnis sanitatis largitor est, ut hanc Sanctitatis Vestrae prosperam valetudinem diuturnam esse velit. Mei autem status conditio ea est, ut omnia Deo duce feliciora speremus. Subditorum enim nostrorum bona pars, cognita adversarii vanitate et inanibus promissis, quibus decepta erat, nobiscum est. Wayvoda utriusque Walachiae paratus est iussa nostra facere; barones regni mei Sclavoniae et potiores Transylvaniae in officio et in fide nostra sunt; inimici et proditores, quorum facultatibus adversarius meus efferebatur, circumspectant fugae et latebris locorum. Sanctitas Vestra propediem maiora audiet. Miseram praeteritis temporibus ad Sanctitatem Vestram nuncium et oratorem meum Hannibalem Carthaginensem, quem dudum istuc pervenisse intelligo: velit eum Sanctitas Vestra cum optata relatione ad me remittere. Intellexit praeterea Sanctitas Vestra, qua perfidia et proditione subditi mei praeteritis temporibus in me usi sunt, qui immemores non benefactorum solum, quae magna in eos contuleram, verum etiam fidei atque patriae, ob inanes promissiones ac vanam privati lucri cupiditatem omnia divina atque humana permiscuerunt. Ex quibus illi longe acerbius mecum egisse videntur, quos ex infima conditione ad ecclesiasticas dignitates et praelaturas regni mei assumpseram. Nam cum hi in fide vacillarent, qui aliis fidei et constantiae exemplo esse debebant: quid imperita multitudo faceret, quam aut timor,

aut studium novarum rerum facilius huc atque illuc impellit? Sed ex omnibus singulari in me usus est inhumanitate Paulus de Warda. Quem etsi probe noveram, quibus artibus ab ineunte aetate conditionem suam auxerat, credens tamen iam ad id rerum fastigium, quo ulterius progredi non posset, mea opera perductum, relictis prioribus moribus novam quandam naturam et novum vitae genus assumpturum, ad archiepiscopatum Strigoniensis ecclesiae, qui in regno meo prima dignitas est, promoveram et Sanctitati Vestrae in principio statim regiminis mei per litteras meas in eo archiepiscopatu confirmandum praesentaveram, quem nunc totis viribus instare dicunt, ut hac in re compos voti sui fiat. Quare Sanctitas Vestra etiam atque etiam consideret non solum officium ingratissimi hominis in patronum et benefactorem suum, sed etiam illud ipsum, quanta effusio christiani sanguinis opera ipsius et sodalium in regno meo facta sit, et quam mali sit exempli tam fluxae fidei hominem (ut caetera crimina praetermittam) fidelibus christianis praesidere, pastorisque eum ac praesidis officio fungi, qui in pastorem ac regem suum omnis perfidiae ac proditionis opera exercuerit. Sunt huic non dissimiles, quos ad episcopatus Quinqueecclesiensem et Chanadiensem promoveram, et item quidam alii, qui inimici nostri patrocinio sibi a Sanctitate Vestra confirmationem ambiunt, de quibus Sanctitatem Vestram per oratorem meum, quem propediem missurus sum, et de rebus omnibus, quas scitu dignas putavero, faciam certiorem. Interea Sanctitatem Vestram enixe rogo, ne hos inimicos meos in illis, quas dixi, dignitatibus velit confirmare. Certissimum enim est, aquam et ignem, contraria elementa, citius conventura, quam ego cum illis, qui vitae meae tam nequiter insidiati sunt, in regno meo aut conveniam, aut una maneam. Reliquum est, ut Sanctitatem Vestram Deus altissimus ad regimen et conservationem laborantis Ecclesiae suae sanam atque incolumem diutissime conservare dignetur: cui me uti filium obedientissimum humillime commendo. Ex civitate mea Lyppa quindecima Junii Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, Regnorum vero meorum anno tertio. Eiusdem Sanctitatis Vestrae Devotus filius Joannes Rex Hungariae m. p.

Koller, Historia Episcopatus Quinqueecclesiarum V. 215—218. *Theiner,* Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus I. Romae 1863. 604. l.

474.

Buda, 1529 június 18.

Zalaházy egri püspök, Serédi jó reményű ifjút a király különös kegyébe ajánlván, hódolatteljes örömét fejezi ki második fia születése fölött, ki — miután Magyarország királyának első szülöttje a tótországi herczegi czímet viseli — mint második szülött ősi szokás szerént erdélyi fejedelemnek fog mondatni.

Serenissime Rex... Seredi veniet ad Maiestatem Vestram et ea, que nunc scribi possent, referet; dignetur Maiestas Vestra bone spei iuvenem ac fidelem servitorem suum gratia sua regia ad virtutem capissandam magis ac magis incendere ac provocare; nam quantum adhuc licuit cognoscere atque etiam de futuro coniicere, non erit servus ignavus aut contemnendus Maiestatis Vestre liberorumque suorum serenissimorum.

Cum has scriberem, dominus Ladislaus Edasperger venit ad me cum nuncio, omni, que post natum serenissimum principem meum Maximilianum audire potui, iucundissimo: suscepisse Maiestatem Vestram alterum filium, salva et incolumi Reginali Maiestate... est quod etiam privato nomine gaudeam: natum esse mihi et familie fratribusque meis principem proprium ac peculiarem multis seculis desideratum, nam cum *Regis Hungarie primogenitus Sclavonie titulum habeat, secundus Dux Transilvanus a prima huius Regni et Regum nostrorum origine semper est habitus.* Precor immortalem Deum... Bude decimo octavo die Junii 1529.

Eiusdem Maiestatis Vestre

servus humillimus

Agriensis.

Egy iv papir egyik oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel, melynek gemmája egyszerűen egy bárányt mutat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. Jun. Nr. 71.*

Közli: Bunyitay Vincze.

475.

Gyula-Fehérvár, 1529 június 26.

Tordai Pál püspöki helytartó rosszalja, hogy Beszterce város tanácsa az egyházi hatóság mellőzésével néhány szerzetest, a köztük támadt czivakodások alkalmából fogságra vetett, és kéri, hogy az illetőket szabadon bocsássák.

Accepimus novissime, quosdam fratres religiosos occasione quorundam dissidiorum inter eos subortorum, per v. d. captos et

detentos esse... Dignum fuisset, ut delicta ipsorum primum nobis aut custodi seu provinciali ipsorum insinuassent et non ita praecipitanter... fines iurisdictionis... excedentes, ordinem et religionem scandalisassent... D. v. rogamus magnopere, quatinus... ipsos fratres religiosos... a captura et detentione... emancipare velint et dignentur... Ex Alba in profesto beati Ladislai Reg. et conf. 1529.

Közölve *Wittstock:* Reformations-Geschichte des Nösnergaues. Wien, 1858. 13. lap. Idézve *Fabritiusnál,* Pemfflinger Márk 96.

476.

Buda, 1529 június 29.

Báthori István nádor értesíti a királyt, hogy Zapolyay János a török császár elé indult, előre küldvén a váradi prépostot, Jánost, kinek a csanádi püspökséget adományozta. Küldte pedig azért, hogy megtudja, Nándorfehérvártt vagy Szendrőn vagy pedig Péterváradon fogja-e Jánost fogadni.

Sacra Regia Maiestas... Joannes Zapolyay[1] parat ire obviam cesari Turcarum more saltem curiali et petit sibi dari auxilium per nobiles in pecuniis et equitibus; premisitque nunc ad cesarem ipsum illum Joannem Baptistam prepositum Waradiensem, cui nunc episcopatum Chanadiensem Joannes ipse contulit, premisit autem ea ratione, ut resciat, si in Nandoralba vel Zenderew aut Waradinopetri Joannem conveniat. Hii rumores mentes omnium turbarunt ita, ut de salute ipsorum omnino quasi desperent... Hac hora advenit homo veridicus iudicis Zegediensis, qui aperte narrat antecessores belli iam ad locum Arpatharlo vocatum Sirimii adiacentem, qui a castro Petriwaradini tribus saltem et his quidem exiguis miliaribus distat, applicuisse... Ex Buda in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum anno Domini 1529.

Eiusdem V. S. Maiestatis

fidelis servitor
Stephanus de Bathor,
Palatinus et Locumtenens.

Egy mellékelt szelet papiron az előbbeni kéztől: Serenissime Rex, amore Dei supplico Maiestati Vestre: dignetur de conservatione arcis Wyssegradiensis graciose providere; corona enim Hungarie non solum Maiestati Vestre est necessaria, verum et liberis

[1] Tehát kortársai Zapolyay-nak hivták s nem Zápolyának, vagy Szapolyay-nak.

et heredibus Maiestatis Vestre. Ego autem testem invoco Deum vivum, quod non habeo, quibus conservationi illius provideam, quamvis solutionem castellani mei maxima cum egestate mea ordinavi, tamen nec pulveres, nec alia ad conservationem arcis necessaria habent.

Egy ív papiron a nádori s utóbb egy más veresviasz pecséttel is a zárlatán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jun. Nr. 114. 115.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

477.

Zágráb, 1529 június 30.

János zágrábi lelkipásztor írja a tridenti püspöknek, hogy a zágrábi püspök szívesebben viselné a turbánt vagy a mohamedán papi süveget, mint sem hogy a német vérnek engedelmeskedjék. A levélíró ezért csodálkozik, hogy a király oly kegyesen bánik a Szepesi János-féle pártosokkal.

Post humillimam commendationem Illustrissime et Reverendissime Princeps in Christo... Datum Zagrabie ultima Junii 1529.

Eiusdem Ill. et Rev. D. Vestre

perpetuus servitor
Jo[annes]
Pastor de Zagrabia.

Utóirat: Episcopus Zagrabiensis aperte et clare demonstrat et proprio ore dixit, quod libentius velit portare tombacum vel biretrum machometanum, quam obedire sanguini germano. Et Deus velit, quod efficeretur cito Turcus, quia iam renegavit fidem. Et admiror, quod Regia Maiestas tam benigne cum ista factione Joannis Scepusiensis tractat; nam de die in dies peius adoremus, et tanta benignitas plus nocet, quam prodest, apud Deum...

Kívül: Illustrissimo ac Reverendissimo Principi in Christo Domino Domino meo graciosissimo Bernardo Episcopo Tridentino, Supremo Cancellario serenissimi, invictissimi Hungarie et Boemie Regis etc.... In curia Sue Maiestatis.

Egy ív papir két oldalán, nem pecsétnek, hanem lekötött voltának nyomaival: négy lyukkal. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jun. Nr. 122.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

478.

Regensburg, 1529 július 1.

Ferdinánd király kedvesen veszi az egri püspök értesítését azokról, miket Ártándi Pállal végzett. Inti továbbá, hogy ez ügyet gyorsan lebonyolítani igyekezzék.

Agriensi. Ferdinandus. Reverende, devote, fidelis dilecte. Binas Devotionis tuę litteras de vigilia beati Johannis Baptiste accepimus, quibus clementer intelleximus, que devotio tua de Turco scripsit et per medium Protonis[1] cum Paulo Arthandi egit. Quę opera sua nobis est atque semper erit longe gratissima, si, ut solet, ab ea continuetur, nosque continuis horis de eiusmodi et consimilibus rebus in tempore in rem nostram facientibus admoneamur. Quas itaque Devotio tua misit litteras pro eodem Paulo expediendas, in presentiarum ad eam remittimus manu nostra propria subscriptas, quibus pro rei exigentia opportune, ut novit, utatur et negotium istud, quanto maximo possit studio et celeritate, conficiat, quo et in hoc deprehendamus, quanto opere Devotio tua contendat nobis parere et satisfacere atque etiam bene de nobis et regno mereri. Que denique item Devotio tua nostro nomine promiserit et in caput nostrum eam iurare oportuerit, ratum et gratum habebimus idque erga Devotionem tuam seorsim etiam omni gratia nostra recognoscemus. Ceterum volumus, ut Devotio tua omnino et mox investigare studeat de persona illa, quam apud nos esse ait, que nihil pretermittat in admonendo Turco et Johanne de actis et propositis nostris et quicquid quamque esse intellexerit, nos statim per litteras suas admoneat, nostram in eo expressam et meram executura voluntatem. Datum Ratisponę prima Julii 1529.

Fogalmazat egy féliv papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jul. 5.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Így minden rövidítő jel nélkül: de *u. i. 1534. Január. 87. sz. a.* van egy levél, melynek czime: Al R^do S. *Prothont^o* (Protonotario) Casale oratore Anglico et in Venetia.

479.

Csázma, 1529 július 2.

Simon zágrábi püspök Gerdák János körösmegyei szolgabirónak hírül adván, hogy János király tótországi országgyűlést hivatott egybe, felhívja, hogy a hatósága alá tartozó nemeseket és urakat Sz. Margit napjára Körösön megjelenni kötelezze.

Egregie Amice nobis dilecte. Quoniam Serenissimus Princeps et dominus dom. Joannes Dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. rex et dominus noster graciosissimus nobis per suas litteras firmiter mandavit, ut pro conservacione regni huius et omnium nostrorum unam generalem congregacionem in hoc regno sue Maiestatis universis dominis baronibus et nobilibus indiceremus; quare hortamur Amicitiam tuam, eidemque nihilominus authoritate regia sub pena amissionis omnium bonorum mandamus (prout et aliis iudicibus nobilium huius regni et comitatuum mandavimus), ut mox visis presentibus, universis dominis et nobilibus sub iudicatu tuo existentibus et constitutis authoritate regia mandare debeas, ut ad festum beate Margarethe virginis proxime venturum, omnes per singula capita congregationi per nos Crisii celebrande interesse debeant et teneantur, ubi et litteras sue Maiestatis in specie videbunt, et pericula illis (nisi tempestive providerint) imminentia abunde intelligent. Quodsi quispiam ex ipsis favore forte vel timore cuiuspiam non fecerit, quicquid damni et periculi exinde accipiet, non Regie Maiestati domino nostro gratiosissimo, nec nobis, sed sibi ipsi imputare in perpetuum debebit. Secus pena sub premissa non facturi. Datis Chasme in festo Visitationis gloriose Virginis 1529.

Simon,

Episcopus Ecclesie Zagrabiensis, Regni Sclavonie Locumtenens ac comitatuum de Posega, Simegiensis, de Baronia, Castriferrei, Tolnensis, Zaladiensis, Wesprimiensis et Albensis capitaneus generalis Regie Mattis.

Kívül: Egregio Johanni Gerdak de Filethyncz Judlium Comitatus Crisiensis, amico nobis dilecto.

Egy negyedív papir egyik oldalán, egészen egy kéz írása, zárlatán veres gyűrűpecséttel, melynek czímere a kerekes szarvas. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. VII. 8.*

Közli: Bunyitay Vincze.

480.

Buda, 1529 július 5.

A helytartótanács azon alkalomból, hogy a tótországi pártütők gyűlésre készülnek s arra Zerechen János és Kesserew Mihály is, ki a boszniai püspökséget nehány évig bírta, megindultak, Istenre kéri a királyt, hogy minden hadi készletével jöttön jöjjön el.

Serenissime Rex... Ceterum factio Sclavonica, quemadmodum dominus Petrus de Peren waywoda Transsilvanus nobis significavit, feria sexta proxime ventura in castra convenient; profectus est ad eos, quod idem nunciavit, Joannes Zerechen, preterea Michael Kesserew, ille, qui episcopatum Boznensem aliquot annos habuit. Maiestas itaque Vestra, per immortalem Deum oramus, festinet, veniat cum omnibus copiis et universo bellico apparatu quam citissime... Bude quinta Julii 1529.

Eiusdem Ser. Maiestatis Vestre

fideles

Locumtenens et Consiliarii.

Egy ív papir két oldalán, három veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jul. Nr. 22.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

481.

Buda, 1529 július 5.

A magyar helytartótanács esdeli Ferdinánd királynak Erdély fontosságát Magyarországra nézve és a legsürgősebben kéri, küldjön haladéktalanul erős sereget oda, különben elveszti.

Serenissime rex, domine clementissime. Post fidelium servitiorum nostrorum humillimam commendationem. Saepenumero Maiestati vestrae significavimus, in quantis periculis Transsilvania versaretur; supplicavimus instanter, ut providere dignaretur ac praesidia mitteret, ne quid mali illic oriretur. Quae dum differrentur, tanta calamitas illata est, ut parum desit, quin Maiestas vestra Transsilvaniam amiserit, quemadmodum ex exemplo litterarum Fukarorum, quod his inclusum ad Maiestatem vestram misimus, clare intelliget. Si, quemadmodum optabamus et petebamus, dominus Koczianer[1] cum copiis suis illuc proficisci potuisset, hoc vulnus et

[1] A lap szélén a bécsi udv. kanczelláriától: Transsilvaniae quam citissime providendum, mittendus Catzianer vel alius capitaneus.

hoc malum non recepissemus. Proinde Maiestati vestrae etiam atque etiam humillime supplicamus, ut priusquam hostis arces aut civitates expugnet, priusquam totam Transsilvaniam occupet, mittat citissime dies et noctes vel dominum Joannem Koczianer, aut aliquem alium capitaneum expertum cum validis copiis illis in auxilium. Nam si id non fecerit, etiamsi hostis loca munitiora expugnare non poterit, veremur, ne defessi malis et desperatione adducti se dedant. Quod si fieret, quod Deus avertat, profecto maximis copiis, maximis impensis vix illam Maiestas vestra recuperare posset. Nam utcunque Transsilvaniam Maiestas vestra aestimet: longe optima portio Hungarici regni est. Facilius Maiestas vestra posset Hungariam ex Transsilvania capere, quam Transsilvaniam ex Hungaria. Sclavonia quomodo se habeat, Maiestati vestrae hodie significavimus. Veremur, ne illinc quoque aliquid triste his diebus audiamus. His quoque et in omnibus aliis locis sumus in maximo periculo. Itaque Maiestati vestrae iterum atque iterum supplicamus, ut rebus omnibus consulat, acceleret adventum suum festinantissime, inprimisque Transsilvaniae provideat. Nam si illam vel Joannes Zapoliensis vel Moldavus occupaverit, facile auxilio imperatoris Thurcorum retinebunt. Deus optimus maximus Maiestatem vestram felicissimam conservet. Budae quinta Julii anno Domini 1529.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis vestrae

fideles

Locumtenens et consiliarii.

A levélbe helyezett, ugyanazon kéztől beírt papirszeleten:

Maiestati vestrae per immortalem Deum supplicamus, ne negligat quam citissime Transsilvaniae suae succurrere. Nam Transalpinus quoque waywoda paratas gentes habere dicitur et per Moldavum in Transsilvaniam expectatur. Si hic solus tantum potuit, Maiestas vestra considerare potest, quid futurum est, quum illius vires accesserint. Profecto misera Transsilvania ob suam fidelitatem maximam calamitatem passa est.

Kívül: Sacrae regiae maiestati, domino nostro clementissimo.

Eredetije a bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár «Hungarica» osztályában. — Közölve: Archiv des Vereines für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. XXVI. (1895.) 671. l.

482.

Bécs, 1529 július 10.

Stoss András kármelita provincziális ajánlja Eperjes városa jóindulatába ott levő konventjöket és az egyetlen kármelita szerzetest, a ki még ott maradt, miután a többiek a töröktől való félelmökben szétfutottak.

Andachtigs gepett und unser gantz guettwilligkayt zw vor. Ersamen, fuersichtig, weys gunstig lieb Herrn. Als die vergangen Zeit aus einem erschreckhen des ainfals des grosen Tirannen des Türken in Ungern, vill von Haus, guett, auch weyb und Kind geflochen, in soliche Flucht sich Brueder Wolfgang Erbare Prior bey euch mit etlichen Brudern ausgeben und sich gethon, nur Bruder Hansen allein im Closter gelossen. Daran wier mit ainer ganzen Prowintz kain Gevallen tragen; er sich wor uns entschuldiget, durch dermassen angezayget, als er nichts mitt gen dem Closter zwe gehörendt habwerk gefuerdt, und was dem Closterlein ist zuwesen, als die silberne Clainet, ewr Herschafft und weyshait zw iren handen genummen in gewar, daran auch nitt vbel gethon, sunder dem Closter zu guett. Demnach auff sein anzaygen unser vorforder Bruder Achatz an sein statt verordent, der dan auch von ewr herschafft abzogen ist. Grundliche ursach bayder abzug ist uns und unsern Vayttern der Prowintz bis hieher durch ewr weyshait und Bruder bey euch in Closter noch nitt gar enteckt. Solichs alles ist in gemayner wersamlung und Capitel den ailfften tag des monath April zw Wiertzburck gehalten in disem gegenwaertigen Jar, betracht ainen guten Hawswater und Prior verordent; so wier aber selbs gen Wienn sünd komen und erfaren haben ewren Radthfreudt mit sampt ewren Stattschreiber, wie woll wier des genuetz zw inzugen gewesen sindt, solichs uns nitt gestadt, sunder in aygner person zw uns gefuegt, unser anbringen, wie oben erzelt und begriffen ist, gehorsam und diemuetiklich aus ieren Zuchem angenomen ewr Herschafft treulichen anzuzaygen, und dises unser Schraiben mit mundlicher erclayrung ewr weishayt uber zu ambuerden, wie woll wier genaygt werden in aygner person zw erscheinen; dieweyll sich die sach also ist zwetragen, sendt der zwe wersicht, ewr weyshaitt werden dise sach des Closterlein betrepfendt dermassen und also bedencken, auch ewr ambuerdt und undterricht in unser Closter zw Wienn uns zw schicken, damitt wier uns darnach wissen zw richten und ewren gutten willen und gunst den Vayttern

der Prowintz anzeigen,[1] auch mitt ainen Prior und mer Brudern, wo es will nott sein, zw versehen. Auch Bruder Wolffgangen, der erbar ain zeitt bey ewch Prior ist gewesen, so er sich in seinem regimendt und abzug dermassen nitt gehalten hiedt, wie sich gepuerdt, nachdem wier won ewr weishaytt unterricht entphachen, nitt ungestrafft wollen lassen. Wöllen auch hiemitt uns und das arm Gotteshaus und Bruder Hansen wleissig entpholen haben, die der ewig Almaychtig Gott wor Feindten und aller widerwayrtigkait behütten wolle. Geben zu Wien am 10 tag July des 1529. Jar.

Ewr Weyshaytt und Herschafft

Bruder Andreas Stoss,
der Rechten Doctor und Prior Provincial des Ordens unser Frauen Bruder von Berg Carmelo in Ober Teutschen und Ungerlande, andächtiger Furbitter.

Wagner: Diplomatarium Comitat. Sáros. 552—553.

483.

Budweis, 1529 július 16.

Ferdinánd király meghagyja Rauber Miklós trieszti kapitánynak, hogy Simon modrusi püspök lefoglalt egyházi jövedelmeit szolgáltassa ki s azok élvezetében őt többé ne akadályozza.

Ferdinandus — Conquestum est nobis pro parte reverendi Simonis, episcopi Modrussiensis, sibi superioribus annis redditus et proventus ecclesiae suae arestatos esse, nec adhuc relaxari; nobisque eius nomine humillime supplicatum exstitit, quatenus sibi in consequenda proventuum arestatorum relaxatione gratioso patrocinio et favore nostro adesse dignaremur. Eius itaque precibus inclinati, vobis committimus, ut omnes fructus eidem episcopo provenientes dimittatis eumque illis uti et frui de cetero nequaquam impediatis, excepto frumento, quod eum in vim mandati generalis, alias a nobis emanati, exportare non permittatis; sed si hoc in patriis nostris vendere voluerit, contenti sumus, ut pecuniam ex eo congestam secum asportare possit, atque identidem sibi liceat, si frumentum intra patriarum nostrarum limites consumere velit. Nostram

[1] Quid reposuerint Eperiesinenses? numve Carmelitae in suum coenobium rediverint? in obscuro est. Mihi interea videtur, abhinc nulli eam urbem conspectam esse. (Wagner jegyzete.)

in iis omnibus exequuturi voluntatem. Datum Budvicii, die XVI. mensis Julii, anno dom. MDXXIX. regnorum nostrorum tertio. Ferdinandus m. p. Ad mandatum Ser. D. regis in consilio Joan. Maius m. p.

Katona, XX. 437.

484.

Znaim, 1529 július 19.

Oláh Miklós levele Henckel Jánoshoz.

Részvéttel értesült, hogy Boroszló mellett rablók kezeibe esett, kik lovától is megfosztották; de örvend, hogy legalább más baja nem történt. «Jacturam rerum compensabit corporis incolumitas.» Jó, hogy minden értékesebb holmiját magával nem vitte: különben az Erasmusnak szánt serleget is elvették volna tőle. Mihelyt ügyeit rendezte, siessen vissza. A királyné száz aranyat rendelt számára Boroszlóban kifizettetni. «Regina, ut fuit semper in te benigna, nunc quoque erga te benevolentiae indicium declaravit; iussit enim, ut Sawormanus centum ducatos Wratislaviae numerari tibi curaret. Quos istic ab ipsius liberis accipies. Vale. Znoymae 19. Julii. Anno 1529.»

Közölve *Frankl:* Henckel János stb. 25—26. ll. *Ipolyi:* Oláh Miklós levelezése (Magyar tört. emlékek. I. Oszt. 25. k.) 14. l.

485.

Buda, 1529 július 21.

A helytartótanács értesíti a királyt azon mély irtózatról, melyet a visszatérő Katzianer borzalmas kegyetlenkedéseivel és fosztogatásaival Felső-Magyarországon előidézett.

Serenissime Princeps... Dominus Catzianner nunc redeundo, quam alienationem fecerit in partibus superioribus, quamve et modo tyrannidem exerceat: dictu horendum est, et apud omnes detestabile. Nulli enim parcit, non ecclesiis Dei, non earum sacerdotibus, non etati, non sexui, sed citra discrimen aliquod permisit in omnes licentiam impune seviendi; bona pauperum Maiestatis Vestre fidelium violenter auferuntur et plurimi interficiuntur, sacerdotes capti tormentis afficiuntur; infinite sunt lachrime miserorum palam ubique clamantium: hostes ipsos magis laturos, quam istos, quos

predicabant ad regni defensionem et eorum salutem, pacem et quietem missos esse. He impietates et malefaciendi licentia, si per Maiestatem Vestram non reprimetur, avertat quidem Deus, timemus tamen, ne Deo clamoribus pauperum exacerbato, videamus rerum, quas Maiestas Vestra molitur pro defensione nostra, infelicem exitum... Datum Bude 21. Julii anno 1529.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fideles servitores

Locumtenens et Consiliarii.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Domino nostro clementissimo.

Egy mellékelt szelet papiron ugyanazon kéztől: Gentibus autem, quas Maiestas Vestra missura est, preficiat loco Catzianner alium capitaneum; hunc enim si miserit, nescimus quid commodi regno et eius subditis adferet; progredientem ubique non secus fugiet omnis populus, quam Thurcum ipsum. Qui [Catzianner] asvetam predationem et rapinam suorum asvetus est adeo, ut ab ea sese continere minime poterit, nec a Deo ipso propterea in rebus gerendis tandem prosperabitur.

Egy ív papirnak három oldalán, zárlatán két veresviasz gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jul. Nr. 81.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

486.

Buda, 1529 július 22.

Mihály kalocsai prépost jelenti a királynak, hogy a kalocsai kastély őrségét sem ő, sem a káptalan tovább nem élelmezheti; kéri onnan való elhozatalukat.

Serenissime princeps et domine domine clementissime.

Post obsequiorum meorum debitam et perpetuam commendationem. Si aliud nihil, quam fidelitas illa, quam exhibui in captivando proditorem Lucam literatum superiore anno, ferentem litteras ad imperatorem Turcarum, pulsasset ad ianuam Mtis V., illa sola debebat invehere seu admittere preces et supplicationes meas lachrymis inspersas ad conspectum Mtis V. Supplicavi namque satis superque, pene usque ad fastidium, pro conservatione munitionum Colocensium, que, quod Deus avertat, forte hinc ad octo dies venient ad manus hostium. Supplicavi et dominis came-

rariis penes litteras Mtis V., parva exhinc utilitate reportata; supplicavi et dominis consiliariis eiusdem cum declaratione, quam in periculosissimo loco sita sit Colocia; preces tamen meę et supplicationes nullius extiterunt momenti. Heri quidam ex fratribus meis una cum iudice Colocensi venerant ad me huc Budam, qui ultimum vale dixerunt loco illi, protestantes in eorum ac etiam aliorum capitularium et peditum, qui huc usque munitiones illas custodierunt, personis coram magnifico domino palatino et reverendissimo domino archiepiscopo Strigoniensi ac aliis dominis: se amplius pre maximo timore ibidem diutius non posse durare, presertim videntes reliquias nazadarum ascendisse Budam, fugere insuper ex ista parte Danubii nobilissima oppida Batham, Keztewlcz, Zeek, Echee, Ebes, Sexardiam, Tholnam, Pakos et alia innumerabilia; audientes etiam Ezek ad rippam Drawe istis diebus venisse ad manus Thurcarum. Si nazadistis iusta solutio fiebat, hec ruina in regno Mtis V. non fuisset subsequuta. Jam Danubius absque ulla custodia pervius est hosti, nemine prohibente, etiam si naviget Wiennam usque. Videbit M. V. (quod Deus avertat), quam perniciem toti regno Mtis V. ammissio Colocie afferat. Testatum et ego facio, sicut et alii sepius, pace Mtis V. sit dictum, coram Deo et hominibus: Colociam non mea aut fratrum meorum negligentia et incuria perire. Et quum hec scriberem, supervenerunt iudices de oppido Tholna ad reverendum dominum prepositum Albensem, declarantes oppidum ipsum habitatoribus vacuum, insuper defectionem principalium comitatuum regni Mtis V., addentes et hoc, quod Turci per factiosos haberent in regestris nomina illorum, quorum bona et possessiones deberent in predam converti et tandem comburi; de hac re credo eundem dominum prepositum latius Mti V. scripsisse. De statu regnorum Transsilvanie et Sclavonię et incendio, quod ibidem obortum est, intelliget M. V. ex litteris dominorum; sufficiat mihi Mti V. de sola Colocia rescripsisse; sufficiat etiam me et fratres meos famem et terrores ibidem hucusque infracto pectore absque ulla spe mercedis tollerasse. Si itaque M. V. voluerit munitiones illas salvas conservare, a modo deinceps munitiones ille sint cure Mti V., nam ego et fratres mei non sumus sufficientes illas diutius conservare, presertim si interea illas hostis noster subingrediatur; soli hactenus fuimus, qui nos ipsos extremo periculo obiecimus, sed iam fame et terroribus et ultimum hoc, quod maximum est, desperatione fracti, ibidem neque nos, sed neque populus amplius durare possumus, pedites in illa vastitate etiam unico die absque solutione non solent durare. Mtem V. Altissimus reducat nobis

quam citissime incolumem ad defensionem huius laceri regni sui. Ex Buda XXII Julii 1529.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

fidelis capellanus
Michael,
prepositus Colocensis.

Kívül: Sacre Maiestati Regie Domino suo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jul. 88.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

487.

Buda, 1529 augusztus 3.

Báthori András királyi tárnokmester felküldi a királynak Frangepán Ferencz szerzetes és István doctor azon leveleit, melyeket János vajdának és társainak írtak és a melyeket az ecsedi őrség elfogta Tardy Mihály pécsi kanonok és főesperesnél találtak.

Serenissime Rex... quidam presbyter canonicus et archidiaconus Quinqueecclesiensis, nomine Michael Tardy, portabat quasdam litteras cum una ligatura satis magna de Nalyab ad Joannem Zapolyay, quas miserat frater Francicsus de Frangepanibus et Stephanus doctor eidem Joanni et suis complicibus, quem nostri servitores in castro Eched existentes captivarunt et nunc captum tenent in eodem castro Eched; litteras vero, quas portabat, eidem Maiestati Vestre misimus omnes in specie... Datum Bude tertio die Sancti Petri Apostoli 1529.

Eiusdem Vestre Maiestatis

fidelis servitor
Andreas de Bathor,
Tavernicorum E. M. Vestre Magister.

Kívül: Serenissimo Domino Domino Principi Ferynando (így) Regi Hungarie et Bohemie etc. Domino nostro clementissimo presentetur.

Egy ív papir mind a négy oldalán, fölötte elhányt irás, zárlatán a Gútkeled-féle czímeres, veresviasz pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. jul. Nr 1.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

488.

Kalocsa, 1529 augusztus 12.

A kalocsai káptalan megírván Mihály kalocsai prépostnak Budára, hogy utolsó filléréből is kifogyott, az odamenekült nemesség eltávozott, a nép is elvonulófélben van, azt jelenti, hogy ez utolsó levelére nem várván meg a választ, a veszély beálltával maga is elmenekül.

Reverende Domine nobis colende. Hodie in consistorio nostro fere per trium horarum spatium bursas nostras examinavimus de et super expensis, ut alterum ex nobis, iam in extremo periculo positi, ad Vestram Dominationem Reverendam mitteremus, et cuncti de nobis dicebant, quod non essent domini unius denarii. Post multa certamina et disputationes varias expensas minus sufficientes huic magistro Urbano, fratri et ultimo nostro nuncio ad VDR^{dam} per nos destinato vix ordinare potuimus, qui clarius et expressius, quam nos scribimus, imminens nostrum et ecclesie istius, iimo totius terre atque districtus periculum oretenus referre poterit. Omnes enim nobiles et ignobiles, qui huc Colochiam cum eorum rebus confugerant, territi, iam hinc recesserunt per Danubium traiicientes. Locus iste illis presentibus populosus esse videbatur, modo decedentibus illis desolatus apparet, iimo nichil superest, nisi vastitas et horror in hac terra. Incole etiam istius misere civitatis, rebus ipsorum paucissimis curribus ac navibus impositis, lacrimabiliter omnes recedere parant et multi eorum iam recesserunt. Non habemus illos retinendi auctoritatem neque retinere audemus, etiam si retinere possemus, ne una nobiscum pauperes et ipsi pereant, cum nullam videmus defensoris faciem. Nulla infra nos, sed nec quispiam a dextris vel a sinistris preter nos est hostibus preda. Nisi nobis citius succurratur (si interim quam iste magister Urbanus frater noster redierit, non peribimus), post ipsius reditum, quem adiuratum habemus, ut citius revertatur, non expectans relationem Budensem solitam, mox necesse est nobis, ut omnes consurgamus et inde recedamus. Cetera dicet magister Urbanus frater noster. Hic, hic est ultimus nuncius, hee sunt littere nostre lacrimabiles et novissime ad VDR$^{dam.}$ quam bene valere optamus. Colochie feria quinta proxima post Tiburtii anno Domini 1529.

Capitulum ecclesie Colocensis.

Kívül: Reverendo domino Michaeli de Alba Regali, preposito ecclesie Colocensis etc. domino nobis colendo.

Egy kis félív papir egyik oldalán barnaviasz, régi huszas-naggságú zárópecséttel, melynek belső mezején Szent Pál apostol mellképe látható, kezében a karddal; a köriratától kibetűzhető ennyi: ... DECANATVS ... — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. ápr. No. 17.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

489.

Kalocsa, 1529 augusztus 14.

Bayay Ferencz nagy aggodalmában még egyszer sürgeti a segítség küldését, minthogy már a kis számra leolvadt gyalogosok is, látván miként menekültek el a helységből a lakosok, miként ragadta el ezek közül a fegyverfoghatókat a pestis, maguk is kétségbe estek.

Reverende domine. Forsitan magister Urbanus obliviscetur loqui DVR[de] inter cetera sibi ad referendum commissa de peditibus; nam pedites in castro et domo DVR[de] sunt tantummodo ad presens XII. Nunquam fuerunt adeo necessarii, quemadmodum nunc, pedites, pixidarii plurimi. A colonis audio sepius, quomodo conqueruntur, quod in fine perditionis pedites etiam essent dimissi. Bene hoc quoque constat DVR[de], quod ex nostris jobagionibus omnes illi, qui pixides et arma tempore necessitatis summere poterant et se peditibus iungere parati erant semper, mortui sunt in preterita peste. Vespere quidam captus de medio Turcorum reversus est huc Colochiam et retulit, quod ex ore cuiusdam turci waywode specialis audivit, quomodo idem ipse waywoda personaliter in festo Pasce fuisset hic Colochie et vidisset propriis oculis in ecclesia divi Pauli apostoli omnia, que facta sunt etiam in matutinis et per totum diem postea, quod altero die venisset ad Pathaii et illic quoque stetisset per totum diem et ibi ad latus ecclesie in pariete ab extra cum creta rubea scripsisset, quam nemo legere scivisset. Si quid igitur pro nostro statu et defensione DVR[da] efficere potest, celeriter faciat, alias sine dubio locus iste statim manebit vacuus et hostibus ad habitandum relinquetur. Isti pauci pedites sunt valde timorosi, videntes, quod omnes auffugiunt et soli ipsi manebunt. Sepius consolatus sum eos et quantum potui assecuravi, quod statim multiplicarentur, sed omnino desperant. Alia dicet magister Urbanus. Colochie sabbatho post Tiburcii anno domini 1529.

Valde ego timeo super hoc, quod cum me viderint cum

magistro Stephano transeuntem ad Kezthewlcz, ne magis terreantur et omnes auffugiant; si secus fieri posset, profecto nollem nunc, et presertim interim quod magister Urbanus revertitur, aliquo transire.

Franciscus Bayay,
etc. servitor et capellanus raptim.

Kívül: Reverendo domino meo Michaeli preposito Colocensi etc. domino colendissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, zöldviasz gyűrűpecséttel lezárva. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. ápr. 81.*

Közli: Bunyitay Vincze.

490.

Béla-vár, 1529 augusztus 15.

Balázs bélai és babócsai apát a bélai apátsághoz tartozó aparóczi kastély visszaváltása végett János «zyrcz»-i körösmegyei plebánostól kölcsön vesz 25 frtot és ennek zálogául évi 2 frt bérért átenged neki «Zyrcz»-en másfél telket.

Blasius abbas de Bela et de Babócsa a parocho de Zyrcz (Szirács) 25 flor. mutuum levat ad redimendum castellum abbatiae de Bela.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. nr. 11.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

491.

Znaim, 1529 augusztus 31.

Henckel János Szebeni Miklós mestert, beszterczebányai plebánost értesíti, hogy ügyükben eljárt s hogy helyzetével nagyon meg van elégedve.

Venerabilis domine et frater observande. Salutem et mei commendationem. Egi negotium vestrum, apud Serenissimam reginam Heram meam ea, qua potui, diligentia, curavique quam primum hunc hominem vestrum cum litteris remittere. Si in maiori possem Dominationi Vestrae Venerabili inservire, facerem quam libentissime. Vivo hic studiis meis, omni domestica cura, alijsque, quae illa interturbare possent, seclusis, nec vellem hanc conditionem magnis ecclesiasticis beneficijs commutare. De quo, aliisque rebus, lator praesentium poterit Dominationem Vestram Venerabilem

plenius informare, Commendo me contemplationibus vestris. Ex Cznam Die ultima Augusti Anno dominj 1529.

Serenisssimae Mariae, Reginae Hungariae et Bohemiae etc. viduae a sacris concionibus confessionibus et consilijs
Joannes Henckel.

Kívül: Venerabili Domino Nicolao de Cibinio Artium bonarum Magistro Parrocho Ecclesiae novi Soliensis. Domino et fratri honorando.
In novo Solio.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. f. 306. nr. 25.

Közli: Timon Ákos.

492.

Aszaló, 1529 október 9.

Szenthy István (?) mester sürgeti Antal kassai plebánost, hogy intézkedjék a szüretre nézve, mert úgy értesült, hogy Tornallyay Jakab ispánja akarja szőllejét leszüretelni.

Venerande domine, domine colendissime. Post servitiorum meorum commendationem. Quemadmodum ego me coram véstre d[ominationi] v[enerande] obtuleram, sic profecto totis viribus omnem prestiti diligentiam, si quo pacto vestre d. v. possim servire, quatenus vina sua ex nostro territorio possit domum reportare. Hactenus tamen quicquam prestare nequivi, ex quo nec procurator vinearum vestre d. v., nec aliquis alter ad me venit, qui mihi rem totam significasset, qualiter negotium vinearum suarum haberetur, quamvis enim intellexi, quod quidam Petrus ispan de Zykzo, servitor domini Jacobi Tornally, vellet vineam vestre d. v. vindemiare. Ego superinde locutus sum etiam domino Johanni Kallay sub isto colore, quod si nollent permittere, ut vestra d. v. fructus illarum vinearum habeat, saltem velint habere respectum aliquem[1] ad dominum Johannem Henkel predicatorem reginalis Maiestatis, qui certam partem fructus huiusmodi vinearum ex quadam concordia quibusdam fratribus suis deputasset. Intellexi enim, quod nec idem Johannes Kallay, nec Arthandi contra reginalem ipsam Maiestatem et eius servitores aliquid mali vellent attentare, qui tamen Kallay relegavit me ad ipsum dominum Arthandi, cum quo licet personaliter adfui,

[1] E szó áthúzva.

superinde tamen nolui prius aliquid loqui, quam vestre d. v. significarem. Idcirco velit iam rebus suis vestra [d.], si qua fieri poterit, subvenire et mihi superinde aliquid cum certis novitatibus scribere. Si igitur vestre d. videbitur, ego mittam hominem meum ad ipsum Arthandi et tentabo eius animum. Novitates, quas habui, notas feci domino iudici et civibus et credo, quod cum vestra d. v. communicabit. Ex Azalo in festo beati Dionisii anno etc. 1529.

M. S. Z.

Kívül: Venerando domino Anthonio etc. plebano civitatis Cassowiensis, domino meo colendissimo.

Eredetije papiroson, zárlatán zöld pecséttel, Kassa v. ltárában. Közölte (ápr. 7. hibás keltezéssel) ifj. *Kemény* Lajos: Történelmi Tár. 1890. évf. 386. l.

493.

Aszaló, 1529 október 10.

Szenthy István (?) úgy látszik németpárti kanonok tudatja Benedek scopii püspökkel, hogy két Czibaktól kinevezett váradi kanonok megérkezett Aszalóra a bor-kilenczed beszedésére és nekik semmit sem akarnak adni. Árthándy Pál tokaji kapitány egyezkedésre utalta őt. Utasítást kér.

Reverende Domine colendissime, post salutem et meorum servitiorum commendationem. Dominus Czybak de Buda rediit ad Waradinum, et quamvis nullus ex illis dominis capitularibus ad Azalo ad presens vindemium ascendere audebat, tamen ipse animavit eos, et duo ex illis canonicis, quos ipse creavit, venerunt huc ad Azalo, unus eorum est Magister *Valentinus* de *Orozthon*, qui prius fuit *Rector Schole Waradiensis;* alter vero vocatur Magister *Stephanus de Iloswa*, qui fuit Rector altaris de Thelegd, et sunt nunc hic pariter mecum in decimatione nonarum vini, qui quamvis eo venerant animo, ut me et etiam Vestram Reverendam Dominationem penitus ex hac nonarum exactione excluderent; adduxerunt etiam litteras domini Pauli Arthandj, qui nunc est in Thokay, ad nostros colonos de Azalo, ut eos, veluti dominos eorum naturales, audiant et illis obediant in omnibus; ego tamen postquam litteras Vestre Reverende Dominationis accepi, ad dominum Paulum Arthandj accessi et eidem iuxta informationem Vestre Reverende Dominationis plura supplicavi, ut nostre expense ex hac vinorum nonalium solutione redderentur, quia ego et Vestra Reverenda Dominatio iam ab uno integro anno et mensibus fere quatuor

multas fecimus expensas, et interea nihil ex proventibus nostris habuimus. Idem igitur dominus Arthandj scripsit illis duobus fratribus et eisdem etiam authoritate regia mandavit, ut ego sim unus ex decimatoribus nonarum pariter cum ipsis et quod expense necessarie, pro vasis et aliis negotiis capituli facte, solvantur. Qui canonici licet admiserunt me, ut et ego pariter negotium nonarum cum ipsis agam, tamen non plus, quam portionem meam et expensas meas pro vasis factas, intendunt restituere, de aliis vero expensis nostris, quas sub predicto tempore fecimus, videntur parum velle curare; volebant tamen intelligere quantitatem expensarum nostrarum, tamen ad hoc nec ego penitus respondi, quia nescio summam expensarum Vestre Reverende Dominationis. Quid igitur nobis sit faciendum? Vestra Reverenda Dominatio curam gerat et det mihi informationem et auxilium prestet, et cito fiat, quia periculum erit in mora. Mihi enim videretur, quod none vinorum pro media parte cederent ad expensas nostras, et alteram medietatem ducerent ad Waradinum, licet non equarent expensas nostras etiamsi omnes nonas acciperemus. Et superinde scriberet et mitteret Vestra Reverenda Dominatio hominem suum ad dominum Arthandj, ut pateretur hoc modo vina illa pro media parte ad expensas nostras deputari; quamvis enim ego superinde locutus sum eidem domino Arthandj, ipse tamen dixit, quod superinde nos pariter cum illis canonicis concordemus, cum quibus certe difficile poterimus concordare, si non aliunde remedium prestabitur.

Item scribit mihi Vestra Reverenda Dominatio de quodam certo Michaele, officiale vel plebano de Hecze, quod ab eo mihi litteras miserit et informationem de singulis negotiis. Ego hucusque nec hominem, nec litteras et informationem vidi.

Item scripsit etiam dominus Arthandj illis canonicis fratribus, quod ego hucusque non fui, nec sum infidelis, propter quod meis deberem spoliari, et quod quamprimum reverteretur, vellet omnino negotium nostrum apud Czybak ordinare. Et mihi quoque obtulit omnem bonam suam voluntatem. Scribat igitur quamprimum iterum eidem Vestra Reverenda Dominatio, qui si voluerit, poterit mandare, ut none prescripte pro medietate nobis cedantur. Utinam, prout Vestra Reverenda Dominatio scribit, nos, qui nunc meremus, in futurum aliquando gauderemus. Scribat igitur rursus Vestra Reverenda Dominatio et certiorem efficere dignetur de omnibus novitatibus, e quibus aliquam possim captare consolationem. Hic ubique proclamatur passim, quod cesar Turcorum sit Vienne et iam actum esset de rege Ferdinando; item dominus Arthandj a

Gewncz usque Thokay fecit ubique vineas alemanorum colligere et ad Thokay deducere. Ex Azalo, die dominico post [festum] Dionisii, anno 1529.

Stephanus (?) Zenthy.

Kívül: Reverendo Domino Benedicto Episcopo Scopiensi etc. Domino meo colendissimo.

Eredeti, egy félív papiron, zárópecsét maradványaival. — *Kassa városa levéltára: rendezetlen rész. 1527—1549.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

494.

Segesvár, 1529 október 16 után.

Petrus de Rupe segesvári domonkosrendű perjel hevenyészett emlékirata a mohácsi vészt követő állapotokról; nevezetesen az erdélyi szászok szenvedéseiről, a lutheranizmus terjedéséről és szerzete szorongattatásairól.

Item Anno Christi 1529 fuerunt tempora multum periculosa ferme per totam Christianitatem. Nam Roma spoliata est 1527. per exercitum imperatoris Carolj, qui imperator continua gessit bella contra christianum regem Francie; prostravit et vinculis ipsum ligavit. Rex vero Ludovicus, rex Vngarie, fraudenter (így) occubuit post stragem, quam cum thurco habuit in regno suo. Nam Johannes de Zapolia comes Ciculorum et wayvoda transsilvanus se ad certamen et ad pugnam cum populo collecto absentavit et regni apicem per phas et nephas sibi usurpavit; et hoc anno 1526. Quem Ferdinandus rex de sede Budensi potentia eiecit atque gubernacula regni cum corona suscepit, cum maxima iactura totius provincie. Perinde regnum divisum est. Una pars Johannem regem favore et defensione prosecutus (így) est, altera pars Ferdinandum. Quare ipse Johannes de Zapolia rex potentia ipsius caesaris Thurcarum in statum et locum restitutus est atque dignitatem pristinam. Qui imperator ascendit versus Austriam, et quicquid ibi actum cum eo fuerit, relinquo narrandum, quia quousque nil certi scribere potui. Item ab hijs perturbationibus ipsa Transsilvania expers fuit minime. Nam Moldaviensis, fretus auxilio Thurcorum et Tartarorum, venit cum valida potentia ad Transsilvaniam 1529. eo tempore, quo caesar Thurcorum ascendit versus Vyennam, et conflictum habuit cum comite Valentino Thürk Thömeswariensi et infinitum populum interemit atque spolia secum in terram Moldaviensem transduxit, postravitque totam Transsilvaniam. In quo certamine et pugna

episcopus Scanadiensis interfectus est. Denique iterato prope festum S. Galli exivit et wyllas igni combussit; quis vero finis, novit ille, qui sidera regit. Malunt potius homines mori, quam vivere. Dum ista scripsi, egit pugnam, volens Brassoviam sibi subiugare et Bystriciam. Ideo finem rei ponere non possum. Insuper concio Ciculorum per totam Transsilvaniam debachati sunt Saxones. Villas combusserunt, necnon 400 domos in Segeswar, tollentes spolia multa nimis; qui etiam evocarunt wayvodam Moldaviensem atque Transalpinensem contra Saxones, et sic ipsi Saxones non habentes ex aliquo auxilium, solum ex Deo. Denique obsederunt castra et oppida atque civitates, videlicet duarum sedium, quarum dominium ipsis occupaverunt et ad presens obtinent, atque fortalitium in Stolczenburch et alia multa nimis, que narrare poterunt cuncte nationes et filii eorum narrabunt filiis suis in generationes alteras. Et hoc non sine causa. Nam sicut peccatum primorum nostrorum parentum nos deiecit in hanc vallem miserie et perturbationis: sic peccatum nostrum nobis ista generavit. Hiis namque diebus neque amor neque timor Dei in cordibus nostris est. Inherent ferme singuli doctrine erroris Martini Luter, mandatum Ecclesie contempnentes atque ministros, carnes feriis sextis atque quadragesimali tempore vorantes ac comedentes necnon lacticinia, excommunicationes vilipendentes atque pro nullo estimantes, famulos Domini persequentes, Sacerdotalem (?) pariter: ipsos quoque bonis ipsorum spoliantes, de quibus dicit Deus: Nolite tangere Christos meos etc. atque Apostolus: Qui vos perturbat, portabit iudicium etc. Denique sacra nostra religio multis perturbationibus vexata est. Prior conventus, fr. Vitalis, cum socio Cibiniensi incarceratus in loco tenebroso est per magistrum civium civitatis Cibiniensis, sine ullo delicto. Insuper publicum edictum habentes, ut dimisso loco, extra civitatem se transferrent. Preterea et iste conventus passus est non parvam iacturam. Nam tribus vicibus manu hostili populus communis ingressus est, volens inferre violentiam fratribus: sed benigno responso accepto ex priore, redierunt ad sua, nil mali alicui inferentes. Sumus tamen coacti magnam colere patientiam. Insuper alium querentes modum civitatenses petentes XXV marcas argenti de sacristia, sed iterum preventi cum pia exhibitione, ut tollerent que viderent superflua, nil tulerunt. Igitur qui legerit ista, penset, que passi sunt fratres nostri. Quia non est locus in contrata preter conventus Odwarhelensem et Albensem, qui non timuit exterminium fratrum; et hoc anno 1529. Ista cursive ponere volui Ego fr. Petrus de Ruppe, Prior

domus, et recondere in muro in scrutinio pro memoria futurorum, petens humiliter quicunque repererit, revolvat mente sedula hoc maximum malum, quod perpessi sumus nostris in diebus. Denique omni hora timemus nobis inferre (így) mortem, dicentes cum Apostolo: Mihi vivere Christus est, et mori lucrum etc. Gloriari nos oportet in eo, qui nos per illa ad se vocare dignatus est.

Ez emlékiratot 1859-ben fedezték fel a segesvári egykori domonkosrendi templom padlásán, két kő közé egy bádogszelenczében befalazva. — Először közölte *Fabritius* Károly: Archiv des Vereins für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. V. 27—29. ll.

495.

Buda, 1529 október 19.

János király László pécsváradi apátot apátsága békés birtokában megtartatni rendeli.

Nos Joannes, Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus per praesentes: Quod nos cum ad supplicationem nonnullorum fidelium nostrorum pro parte fidelis nostri venerabilis et religiosi fratris Ladislai, abbatis ecclesiae Péchváradiensis Maiestati nostrae factam, tum vero certis aliis bonis et aequis respectibus moti, eundem fratrem Ladislaum abbatem in pacifico dominio ac possessione eiusdem abbatiae suae Péchváradiensis relinquendum duximus; imo relinquimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis, magnificis, egregiis et nobilibus ac ignobilibus, signanter vero magnifico Joanni Zerechen de Meztegnyew, comiti comitatus Tolnensis, consiliario nostro, ac egregio Bernardo de Baxa, administratori proventuum episcopatus ecclesiae Quinqueecclesiensis, cunctis etiam aliis cuiusvis status et conditionis hominibus, praesentium notitiam habituris, harum serie firmissime committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus habita praesentium notitia, nullus omnino vestrum praefatum Ladislaum abbatem in persona rebusque ac quibuslibet bonis et iuribus possessionariis abbatiae suae praedictae impedire, turbare et molestare, seu quavis modo damnificare, aut se in proventus eiusdem abbatiae suae qualitercunque ingerere, vel illos pro se usurpare et occupare quovis modo praesumat, nec sit ausus modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. Si qui autem ex vobis aliquam partem proventuum huiusmodi abbatiae pro se ipsis iam de facto vel occupassent vel recepissent, eidem abbati statim absque omni difficultate et tergiversa-

tione aliquali remittere ac restituere modis omnibus debeant et teneantur, ac quilibet vestrum debeat ac teneatur. Secus igitur sub gravissimae indignationis nostrae poena facere nullo modo praesumatis. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Budae secundo die festi beati Lucae Evangelistae Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Nono, Regnorum vero nostrorum etc. Anno tertio.

Joannes Rex m. p.

Koller: Hist. Eppatus Quinqueeccles. V. 219.

496.

Freiburg, 1529 október 30.

Erasmus Roterodamus levele Henckel Jánoshoz.

Örömét nyilvánítja, hogy Mária királyné a «Vidua Christianát» oly kegyesen fogadta. «Mi Henkelle, vix ullis verbis assequi valeam, quantae mihi voluptati fuerit, quod incomparabilis illa heroina, multo pietate quam tot regum ac caesarum stemmate illustrior, Viduam nostram tanto amplexa est affectu...» Ha viszonzásul neki is valamelyes emléktárgyat küldenek, szivesen veendi. Sajnálja Henckelt, hogy lábköszvényben szenved. «Tibi cum podagra rem esse, vehementer doleo. Sed quid est in rebus humanis ab omni parte beatum? Etiam atque etiam te rogo, ut clarissimae patronae tuae me commendes diligenter. Bene vale. Datum Friburgi Brisgoviae postridie Calend. Novemb. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo nono.»

Desid. Erasm. Roterod. Opp. tom. tertius 1048—49 ll. Egészen közölve *Frankl:* Henckel János stb. 24. l.

497.

Esztergom, 1529 november 21.

Várday Pál esztergomi érsek a somogyvári, zseliz-szentjakabi, bakonybéli és tihanyi apátokat maga helyett a benedekrendű monostorok látogatására küldi.

Paulus... archiepiscopus Strigoniensis... religiosis viris Michaeli de Simigio, Matheo sancti Jacobi de Sÿlÿzio, Jacobo sancti Mauricÿ de Beel et Johanni sancti Aniani de Thÿkonio monasteriorum abbatibus... Quoniam ex iniuncti regiminis nostri officio

nobis incumbit saluti subditorum nostrorum et imprimis religiosarum personarum, ne, sathana instigante, per fragilitatem humanam, que vi quadam nature procliva semper ad malum est, in viam erroris prolabantur [...] cura pervigili intendere. Cum itaque ad audientiam nostram testimonio fidedigno non sine gravi cordis nostri dolore pervenit, plerosque ex dominis abbatibus et aliis religiosis personis ordinis sancti Benedicti in regno hoc Hungarie existentis ab regulari eorum observantia retrorsum abiisse operibusque vetitis et statui eorum minus consentaneis sese implicuisse, pro quibus ad frugem melioris vite revocandis opere pretium erat, ut nos personaliter ad eos et monasteria ipsorum visitanda... descenderemus et que emendanda essent, in melius reformaremus; tamen, quia gravissimis reipublice negotiis occupati personaliter id agere pro nunc (prout par esset) non possumus, idcirco... vobis in hac parte vices nostras commisimus... Datum Strigonii vigesima prima die mensis Novembris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono.

(P. H.)

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Emericus, de Saros
Notarius.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt.-ban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

498.

Eger, 1529 november 11.

Az egri vicarius válaszolván András kassai jegyzőnek azon kérdésére, jelen volt-e a káptalan azon gyűlésén, melyből néhányan Ráskayhoz küldettek volt, mentségül azon különbségre hivatkozik, mely a kerített városok és a mező lakosai közt van. A szinlelést a nehéz időben bölcs dolognak tartja; enélkül — kérdi — mi lett volna belőlük és szegény jobbágyaikból? A küldött papirt, melynek hiánya miatt addig nem írhatott, köszöni. Végül inti, tegyék ők is azt, mi békességükre szolgál.

Egregie Domine et Frater observande, post plurimas salutes cum mei commendatione. Ex litteris Dominationis Vestre intellexi, ipsam multum optare, ut quitquid novi emergeret, presertim certi significare curarem. Quamvis eotunc recentia nova regis Ferdinandi scribere poteram, tamen defectus papiri et mea valetudo hoc fieri minime permiserunt; quitquid tamen intellexi, hoc cum Dominatione Vestra participare non negligam. Nam hoc triduo venerunt homines mei de Agria, qui in scriptis mihi attulerunt, cesarem Thurcarum cum suis copiis per Danubium et terram ad propria

cum pace rediisse, Johannemque regem et solum Waywodics in domo regia in Pesth existente hospitasse et commisisse dominis, ut omnes ad unum fidelius, quam hactenus, ad regem attendant; reverendissimumque dominum Strigoniensem et Pereñ̄y secum abduxisse, quos, aiunt, ut filio duci[s] Venetiarum commendasset, quo gratiam regis imploraret. Preterea Dominatio Vestra sciscitata erat a me, si interfuisset (így) capitulo nostro, dum ad Raskay aliqui missi fuerant. Ego interesse non potui, tamen non modica admiratione ducor: cur Dominationes Vestre hoc nobis vitio vertunt, quum magna differentia est illorum, qui intra muros habitant, et illos, qui in campo; nonne sapientis est simulare? Quid nos, quid nostri pauperes jobagiones egissent, si hoc non fuisset previsum. Juramus nos utilitati, quemadmodum et vos honori; omnes comitatus coniuraverant; et nos saltem ideo ad conventum illorum miseramus, ut intelligeremus: quorsum nos vertere deberemus. Et propterea quemadmodum antea sepesepius indicavi Dominationi Vestre de antiqua fama contra istam rempublicam aliquando exercenda, sic et nunc recenter et veraciter dico, ea vera fore. Cogitetis igitur de remedio, ut si hactenus a biennio nunquam in pace manere voluistis, in posterum maneatis, quia unus homo nullus homo; quoniam bonum est homini se accomodare tempori. Dominationi Vestre gratias habeo amplissimas tam libello misso, quam de papiro. Hic Deo volente iterum in rebus partem recompensare studebo. Ex Agria (?) in festo beati Martini Episcopi, 1529.

Frater vester
Vicarius Agriensis.

Kívül: Egregio Domino Andree, Notario Cassoviensi, Domino et fratri honorando.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz zárópecsét nyomaival. — *Kassa városa levéltára: rendezetlen rész. 1435. A).*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

499.

Göncz, 1529 november 14.

Az egri vicarius, András kassai jegyzőnek azon kérdésére, miért fél annyira Serédítől, felpanaszolja, mennyi zaklatásnak volt e kapitány részéről kitéve és kéri barátját, eszközölné ki, hogy a kapitányok ne akadályozzák meg leszüretelt savanyú borainak hazavitelét.

Egregie Domine et Frater charissime ac honorande, salutem et mei commendationem. Quesieram Dominationem Vestram diebus

superioribus litteris mediantibus: si dominus Seredy hic prestolari audiret? et Dominatio Vestra respondit, non intelligere causam, cur pavere deberem. Heri dum foris hoc oppidum pertransissent, venit dominus Seredy et ante fores porte nostre pedem figens, quesivit, si nam domi essem et adhuc[1] infirmarer? respondit servitor meus: me multum egrotari et [. . . .] iacere. Tandem pertransiens ipse, quidam alter armiger, linguam nostram callens, ad me ascendit et repertum me in lecto, ista verba in medium protulit: Dominus capitaneus mandat tibi, ut statim ipsum usque ad Rwzka sequaris. Ego vero incipiens me excusare propter valetudinem adversam, quam solus conspicatus, dixit in curru ipsum sequere. Quum neque id pollicerer, post multas contentiones discessit. Iterum alter subsecutus est, qui iterum me ad eundum compellebat. Nescio igitur, charissime Domine et Frater, que est hec conspiratio contra me, qui nemini nocui et huic civitati semper fidelis fui, prout Dominatio Vestra testis mihi esse poterit, et ideo etiam nunc vindemiam preveni, ne me in negotiis regis Joannis ingererem, qui omnes, quos reverendissimus dominus meus creaverat, privare intendebat. Ceterum nonnulli ex iis dicebant, decimas nostras hinc auferre velle, quod fieri non miramur, quia arma nostra sunt saltem orationes et lachrime, et quitquid super altari positum est, de hoc et vivere debemus. Jam triennium transactum est, quod ego de proventibus canonicatus sex florenos non habui et credo nos obligari de mutuo contractis usque ad tria millia florenorum, et multi ex nostris vix pane usque ad saturitatem semper uti possunt, nisi aliorum auxilio. Rogo itaque Dominationem Vestram: velit habere aliquod discrimen mei et apud dominos laborare, ut scribant capitaneis, ne ista pauca et acria vina impediant, sed potius miserie nostre compaciantur, quia quilibet, qui est in castro Agriensi, ad libitum nos volvit et revolvit, et nisi haberem quorsum redire, omnia relinquerem et soli Deo in pace servirem, etiam Dominationem Vestram, ut ego pacem habere possem. Valeat Dominatio Vestra cum domino iudice, conthorale charissima feliciter. Ex Gewncs, dominica post [festum] Briccii, 1529.

Vester frater
Vicarius Agriensis.

[1] Eredetiben aduc.

Kívül: Egregio Domino Magistro Andree Notario Cassoviensi, Domino et Fratri charissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz zárópecsét maradványaival; még fiatalos, de fölötte hanyag írás. — *Kassa városa levéltára: rendezetlen rész. 1435. 2.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

500.

Esztergom, 1529 november 18.

Az esztergomi érsek, elpanaszolván Szalaházy Tamás egri püspöknek és királyi korlátnoknak, mily nyomorúságos állapotba jutott az által, hogy János király az érsekséget és annak javadalmait másnak adományozta, Ferdinánd pedig pozsonyi tizedeit lefoglalta, kéri, miután a török császár, kinél személyesen megjelent, rehabilitálását megigérte, eszközölné ki tizedeinek visszaadását, melyeket részben a király szolgálatában felvett kölcsönök törlesztésére kell fordítania.

Reverendissime Domine et frater observandissime, salutem et obsequiorum meorum commendationem. Litteras Dominationis V. Reverendissime ex Posonio ad nos datas accepimus. Non dubitamus eam ad nos bono corde fraternitateque sincera scripsisse, cupiens intelligere: quomodo hos fluctus et procellas, in quas incideramus, evaserimus. Credat Dominatio V. Reverendissima neminem unquam archiepiscoporum huius ecclesie nostre Strigoniensis tantum meroris, angustie et periculorum in ecclesia hac, quantum nos, pertulisse, et hoc pro sola fide et fidelitate Regie Maiestatis. Sed quum in confesso sit tribulationes et pressuras huius mundi iter prebere ad vitam, omniaque diligentibus Deum cooperari in bonum: Deo optimo maximo gratias agimus de omnibus. Maluissemus tamen profecto nunquam ad gradum hunc archipresulatus pervenire, quam eiusmodi calamitates perpeti. Volumus tamen candide et firmiter omnibus ostendere fidem et fidelitatem nostram constantem erga Regiam Maiestatem. O infelicitas inaudita: hinc enim Serenissimus Dominus Joannes Rex archiepiscopatum nostrum ex eo, quod ad eum contra honorem nostrum accedere nullo pacto voluimus, alteri contulerat, bonaque et proventus ecclesie omnes occupari fecerat; ex alio autem latere Maiestas quoque Regia ad suggestionem [di]versorum emulorum nostrorum, qui servitia nostra fidelia apud suam Maiestatem non sunt veriti false et sinistre interpretari, nos in suspicionem apud Maiestatem suam deducentes, proventus decimarum nostrarum comitatus Posoniensis occupari fecit, decimatorem nostrum Posoniensem carceribus mancipando, unde nobis

capitisque et vite discrimen presentaneum undique imminebat. Attendentes autem, Deum omnipotentem pro immensa eius clementia neminem cum cordis humilitate ad eum confugientem intercessionemque Beatissime Genitricis sue Virginis Marie implorantem derelicturum, ad castra cesaris Turcorum, quum spes alia nulla post Deum in mundo nobis residua esset, confugimus, qui preter omnium opinionem tanta in nos usus est benignitate, ut ne christianus quidem princeps maiore erga christianum quemlibet uti potuisset. Reposuit enim nos post plurima alia humanitatis in nos collata officia in statum nostrum pristinum clementer; itidem pollicitus est omnibus, qui ad regni corpus et regis huius obsequia, cultumque et religionem sacre corone Hungarie redire voluerint et unanimes ad tutelam patrociniumque curandum accurrerint. Quod ut ita sit, illustrissimus dominus Ibraym passa medio domini Ludovici Gritti serenissimo domino Joanni regi nomine cesaris Turcorum etiam viva voce coram nobis et domino Petro Perényi significavit. Et insuper hoc quoque adiecit, ut omni ope et auxilio cum omnibus passis et militibus confinia regni Turcorum tenentibus, nobis regnoque huic semper affuturum; et si tanta inesset necessitas, personaliter quoque, duplicatis etiam viribus suis, toties quoties in presidium regni se adventurum. Que omnia antea quoque Dominationibus Vestris per hominem nostrum, qui nondum ad nos rediit (incerti quorsum devenerit) clare intimaveramus. Quid autem personalis cesaris Turcorum presentia, si res ita exegerit, ut rursum ad nos (quod Deus avertat) veniat, secum afferat, soli Deo notum est. Nihil aliud tamen nos exhinc cogitare possumus, quam ultimum regni huius, ceterorumque regnorum et provinciarum Maiestatis Regie regno huic collimitaneorum excidium. Quo autem calamitates regni huius futuras vitare possemus, natioque hec misera et afflicta diutius durare posset: necessarium esset, ut de his et aliis quoque rebus Regie Maiestatis et regni cum Dominatione V. Reverendissima acturi, et si fieri posset, etiam magnifico domino Turzone conveniremus et ea, que tuto litteris committi non possunt, in aliquo loco tuto, non longe a Sempthe vel a Sellye tractaremus. Si autem nullo pacto id fieri posset, saltem eligerent unum nuncium fidum et prudentem, cum quo tute et sincere loqui possemus; et quitquid de his Dominationes V. decreverint, cupimus quamprimum reddi certiores. Negotia autem domini Petri Pereny sic habent: quod cum is apud illustrissimum dominum Ibraym passa contra serenissimum dominum Joannem regem errorem suum commissum confessus fuisset, viteque ac necis sue potestatem haberet Cesar

Turcarum: usi sunt tam ipse cesar, quam Ibraym passa erga eum mira admodum clementia; restitutus namque est in integrum sine ulla status sui imminutione et ad omnes arces, possessiones ac bona sua paterna, quam etiam postea qualitercunque acquisita. Dominationem autem Reverendissimam rogamus vehementer: velit apud Maiestatem Regiam laborare pro decimis nostris Posoniensibus, quarum medietatem Joanni Andree de Sbardellatis pro certa pecuniarum summa ab eodem integre levata et ad servitia Regie Maiestatis exposita, in arendam locaveramus; alteram autem partem Michael literatus decimator noster nobis administrare debebat, cui etiam non parvam pecunie summam debemus, — ut sua Maiestas nobis remittere et relaxare dignetur; cum etiam iudicio Dominationis V. Reverendissime et omnium proborum virorum, nos in nullo prorsus per suam Maiestatem inculpari possumus, quin potius, cum hiis proximis diebus tot discrimina ac pericula vite et dignitatis nostre multoties pro fide et fidelitate erga suam Maiestatem incurrerimus, sua Maiestas favore et gratia sua nos prosequi deberet. Et Dominationem V. Reverendissimam Deus conservet felicem. Ex arce nostra Strigoniensi in profesto Beate Elizabeth Vidue anno 1529.

servitor Strigoniensis,
manu propria.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome de Zalahaza Episcopo ecclesie Agriensis, Secretario Cancellario Regie Maiestatis, Domino et fratri observandissimo.

Egy ív papir három oldalán, egészen egy kéz irása, a prímásé, zárlatán veresviasz gyűrűpecséttel, melynek czímere itt letört, de más leveleken nem három ék, hanem jobbra néző, ágaskodó oroszlán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. nov. Nr. 116.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

501.

Esztergom, 1529 november 26.

Várday Pál, esztergomi érsek kéri a tridenti püspököt és a király kanczellárját, Bernárdot, hogy a közelben fenyegető veszélyben neki azt tanácsolja és javasolja, mi becsületének és állásának és az egyház jogainak megfelel.

Reverendissime Domine et frater nobis observandissime. Paucis ante diebus venit ad nos Joannes Andreas de Sbardellatis nomine Regie Maiestatis et nomine etiam Reverendissime Dominationis Vestre, qui licet nihil litterarum sue Maiestatis et neque Domina-

tionis Vestre Reverendissime ad nos attulerit, pro vetere tamen familiaritate eius, qua nobis iunctus est, hiis, que recensuit, fidem prestiti. Ex eo omnem animi mei integritatem, fidem et constantiam erga Regiam Maiestatem plane intelliget. Cum autem sciamus Reverendissimam Dominationem Vestram esse antistitem catholicum et a Sede Apostolica munere consecrationis insignitum, fidei et christiane religionis cultorem: rogamus et obtestamur Ipsam, id nobis in tam presentaneo periculo post sanctissimum dominum nostrum Summum Pontificem, cuius consilio et mandato nos submisimus, faciendum consulat atque svadeat, quo salvo iuramento nostro nuper prestito, honori nostro et statui ac iuribus ecclesie nostre satisfactum et recte consultum sit. Hiis salvis, nil est tam laboriosum, nil tam arduum, quod non subeamus, neque parcimus ullis nostris laboribus et vigiliis pro conservatione huius regni et totius christianitatis. Reverendissimam Dominationem Vestram felicissime valere optamus et eidem nos et quitquid nostra interesse putaverit, unice commendamus. Ex arce nostra Strigoniensi vigesima sexta die Novembris anno Domini 1529.

servitor Strigoniensis,
manu propria.

Kívül: Reverendissimo et Illustrissimo Principi Domino Bernardo Episcopo Tridentino et S. Rom. Imperii Principi, Summo Cancellario Regie Maiestatis, Domino et fratri nobis in Christo observandissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zárlatán veresviasz pecsét nyomaival; csak az aláírás Várdayé. — ***Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. nov. Nr. 89.***

Közli: BUNYITAY VINCZE.

502.

Esztergom, 1529 november 26.

Várday Pál esztergomi érsek fölemlítvén, hogy a király körül több, mind honi, mind külső vetélytársa van, kik cselekedeteit balul itélik meg, kéri a királyt, hogy azoknak hitelt ne adjon, és reményli, hogy semmi olyast nem kíván tőle, mi becsületével, az egyház méltóságával és a pápa előtt letett esküjével ellenkeznék.

Serenissime Princeps Rex et Domine domine clementissime. Post servitiorum meorum humilem et perpetuam commendationem. Venit ad me Andreas de Sbardellatis, qui licet nullas litteras Maie-

statis vestre attulerit, pro ea tamen familiaritate, que iam pridem mihi cum illo fuit, de hiis, que recensuit, fidem ei prestiti. Qua igitur fide et constantia Maiestati vestre servierim, ex ore ipsius Andree de Sbardellatis, qui presentes Maiestati vestre restituet, plane cognoscet, presertim quod intelligam istic apud Maiestatem Vestram esse nonnullos emulos meos tam ex nostratibus quam etiam ex exteris, qui facta mea sinistre interpretantur, quorum verbis ne Maiestas vestra fidem faciat, supplico; et in quam me obligationem pro Maiestate vestra induxerim, similiter ab eodem cognoscet. Sperans Maiestatem vestram, cum sit princeps christianus, ea esse clementia, ut me ad id inducat, quod et honori meo ac dignitati ecclesie mee et iuramento sanctissimo domino meo Summo Pontifici prestito non deroget, qui optem potius non tantum beneficio et dignitate, sed etiam vita ipsa privari, quam ea facere, que in detrimentum honoris mei esse possint. Maiestatem vestram Deus Optimus Maximus felicissime pro voto suo conservet. Ex arce Strigoniensi vigesima sexta die Novembris A. D. 1529.

Eiusdem V^{re} Sacrat^{me} Mattis V^{re} (így).

Humilis servitor et fidelis capellanus
Paulus,
Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis
manu propria.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie, Bohemie etc. Domino meo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, csak az aláírás a prímásé; zárlatán piros gyűrűpecsét nyoma. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. XI. 142.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

503.

1529 november 29. előtt.

Serédy Gáspár kéri a királyt, hogy az egri nagyprépostságot, mely Felnémethi Fejér Bernátnak Zapolyay Jánoshoz történt elpártolása által megürült, továbbá több pártütőnek javait neki adományozza.

Sacra Regia Maiestas, Princeps gratiosissime. In persona fidelis ac humilis servitoris eiusdem Maiestatis Vestre Gasparis Seredy supplicatur in his humillime, quod prepositura maiorem in ecclesia Agriensi eidem gratiose conferre Vestra Maiestas dignetur, que

erat Bernardi Feyer de Felnemeth, qui nunc ad Joannem de Zapolya a fidelitate Maiestatis Vestre defecit, ipsiusque secretarius factus est.

Item bona Georgii Sempthey, que continent iobagiones quadraginta.

Item bona Balthasaris Pathochy, que continent iobagiones quadraginta.

Item duo oppida, Vngvar et Zemplen ac Vasarhel cum pertinentiis, que sunt bona ipsius Francisci Homonnay et continent iobagiones ducentos et viginti.

Super his omnibus expectatur a Maiestate vestra gratiosa relatio.

Gaspar Seredy,
humilis servitor Maiestatis Vestre.

Egy féliv papir egyik oldalán, egészen Serédy irása, kelet nélkül; de a hátán egykorú kéztől: fiat, Lintii 29. Novembris 1529, valamint belül a szöveg alatt is ugyanazon kéztől: fiat cum prepositura. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. nov. Nr. 151.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

504.

Lincz, 1529 november 30.

Ferdinánd király az Erdődyek némely birtokait Désházy Istvánnak adományozza.

Nos Ferdinandus etc. memoriae commendamus etc. Quod nos, habentes respectum ad fidelia servitia fidelis nostri magnifici Stephani Deshazÿ de Zomzedwara, consiliarii nostri etc. castrum Chabragh in Hontensi, una cum curia nobilitari Selin in Barsiensi et Been in Strigoniensi, aliisque comitatibus, scilicet una cum omnibus pertinentiis suis, quod et quas Stephanus et Wolphangus Erdewdÿ tenuerunt et possederunt; quae tamen ex eo, quod iidem Stephanus et Wolphangus, immemores fidei et fidelitatis suae, quam secundum promissionem ipsorum nobis debebant, partes Joannis de Zapolya, infidelis subditi nostri, sequuti fuisse ac omnia, quaecunque potuerunt, contra nos et fideles nostros perpetrasse, proptereaque notam infidelitatis incurrisse dignoscuntur, ad nos, consequenterque collationem nostram regiam, — — — Datum in civitate nostra Lincii, in festo b. Andreae Apostoli anno Domini 1529., Regnorum nostrorum Bohemiae quarto, Hungariae vero tertio.

Balthasaris Adami Kerchelich, De regnis Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae notitiae praeliminares. Zagrabiae (év nélkül). 358. l. *Katona,* XX. 521.

505.

Lőcse, 1529 november—deczember.

Lutheranizmus Lőcsén. — A lőcseiek Henckel Sebestyén plebános halála után egyértelműen újra egykori plebánosukat, Henckel Jánost választják lelkészökké és meghivására küldötteket menesztenek.

Anno MDXXIX... Item Leutschoviae incarcerati sunt feria 6. & sabbatho & feria 2. post Martini Petrus Satler, Balas Schuster, Joannes Zwillinger cum uxore, item Gabriel Zwillichner cum uxore, item uxor Petri Satler, item uxor Balas Schuster, item Georgius Rapitzer, item Strach Hans Tutor, item Joannes Aurifaber cum uxore, item Lorenz Schüstell, item Michael Schuster, item Anna uxor Alexii, item frater Petri Satler, item servus Petri Satler, item Jacobus Schneider.

Item in Vigilia S. Catharinae dimissi sunt e carcere Johannes Aurifaber cum uxore, item Lorenz Schüstel, item Georgius Rapitzer, item Strach Hans, item Michael Schuster, item Anna uxor Alexii, item uxores Zwillichner eo modo, quod primo iuraverunt sanctissimo iuramento, se abnegaturos vitae suae talem haeresim [1] — — — etiam sicut iuramento continetur.

Die IX. Novembris, quae erat feria quarta ante Martini, venerabilis dominus Magister Sebastianus Henckel plebanus Leutschoviensis solvit carnis debitum inter horam septimam & octavam post meridiem, qui fere per septem annos fuit plebanus, nam anno MDXXII. in vigilia Luciae confirmatus fuerat in plebaniam, quam rexit usque ad tempus superius enarratum. Item nota, quod fuerit vir omni laude dignus & vere Pater Patriae nuncupandus; nam pauperum fuit adiutor, miserorum protector, divitum consocius, & breviter nemini odiosus, nisi Lutheranis & voluntarie & nequitiose errantibus in fide, quibus se (& non indigne) quantum potuit, semper opposuit, malens in corpore, quam in anima periclitari. Et nota, quod Lutherani, quorum pro tunc maxima erat copia Leutschoviae, summo persequebantur odio & livore mitissimum virum, quibus si non in tantum restitisset, timendum fuisset, quod tota civitas tali

[1] Desunt hic aliqua, quae exemplaris, quod prae manibus habeo, scriptor exmisit. Illud tamen confici posse videtur, quod hi fere ex primipilis Lutheranorum Leutschoviae fuerint, & propter novitatem doctrinae in carceres compacti. Repetitas ea super re gravissimasque litteras dedit Ferdinandus ad Hungariae superioris civitates; sed nempe maius iam malum erat, quam ut remediis adeo lenibus curaretur. *(Wagner jegyzete.)*

haeresi infecta fuisset. Nam rector civitatis (erat is iudex Gregorius Mild, alias Kinast) fautor & protector erat talium haereticorum. Item die XV. Novembris unanimi consensu totius civitatis, ex instinctu, ut pie creditur, Spiritus Sancti electus est in plebanum Leutschoviensem venerabilis & egregius doctor dominus Joannes Henczkel, pro tunc praedicator Mariae reginae Ungariae, relictae Ludovici regis.

Item in vigilia Thomae Apostoli missi sunt Bernardus Henczkel et Thomas Sartor ad inquirendum dominum doctorem Joannem Henczkel plebanum nostrum ad offerendum ei plebanatum.

Sperfogel Konrád egykorú krónikája. *Wagnernél* Analecta Scepusii II. 154.

506.

Buda, 1529 deczember 6.

Joannes rex «Raymundo, Antonio, Hieronymo Guber (Fugger?) de Augusta praecepit, ut ex Bistriciensibus fodinis, quas in arenda habebant, archiepiscopo Strigoniensi, Paulo de Varda, pisetum dependerent. Budae in festo s. Nicolai ep. et conf. anno 1529.»

Katona XX. 528. (A Hevenessy-kéziratokból.)

507.

Lincz, 1529 deczember 7.

Ferdinánd király a győri püspökséget előbb 20.000 frtért Thurzó Eleknek akarta elzálogosítani, de miután ez a kitűzött időre a pénzt nem tette le, a soproni, kőszegi és kaboldi uradalmak tizedeit és a körmendi (Stetleingyrment) uradalmat 6000 rajnai forintért elzálogosítja testvérének, Mária királynénak.

Ferdinandus rex, cum impignoratio episcopatus Jauriensis Alexio Thurzo oblata haud succederet, decimas dominiorum Soproniensis, Kőszegiensis et Kaboldiensis ad episcopatum praedictum pertinentes et praeterea oppidum Körmend pro 6000 flor. Rhen. sorori suae Mariae reginae impignorat.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. I. f. II. nr. 58.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

508.

Buda, 1529 deczember 23.

János király kijelenti, hogy szivesen vette a hűségi nyilatkozatot, melyet az esztergomi főkáptalan (Várallyai) Szaniszló fejérvári prépost, kir. titkár által eléje terjesztett. Óhajtotta volna, hogy egyúttal a Bakócz-kápolna összes arany-ezüst készletét is elküldötték volna hozzá; azért meghagyja, és pedig királyi haragjának terhe alatt, hogy azt azonnal átszolgáltassák, — igérvén egyébként, hogy azon javak és jogok birtokába fogja őket juttatni, a melyeket tőle kérték.

Joannes Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Honorabiles fideles nobis dilecti. Fidelis noster reverendus Stanislaus prepositus Albensis secretarius noster etc. ad nos rediens retulit

nobis, qua relatione eum ad nos remiseritis. Fidelitatem vestram et complacendi voluntatem a vobis grato accepimus animo curabimusque vos tanquam fideles nostros a nobis bene meritos omni gratia et benignitate nostra regia prosequi. Gratum quidem nobis fuisset, sicut ex prioribus quoque litteris nostris intelligere potuistis, ut ipsum Stanislaum prepositum pleno cum responso[1] universis rebus aureis et argenteis[2] capelle Beatissime Virginis Marie per reverendissimum in Christo patrem quondam dominum Thomam archiepiscopum dicte ecclesie Strigoniensis etc. in eadem ecclesia Strigoniensi constructe[3] sine aliqua variatione et commutatione integre ad manus eiusdem Stanislai prepositi ad nos deferendas assignassetis; parati namque fuimus et nunc quoque sumus pro huiusmodi rebus aureis et argenteis bona stabilia ac hereditaria in recompensam dare et dicte capelle in perpetuum inscribere et donare sine aliqua difficultate vel colore. Cum itaque ea instent negotia pro huius regni vestraque et ceterorum fidelium nostrorum deffensione, que celerrima indigeant expeditione, mittimus rursus ad vos prefatum Stanislaum prepositum pro predictis rebus aureis et argenteis in specie et sine aliqua variatione ad nos deferendis. Fidelitati itaque Vestre harum serie ex superabundanti sub gravissime indignationis nostre pena firmissime committimus et mandamus, quatenus statim visis presentibus, alio mandato nostro superinde non expectato semotaque omni difficultate, predictas universas res aureas et argenteas dicte capelle integre et sine aliqua commutatione ad manus memorati Stanislai prepositi dare et assignare debeatis. Nos autem per presentes vos assecuramus et in verbo nostro regio vobis promittimus, ut statim vos in pacificam possessionem bonorum et iurium possessionariorum, que a nobis nuper optastis, immittemus et ea dicte capelle et per consequens vobis in perpetuum inscribi faciemus et insuper vos omni gratia nostra regia prosequemur, ita ut a nobis contenti eritis. Reliqua a prefato Stanislao preposito diffusius intelligetis, cuius dictis relatibus fidem indubiam adhibeatis et ea, que vobis nomine nostro dixerit, faciatis ipsumque optata cum relatione ad nos remittatis. In quo nobis rem gratam et regno huic nostro proficuam facietis. Secus non facturi. Datum Bude feria quinta proxima ante Festum Nativitatis Domini Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Joannes Rex m. p.

[1] Itt pár szó (talán remisissetis et) kimaradt.
[2] Helyesen: universas res aureas et argenteas.
[3] Kimaradt: donatas v. relictas.

Kívül: Honorabilibus Capitulo Ecclesie Strigoniensis Fidelibus Nobis dilectis.

Közölte *Szántóffy Antal*, Magyar Sion V. 619—621.

509.

1529 deczember.

Várday Pál esztergomi érsek Emlékirata, melyben mentegeti a török császár bejövetele alatt tanusított magatartását, így különösen a török császár főhadiszállásán való megjelenését és János királynak tett hűségesküjét.

Memoriale super actis Reverendissimi domini Strigoniensis ingressus Cesaris Thurcorum in Hungariam.

Quod Reverendissimus dominus Strigoniensis pedites Reg. Mtis paulo ante adventum Thurcorum in hoc regnum in arcem Strigoniensem non immisit, ex tribus potissimum rationibus motus hoc fecit: prima, quia venerant sine litteris ex commissione Reg. Mtis; secunda, quia primus capitaneus eorundem, videlicet Maximilianus Leyser, non venerat cum eis; tertia, quia illi pedites de suis stipendiis non erant soluti preterquam ad quinque dies. Et licet obligatio ipsius domini Strigoniensis Reg. Mti superinde facta Posonii fuerat remissa et relaxata, ob sinceram tamen fidelitatem domini Strigoniensis erga Reg. Mttm per eum observatam pedites ipsi immissi fuissent, dummodo iuxta continentiam dictarum obligatoriarum ipsius iidem pedites capitaneum dignum et solutionem honestam aliquot mensium, et mandatum seu litteras Reg. Mtis de eorundem in arcem Strigoniensem immissione ad ipsum dominum Strigoniensem habuissent.

Adveniente cesare Thurcorum et iam propediem Budam obsidere volente, quod unacum aliis dominis, palatino et cancellario, cum sua familia ac curialibus rebusque suis Posonium ex Strigonio non est profectus: causa fuit, cum propter inopiam expensarum, quibus se et suos alere potuisset extra fines praesertim huius regni, extra patriam in terra extera, tum quod locus alterius arcis sue Dregel securior erat propter longiorem distantiam a Danubio, a quo Thurcus nequaquam patitur vires suas separari, tum etiam, quod dominus Strigoniensis ex arce Dregel tanquam propinquiore loco commodius poterat suos castellanos arcis Strigoniensis hortari, monere, assecurare, ut in fidelitate domini Strigoniensis persisterent, et ipse eisdem tempore suo succurrere posset, prout et factum est.

Cum autem dominus Strigoniensis in arcem suam Dregel

proficisceretur, coram dominis de capitulo ecclesie sue Strigoniensis solemniter protestatus est de non intromissione dictorum peditum Germanorum ad arcem Strigoniensem ex causis premissis, presentibus ibidem Stephano Chaby et Petro Warday castellanis arcis Strigoniensis, eisdemque firmissime commisit, ut quacunque hora gentes cum litteris et mandato Reg. Mtis cum capitaneo per eandem gentibus suis prefecto ac honesta stipendiorum solutione venirent, statim sine ulla difficilitate ad custodiam et conservationem arcis sue Strigoniensis admittere deberent, et super huiusmodi protestatione solemni et mandato ipsius domini Strigoniensis extant littere testimoniales sub sigillo dicti capituli confecte.

Nemo, qui vir sincerus est, vite probe ac honeste conditionis, existimet dominum Strigoniensem ad arcem suam Dregel propterea se contulisse, ut quidam emuli falso interpretati sunt, quod occultam simulatamque intelligentiam cum domino Joanne rege habuisset; quia sincere et debita fidelitate Maiestati Regie servivit, ut bonus et sincere fidelitatis archiepiscopus. Et quod hec vera sint, facile est cognoscere cuilibet ex hiis: dum enim dominus Strigoniensis ab ipso domino Joanne rege, ante adventum eius Budam, per speciales et solennes nuncios pluries ad se vocatus fuisset variisque pollicitis allectus, considerans, non licere ipsi contra honorem suum et iuramentum fidelitatis Maiestati Regie prestitum ad dominum Joannem venire, volens omnibus palam ostendere fidem ac constantiam fidelitatemque inviolabiliter erga Maiestatem Regiam observare, faciendo hoc, ut si Deo opt. max. placuerit, ut vel Regia Maiestas vel ipse dominus Joannes Rex hoc regnum libere possidebit et sceptrum in sua manu habebit, necessarium erit unacum aliis dominis regni Hungarie eidem obedientiam prestet et fideliter serviat.

Ob hoc dominus Joannes rex ipsum dominum Strigoniensem hostiliter prosecutus, volens arces suas e manibus ipsius extorquere, vix capitis sui discrimen evasit, et ea, quae habuit, fere omnia perdidit, ipsius archiepiscopatum comiti de Frangepanibus contulit, universosque redditus archiepiscopatus occupari fecit adeo ut utraque arx Strigoniensis et Dregel propter occupationem bonorum et possessionum, ex quibus victualia pro usu et conservatione earumdem provenire debebant, extremo periculo laborarint: neque castellani, neque pedites propter inopiam et annone difficultatem in eisdem perseverare volentes.

Ex altera autem parte dominus Strigoniensis propter non admissionem praesidii sui peditum Reg. Mtis in arcem suam

Strigoniensem propter premissas rationes et ex declaratione emulorum suorum, apud Maiestatem Regiam et capitaneos in magnam venerat suspicionem. Ipse autem tum ex hac de causa, tum vero propter distantiam loci illius, ubi sua M^tas constituebatur, ad eam proficisci et auxilium implorare non valebat. Sic igitur rebus suis undique destitutis, quasi inter Scyllam et Caribdim positus, ubi intellexit summam in omnes pietatem Ibraÿm Passae, et neminem ad portam cesaris confugientem repulsam passurum; intellecto etiam, quod Regia M^tas ageret apud cesarem Thurcorum pro ineunda pace et concordia: extrema compulsus necessitate, ad opem cesaris implorandam confugit, et dum ad castra cesaris ad Wiennam posita venisset, egit cum Ibraÿm passa pluribus, in hanc fere sententiam: se esse archiepiscopum Strigoniensem, primatem Hungariae, bonum cristianum et cristiane religionis cultorem, in spiritualibus et quae religionis sunt cristiane, sanctissimum dominum nostrum Pontificem Romanum tanquam verum Cristi crucifixi vicarium recogniturum, pro dominio tamen terreno, videlicet arcibus, proventibus ac bonis omnibus archiepiscopatus sui precari, ne in illis eum opprimi pateretur. Ipse autem Ibraÿm Passa bene sperare eum iussit, promittensque operam suam, dominum Strigoniensem ad propria, hoc est Strigonium remisit, ea conditione ut dum cesar Thurcorum ex obsidione Wyenne ad Rakos castra metatum redierit, ipse dominus Strigoniensis illuc ad Ibraÿm passa venire debeat, neque antehac ad quempiam accederet, illic ab ipso finalem accepturus relationem; hoc tamen firmiter ipsi domino Strigoniensi iniungendo, ut omnes dominos huius regni, qui extra hoc regnum essent, admoneret, ut redirent, et singulis absque omni dubio et capitibus et bonis ipsorum gratia daretur.

Recedente cesare ex obsidione Wiennensi ad Rakos, antequam dominus Strigoniensis ad Ibraÿm passa se contulisset, visum est sibi castellanos suos alioquin fideles, propter eam familiaritatem, quam videbantur habere cum domino Joanne Rege et cum illis etiam dominis, qui apud eundem erant, ab officio castellanatus reiicere, prout et reiecit, et alios, quos a puero educavit, pro maiore conservande arcis assecuratione substituit et eisdem iuratis de fidelitate commisit, ut si quid periculi in Rakos in castris cesaris ei contingeret, ut puta si capite plecteretur vel captus abduceretur, nemini arcem Strigoniensem quam Regie Maiestati tenerent et conservarent.

Posteaquam autem dominus Strigoniensis, uti sibi per Ibraÿm passam fuerat commissum, ad Rakos in castra Cesaris venisset

et rem non pro voto sibi cedere certis ex coniecturis coniiceret: dubitabat propter tardiorem relationem, quam ab Ibraÿm passa accipere habebat, (quam sperabat maturiorem) vel morte vel persone sue abductione affici, secundo die proximo post festum beatorum Simonis et Judae apostolorum nunciavit per Nicolaum Ghozthon servitorem suum castellanis suis noviter electis, quod si ad festum Omnium Sanctorum tum proximum Strigonium non rediret, aut per hominem statum negociorum suorum non nunciaret: statim ipsi castellani mitterent ad Maiestatem Regiam, ipsaque certiore reddita, peterent ab eadem hominem, arcemque ipsam Strigoniensem ad manus hominum suae Mttis et nullius alterius dare et consignare vellent, prout superinde publicum exstat instrumentum.

Iussus in castris ab Ibraÿm cesarem sequi inter mille capitis pericula, tertio tandem die ad Joannem regem per Laczky et Gritthy remissus, et eidem regi Joanni nunciatum est per Ibraym nomine cesaris: quod ipse dominus Strigoniensis instar predecessorum suorum archiepiscoporum a tempore bone memorie Mathiae regis Hungariae, archiepiscopatum Strigoniensem cum suis possessionibus obtineat, ac iuribus, libertatibus ac praerogativis ecclesiae eiusdem gaudeat, et in eisdem Joannes rex manuteneat conservet et tueatur. Hoc ordine restitutus est in statum suum pristinum.

Cum autem dominus Strigoniensis ex castris cesaris Budam ad Joannem regem per dominos Ludovicum Grittj et Hyronimum Laczky palatinum Syradiensem remmissus esset, per varios homines Joannis regis pluribus diebus iterum atque iterum sollicitabatur ad prestandum iuramentum fidelitatis ipsi Joanni regi, et nisi prestaret, discederet quo vellet. Suggestum est occultius ipsi domino Strigoniensi, quod si sic absque gratia ipsius Joannis regis discederet, etiam caput suum perdere posset; eo factum est, ut tandem iuramentum quoddam insolitum ipse dominus Strigoniensis prestare coactus est.

Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Hátán: Memoriale super actis Strigoniensis in adventu Turcarum principis in Hungariam, item alia negotia ipsius. 1529.

Két összevarrt ív papirnak első öt oldalán, kelet nélkül; csak az aláírás a primásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. XII. 12.*

Közli: Bunyitay Vincze.

510.

1529 deczember.

Várday Pál esztergomi érsek kívánalmainak sorozata, melyben elmaradott, részint elfoglalt jövedelmeinek kárpótlását, elidegenített jószágainak visszaadását, az egyházak szabadságának, javainak és jövedelmeinek biztosítását, a király és az ország érdekében tett kiadásainak visszatérítését és számára a biboros kalap kieszközlését felsorolja.

Memoriale domini Strigoniensis.

1. Occupatio bonorum suorum in comitatu Gemewriensi per Bebek et revocatio verborum suorum contra dominum Strigoniensem per eundem Bebek prolatorum.

2. Restitutio pretii decimarum Posoniensium infra quindecim dies, que quidem decime hoc anno adminus fecissent et valuissent florenos 6000, demptis omnibus expensis, quarum medietas ipsum dominum Strigoniensem, altera vero pars Andream Sbardellatum concernunt.

3. Restitutio pretii decimarum comitatus Nitriensis infra totidem dies, que faciunt florenos 2600, demptis floren. 400 Cocianner.

4. Damnum et expensas domini Strigoniensis factas in castris Cesaris Thurcarum, ut possit conservare arces suas pro regimine Regie Mttis et statui suo.

5. Restitutio servitorum suorum et rerum eorundem absque omni causa noviter abductorum, et quod bona servitorum proventusque domini Strigoniensis et capituli sui non impediantur.

6. Proventus decime urburarum et decime proventuum ordinariorum Regie Mattis, ac subsidium colonorum ecclesie sue iuxta privilegia sua absque mora rectificanda a tempore Mathie regis.

7. Deliberatio Sanctissimi domini nostri Pape in negociis domini Strigoniensis, littereque ad ipsum et dominum Zagrabiensem ac aliis prelatis sonantes.

8. De arce sua Strigoniensi dicat, ut fidelitercustodietur.

9. Gratie faciende omnibus dominis utriusque ordinis.

10. Conservatio libertatis ecclesiarum Dei et omnium ordinum.

11. Non alienatio bonorum hereditariorum aliarumque rerum ecclesiasticarum.

Oblatio domini Joan. Andree d' Sbardellatis equitis aurati nomine Regiae Maiestatis.

12. Impetratio Cardinalatus a summo pontifice infra festum Epiphaniarum cum proventibus ordinariis.

13. Item ordinatio 8000 milium florenorum durante vita domini Strigoniensis, casu, quo per infideles vel alios quosque Archiepiscopatus occuparetur, annuatim apud Fukaros solvendorum de gubernamine post regiam Mattem.

Premissa omnia per dom. Jo. Andr. de Sbardellatis expediantur.

Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Egy félív papir egyik oldalán, csak az aláírás a primás írása, és még a másik oldalon ez a másfél sor: «de proventibus piseti mei in Cremnicia, ut non impediantur.» — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1529. XII. 17.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

511.

1529. deczember.

Szalaházy Tamás egri püspök és kanczellár Várday Pál esztergomi érsek valamennyi kívánalmának teljesítését ajánlja a királynak, hogy teljesen megelégedetté tétessék. Hasonlóképen ajánlja, hogy a zágrábi püspök és többen a főurak közül megnyeressenek.

Ad postulata Strigoniensis.

Primus articulus de Bebek.

Dicat Maiestas Regia, si videbitur: displicere sibi, quod Bebek dominum Strigoniensem contumeliis verborum affecerit; cęterum quod iniussu Maiestatis suę manus in proventus et bona ecclesię Strigoniensis idem Bebek adiecerit, non aliam ob causam fecisse videtur, quam quod existimaverit archiepiscopum a Mte R. ad Joannem et ad Turcas defecisse, curabit et efficiet MS, ut honori domini Strigoniensis Bebek satisfaciat eumque reconciliet, bona vero et proventus restituat.

De decimis Posoniensibus et Nitriensibus.

Efficiet MR, quod serenissima domina regina medietatem pretii decimę Posoniensis more consueto domino Strigoniensi solvendum curabit, de altera medietate cum Joanne Andrea Sbardellato concordabit.

Mandabit Joanni Coczianer, ut decimam Nitriensem aut reddat, aut solvat pretium consuetum indubitanter.

De expensis, quas fecit in castris Turcarum etc.

Petitio est valde honesta. Mihi tamen non videtur, quod hoc

nomine quitquam ipsi dari debeat, sed quoniam est pauper, nec satis liberaliter capitaneos MV[re.] quando hinc cum exercitu Budam versus descendent, invitare et excipere poterit, sicuti ipsemet fatebatur, poterit MR. mittere homini per Sbardellatum trecentos aut quadringentos aureos et aliquid panni, ne vacuis manibus ad honorem vehementissime egentem veniat.

De servitorum restitutione.

Jurent Mti R. fidelitatem in omnem rerum ac temporum eventum ac dimittantur; de rebus eorum respondere poterit MR. difficile posse illas inveniri et propterea cum tempore MR. alio genere benignitatis et gratię illos afficiet et hęc damna compensanda curabit.

Optarem ego, si fieri posset, ut tunc dimitterentur, quando MV. Budam haberet in potestate, aut tunc, cum Strigoniensis non posset amplius tergiversari.

De proventibus tam arehiepiscopi quam capituli. MR. poterit clementer respondere se facturum, quod petitur.

De litteris pontificis ad dominum Strigoniensem etc. Videtur optare litteras sanctissimi domini nostri, quibus eum et cęteros, si qui sunt prelati, non solum absolvat a iuramento, quod Joanni prestiterunt, sed etiam mandet eis, ut ab eius fidelitate perniciosa christianę religioni discedant eumque perinde atque Turcum fugiant et abhominentur. MR. poterit de hac re agere cum reverendissimo domino Rosanensi oratore apostolico, qui si hanc habuerit auctoritatem, non est, quod hoc nomine ad sanctissimum dominum nostrum recurramus. Expediantur littere patentes variis exemplis transcripte et absolvantur non solum prelati, sed barones, nobiles, cives et cuiuscunque ordinis homines a iuramento fidelitatis, quod Joanni prestiterunt. Cause sunt multe ac rationabiles, proderunt he littere rebus Mtis V. mirum in modum.

Si domino Rosanensi non erit auctoritas istos absolvendi, saltem admoneat Strigoniensem et Petrum Perenii per litteras, peccare eos graviter, si fidem Joanni, id est Turcis in perniciem christianorum prestitam observent. Hii duo laudari etiam poterunt per dominum Rosanensem, quod tanta pertulerunt incommoda, ut in regis fide perseverarent.

Moneat etiam alios Joannitas in universum, nominatim vero episcopum Zagrabiensem, Emericum Czybak, Casparem Raskay, Franciscum Homonnay, Joannem Tahii, Joannem Banfii, Petrum Erdewdij, Paulum Arthandij, Stephanum Bathory, Blasium Arthandii hos nominatim et privatis litteris, si Mti R. videbitur.

De arce Strigoniensi.

Si nunc MR. non poterit in arcem Strigoniensem presidium imponere aut eam plane in suas manus recipere, sit contenta eo, quod fieri commode poterit. Nunquam deerit Mti S. ratio, qua in posterum huic rei prospiciat.

De gratia omnibus impertienda.

Quicunque aut nunc, antequam Buda recuperetur, aut post Budam recuperatam intra spatium vigintiquinque dierum Mti R. per dominum Strigoniensem aut per homines et amicos fideles et litteras sigillis et manu eorum signatas suplicaverint, fiat gratia, si Mti R. videbitur.

De conservatione libertatis ecclesiastice; de non alienanda etc.

Equum postulat.

De cardinalatu: dabit operam Maiestas Regia.

Pensio 8000.

De pensione octo milium, si per fidelitatem Mtis R. amitteret ecclesiam, videtur rem non omnino iniquam petere.

Gubernatio.

De gubernatione aut auctoritate locumtenentis MR. ubi Budam et regnum recuperabit, consulet dignitati domini Strigoniensis, ita ut optime contentus sit futurus.

Egy kis ív papir három oldalán, egészen Szalaházy Tamás egri püspök és kanczellár sajátkezű írása, pecsét, kelet és aláírás nélkül. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1529. decz. n. 14.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

512.

1528—9.

Ferdinánd király a törökök által helyeikből kiszorított Johannitákat országaiba behozni és a törökök szomszédságába telepíteni szándékozván, megbízottját a pápához küldi, hogy beléegyezését kieszközölje s ha ő szentsége erre hajlandó nem volna, a rend előkelőbb tagjaival indítsa meg a kellő tárgyalást.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Cum alias ordo Sancti Johannis Hierosolymitani sedibus suis, quas nonnisi fortissimum christianitatis propugnaculum et antemurale fuisse constat, per immanissimum Turcarum tyrannum pulsus ac deinde in alias oras et provincias profectus, diu, multumque de loco et mansione constituenda solicitus fuerit, atque hanc parum feliciter adhuc, sicut accepimus, impetraverit, unde factum, ut inclytus ille athletarum orthodoxe fidei et religionis nostre ordo, in quem tota

christianitas non parum spei collocaverat, passim dispergi et dismembrari ceperit; idque nos, tanquam pius et catholicus Rex et Princeps cogitantes, pro bono et beneficio tam universe reipublice christiane atque status etiam illius Hierosolymitani conservatione et unione cupiamus illum ad regna et dominia nostra Turcis contermina, in quibus operam eiusdem nonnisi summe bonam et necessariam fore opinamur, transferri et collocari, atque hoc idem tua etiam opera et studio apud Sanctissimum Dominum nostrum tractari et obtinere velimus. Idcirco tibi expresse committimus, ut exhibitis Sanctitati Sue litteris nostris credentialibus, quas in presentiarum ad te mittimus, Beatitudinem Suam in hanc sententiam nostram omnino inducere et persuadere studeas ita, quod Beatitudo Sua cum Magno Magistro Ordinis predicti tantum efficere dignetur, quo se cum militibus suis ad dicta regna et dominia nostra atque loca apta et bona, que per nos illis assignabuntur, conferat, quod Sanctitatem Suam pro sua in communem christianitatem pietate et officio indubie facturam esse confidimus. Quodsi vero voluntatis nostre desiderio refragari vellet vel se difficilem et tardam exhiberet, tunc cum Magistro prenominato secrete et ad partem agere incipias, eumque in mentis nostre viam pertrahere coneris; qui si etiam consentire nollet: cum militibus Ordinis illius potioribus et primariis, quorum copia tibi fieri poterit, seorsim etiam super credentialibus nostris, quas tu ipse inscribes, in eandem formam tractes et id, quod petimus, impetrare cures. Sed si neutrum eorum assequi te posse contingat, in eum eventum saltem hoc consequi labores: ut ii, qui in regnis et patriis nostris agunt, se de consensu aliorum prefati Ordinis militum, ad loca illa, ut diximus, conferre valeant, in quibus successu temporis singula pro reipublice christiane defensione, que nos quam maxime habet solicitos, ac dicti Ordinis instauratione et ampliatione salutaria et utilia facere poterunt, in iis vero votive et ex sententia conficiundis nos illis omni ope, auxilio et assistentia nostra aderimus et subveniemus. Quitquid autem ab una vel alia parte obtinueris, nos per litteras tuas subito certifices, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum —

Ex[pedite].

A kelet hiányzik, de ugyanezen tárgyról az 1529-iki iratokban többször van szó, s csakugyan az azon évi iratok közé van sorozva. — Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1529. XII. 15—31. 92.*

Közli: Bunyitay Vincze.

513.

1529.

Gerendy Miklós erdélyi püspöknek székhelyéről való elüzetéséről.

«Item Anno 1529 eiectus est Episcopus Albensis Nicolaus Gerendij de Sede sua, thezaurarius regis Ferdinandi, per complices Joannis regis, videlizet per Magnificum Stephanum Zomlij Bathorystwam (így), qui magnam tulit pecuniam ex Saxonibus, quoscunque rebelles regi Johanni fecit spoliarum tam nobiles quam ignobiles, prestantes ei auxilium Ciculi et Nobiles.»

Kőhalmi Péter (Petrus de Ruppe) segesvári domonkosrendű perjel egykorú feljegyzése. Archiv des Vereins für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. V. 29. Magyar Sion V. 665.

514.

1527—1529.

Az egri püspökség jövedelmeinek 1527-diki október 18-ától 1529-iki április 10-éig átvizsgált és kiszámított sommás registruma.

Registrum summarium proventuum episcopatus Agriensis sine capitibus et originalibus registris revisum et calculatum a festo beati Luce ewangeliste anni 1527 usque sabbatum proximum post festum sancti Ambrosii episcopi, hoc est decimam diem mensis Aprilis anni domini 1529.

Introitus diversorum proventuum de proventibus annorum domini 1527 ac 1528 et 1529.

A) De pretiis frugum, vinorum, arendatorum, agnorum, nundinarum, taxarum ordinariarum, muneralium et pecuniarum per Reverendissimum dominum ad manus domini Petri doctoris assignatarum et testamentaliter legatarum facit f. IIII^{M} II^{c} XXX, d. XXIII 1/2.

B) Item de arendatione vinorum et frugum in districtibus diversorum comitatuum annorum 1527 et 1529 facit f. II^{M} II^{c} XIII.

C) Item de prima educillatione vinorum anni septimi et octavi facit ... ... f. V^{c} XI, d. XXX.

D) Item de secunda educillatione vinorum et tertia anni 1528 facit ... ... f. II^{c} LXXXXVII 1/2, d. XLII.

E) Item summa thelonei de Zarvaskew, demptis aliis theloneis de Maklar, Zijhalom et Ewrÿn ac Mezewhÿdwegh facit

f. $I 1/2^{c}$ VII, d. XXXVIII 1/2.

F) Item de pretiis salium II^{M} LXXXVIII ad rusticos impositorum facit ... ... f. II^{c} LI, d. LXXXII.

G) Item de taxa extraordinaria et a sacerdotibus exacta facit f. I^{c} LXXXVII, d. LX.

H) Item summa pecuniarum a capitulo ac aliis presbiteris et jobagionibus mutuo levatis facit ... ... f. IIII^{c} XLVI.

I) Item summa summarum trium dicarum in bonis episcopatus Agriensis Regie Maiestatis, due taxe per florenum unum et tertia per medium florenum, facit ... f. VIII^{c} LXXXV, d. XXV.

K) Item de diversis restantiis, ut patet in registro introitus, percepit ... ... f. I^{c} XXXVII, d. XLVI.

L) Item similiter de diversis proventibus habuit f. I^{c} X, d. XXXVIII.

M) Item de testamento et rebus Gregorii presbyteri de Bachia mortui Cassovie levavit ... ... f. LXXXVI.

N) Item de pecuniis perceptis per Stephanum Dengelegy in diversis locis, ut patet in registro eiusdem Stephani, percepit Petrus doctor ... ... f. V^{c} XXVIII, d. LV.

Summa summarum facit ... ... f. X^{M} XLII, d. LXXXXI.

Totalis introitus Reverendissimi domini Thome episcopi Agriensis etc., ut dominus Petrus doctor a festo beati Luce ewangeliste anni domini 1527 usque ad festum sancti Marci ewangeliste anni domini 1529, ubi unus annus integer et menses sex ac decem dies currunt, dedit in rationem vt supra f. X^{M} XLII. d. LXXXXI.

Item in registro inquisitionis ultra prescriptam summam ad summam introitus inventa facit ... f. IIII^{M} VII^{c} XLI. d. LXXV½.

Item in eodem registro inquisitionis a certis hominibus et jobagionibus reverendissimi domini et rebus iniuste ablatis reperiuntur f. II^{M} LXXIIII, d. LXXXXIII.

Item in eodem registro inquisitionis invenitur in rebus et pecuniis mutuatis ac vi et extraordinarie acceptis f. II^{M} VIIII^{c} XXVIII. d. LXXVI.

Item ex limitatione et defalcatione dominus Petrus doctor remanet debitor in ... ... f. I^{M} III^{c} XLII, d. XLI½.

Summa summarum facit ... f. XXI^{M} I^{c} XXX, d. LXXVII.

Exitus

Item dominus Petrus doctor ab eodem tempore, ut superius patet in registris introituum suorum, dedit in rationem f. XVI^{M} VII^{c} LXV, d. III½.

Item dominus Petrus doctor debitor remanet in f. IIII^{M} III^{c} LXXV, d. LXXIIII½.

Item ultra debita prescripta apud Franciscum Erchy tempore mortis sue erant floreni aurei ... ... I^{c} XXXII.

Item apud eundem Petrum doctorem est una monstrancia continens marcas argenti ... ... XII 1/2.

Item apud eundem sunt coclearia argentea legata IIII, furcelle II et calata (így) una deargentata cum cingulo.

Item restant exigenda debita quondam plebani de Homroth f. I 1/2 c XXXII.

Item in vigilia festi Penthecosten posita ratione de vinis, reperta sunt in celario Agriensi plena vina integra L, media LXXXX. armigera LXIII.[1]

Item ibidem sunt media VI et integrum I dono data Reverendissimo domino.

Item restant vina in FeseTarkan (így) vas medium, in Also Tarkan apud Stephanum Bayzath integra ... ... VI.

Item in Zÿrak vina media ... ... VI.

Item in Hecze vina media ... ... II.

Item Cassovie vina de Hecze ducta ... ... XV.

Summa: integra XI, media ... ... XXIV.

Item apud Johannem Zeldwarii (így) et Matheum Weres restant cubuli vinorum ... ... I c XII.

facit tria vasa integra, cubulos ... ... XIII.

Restantie agnorum 1527.

Comitatus Zabowch.

Item in eodem comitatu ratio adhuc est danda, ut patet in registro eiusdem anni; decimator Stephanus Delii, exactor Barnabas Zewke.

Comitatus Bereg.

Item in eodem comitatu ratio adhuc est accipienda a decimatore Georgio Zalay cive Agriensi.

Comitatus Saros.

Item in eodem comitatu plebanus de Sowar decimator dare debebit rationem.

Comitatus Wywar.

Item in eodem comitatu Benedictus Czyko decimator debet rationem dare.

Districtus Paztho.

Sebastianus Chazar decimator est requirendus.

[1] Itt a lap szélén következő megjegyzés: In toto introitu vinorum ista summa rectificata est.

Restancie agnorum 1528.

Item in comitatu Zarand totaliter restant agni exigendi.

Item in comitatu Bereg similiter.

Item in comitatu Saros similiter.

Item in comitatu Wÿwar Benedictus Czyko fuit decimator et est requirendus.

Item in comitatu Zemlijn decimatores fuerunt Sebastianus Fewses et Blasius plebanus de Cherep, requirantur.

Restant agni anni presentis videlicet 1529 totaliter connumerandi et exigendi preter comitatum Borsodiensem, ex quo de pretiis agnellorum domino Petro doctori assignaverunt f. LX, quos dedit in introitum et rationem in ultimo registro.

Summa summarum vinorum anni 1528. ... ... I^M LXIII.
Ex quibus vina integra fuerunt ... ... IIII^c LXVIII.
Ex quibus armigera ... ... I^c XVIIII.
Media vina ... ... IIII^c LXXVI.

Exitus

Ad salaria distributa ... ... I^c LXXXX.
Ad subsidium data ... ... XXX.
Vina prima educillatione exposita ... ... XXXVI.
Vina secundario educillata ... ... LVII.
Vina tertia educillatione exposita ... ... XXII.
Vina educillata in Gyengyewspyspeky et eius pertinentiis VI.

Vina ad festum Pasche presente Reverendissimo domino ad educillationem extradata, de quibus nondum alique pecunie sunt exacte ... ... XLVI.

Item medium unum est venditum ... ... f. V.

Item vina in duobus celariis, videlicet in arce et extra educillata ... ... XVIIII.

Item Reverendissimo domino Agrie existente ducta sunt ex celario Pyspeky Budam vina integra XXVII
et media ... ... XXVI.

Item data sunt ad usum castri Dedes vina integra ... VIII
et medium ... ... I.

Item Franciscus Kezzy castellanus et decimator districtus Warbo Welghye vina decimalia media ... ... XVIIII eiusdem districtus duxit ad idem castrum Dedes.

Item ad usum castri Zarwaskew data sunt vina integra X.
media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- XII.
quorum adhuc aliqua restant.

Item Francisco Apaffy pro ovibus ab eo acceptis ex commissione Reverendissimi domini integra --- --- --- --- --- --- II.

Item castellano de Nana pro decimis possessionis Pazman vas integrum --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item Nicolao Lipthay pro quartis vinorum ablatis ex commissione Reverendissimi domini integrum vas --- --- --- --- I.

Item monachis de Gyengyes et aliis fratribus in elemosinam media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- II.

Item Caspari mercatori Budensi pro pulveribus et pixidibus quatuor barbatis vina integra --- --- --- --- --- --- --- --- II.

Item Johanni Homany ex commissione Reverendissimi domini vasa integra --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- II.

Item Thome Kÿral pro servitio integrum --- --- --- --- I.

Item Sebastiano Kysmester, pro servitio integrum --- --- I.

Item fratribus de Apathfalwa data sunt vina media --- III.

Item pro debitorum solutione data sunt vina --- --- IIII.

Item decimatoribus pro salario ipsorum vina sunt data tempore decimationis --- --- --- --- --- --- --- --- --- XXVIII.

Item ad repleturam vinorum tam Agrie, quam in Gyengespÿspeky exposita sunt --- --- --- --- --- --- --- XLVIIII.

Item a feria quinta post Egidii anni 1528 usque feriam tertiam ante festum Annunciationis Marie Virginis, ubi currunt dies II^c III. in absentia Reverendissimi domini exposita sunt vina integra LXI.
media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- LXII.

ad singulum diem cedit medium vas --- --- --- --- I.

supererunt dies --- --- --- --- --- --- --- --- --- XVIIII.

Item a feria tertia ante festum Annunciationis Marie in presentia Reverendissimi domini, usque ad diem sabbati post Urbani ubi habentur dies LXVIII, consumpta sunt vina integra XLV.
media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- XXXIII.

ad singulum diem cedit unum vas vini integrum, demptis diebus --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- XIII.

Restancie vinorum.

In Gyengyespyspeky vina integra --- --- --- --- XIIII.
media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- VI.

In FelNemethÿ vina integra --- --- --- --- --- --- VI.
media --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- IIII.

In Tarkan vina integra ... ... IIII.
In Horwathy integra ... ... III.
Item in castro Agriensi vina integra ... ... L.
Ibidem armigera ... ... LII.
Ibidem media ... ... LXXXI.
Summa vinorum restantium ... ... II^{c} XX.
Item deficiunt vina XXVI ex summa introitus.
Item Reverendissimus dominus in celario Agriensi vina dono data habet ... ... VIII.
ex his integrum I, media VII.

Introitus frugum.

Item ex capeciis trituratis, ut patet in registro rationis, provenerunt quartalia frugum ... ... I^{M} VII^{c} LXXXIIII½.

Item ex molendinis ac vi ablatis mutuo levatis ac pecuniis emptis quartalia frugum ... ... VIII½^{c} LXX½.

Exitus.

Item a festo beati Silvestri anni 1527 usque ad feriam tertiam ante festum Annunciationis virginis Marie anni 1529 in absentia Reverendissimi domini in castro Agriensi, ubi currunt annus unus integer, menses duo et dies XXIIII, facit dies IIII½^{c} ad singulum diem cedunt quartalia frugum III½, et quarta pars unius quartalis, supererunt quartalia XLIII½ facit in toto quartalia I^{M} VII^{c} LXVII½.

Item a feria tertia ante festum Annunciationis beatissime Virginis domino Reverendissimo iam Agrie existente usque ad sabbatum inter octavas Corporis Christi, ubi habentur dies LXVIII. exposita sunt quartalia frugum ... ... V^{c} LXXXX.
ad singulum diem cedunt quartalia frugum ... ... VIII½.
supererunt quartalia ... ...: XII.
Deficiunt quartalia frugum ... ... III^{c} XLVII⅔.
Item de vernalibus nulla est data ratio.

Item de diversis proventibus, ut patet in registro introitus videlicet de restantiis dicarum Regie Maiestatis, theloneorum, educillatione vinorum, venditione salium, pellium, agnellorum, de decimis agnellorum anni 1529, de arendatione vinorum Zenderew, de quibus dominus Petrus doctor non dedit rationem, facit
f. V^{c} XXXVI. d. LIII½.

Summa exitus excedit introitum in florenos XLVII½ et d. XVI½ facit in toto ... ... f. V^{c} LXXXIIII. d. LXX.

Summa pecuniarum levatarum ... ... f. I^{M} VII^{c} XLVI. d. LI.

Exitus.

Item in districtu Patha frugum dominus Petrus doctor superflue dederat in introitum ... ... f. XXXVI1/2, d. I. qui recepti sunt in rationem.

Item similiter idem dominus doctor in ultimo suo registro, ubi dedit rationem de taxa regia, educillatione vinorum, venditione salium etc. ... ... f. XLVII1/2, d. XVI1/2.

Quibus defalcatis ex summa superiore: I^M VII^c XLVI, d. LI, dominus doctor manebit Reverendissimo domino debitor f. I^M VI^c LXII, d. LXXXIII1/2.

Registrum restantiarum trium annorum.

1527.

Item restabant de restantiis anni 1527. f. X^M VII^c LXVIIII, d. LVIIII.

Ex qua summa de comitatu Saros et districtu Rozgon, ut patet in registro decimarum eorum, solverunt domino doctori f. II^c LXXXIII1/2, qui sunt recepti in rationem in summa pecunie levate per dominum doctorem.

Et ideo adhuc restant ... ... f. X^M IIII^c LXXXVI, d. VIIII.

1528.

Summa restantiarum facit ... ... f. VII^M III^c XIIII, d. VIII.

Summa summarum annorum prescriptorum duorum facit f. XVII^M VIII^c d. XVII.

1529.

Summa vinorum et frugum anni 1529 arendandorum facit f. XV^M III^c LXXIII de arendatione et venditione.

Item Reverendissimus dominus habuit ... ... f. III^c LII.

Item dominus Petrus doctor habuit ... ... f. II^c XII1/2, quos dedit in rationem.

Item idem dominus Petrus doctor apud se habet f. I^c XXV. de quibus nondum dedit racionem et est posita hec summa I^c et XXV f. in summam pecuniarum levatarum.

Restant arendandi ... ... f. XIV^M VI^c LXXXIII1/2.

Summa summarum restantiarum trium annorum facit f. XXXII^M IIII^c LXXXIII, d. LXVII.

Gratia Deo.

Item ex summa exitus ... ... f. XVIᴹ VIIᶜ LXV, d. II½ domini Petri doctoris summule sunt infrascripte collecte de superfluis expensis defalcate.

Item a primo die Octobris, hoc est festi beati Remigii Petrus doctor in veniendo ex Buda Agriam et stando in arce Agriensi a festo beati Luce Ewangeliste usque ad feriam sextam post Elizabeth, exposuit ad coquinam ... ... f. Iᶜ I, d. XXXI.

Item a predicta feria sexta post Elizabeth usque ad festum beati Silvestri pape, donec erat arx in manibus Francisci Bodo, exposuit extra arcem existens ad coquinam ... ... f. Iᶜ V, d. LXI.

Item a festo beati Silvestri pape, quo die arx fuit recuperata de manibus Francisci Bodo, usque ad feriam tertiam ante festum Annunciationis beate Marie Virginis anni domini 1529, in absentia Reverendissimi domini exposuit in arce ad coquinam f. VIIIIᶜ XVI, d. LXXVI.

Item eodem tempore in arce usque ad festum predictum Anunciationis beatissime Marie Virginis ad piper, crocum et ceteras species exposuit ... ... f. Iᶜ XVIIII d. XVIIII½.

Que omnia simul computata facit f. Iᴹ IIᶜ XLII, d. LXXXX VII½.

Item de prescripta summa coquine et specierum
acceptantur ... ... f. Iᴹ XX,
defalcantur ... ... f. IIᶜ XXII d. LXXXXVII½,
et hoc ob superfluas expensas.

Item a feria tertia ante festum Annunciationis beate Marie Virginis, quo tempore dominus Reverendissimus Agriam venit, usque ad festum beati Marci Ewangeliste expositi sunt ad species f. XXXIIII d. XXIII, et ad coquinam f. Iᶜ XLVIIII d. LXXXIIII, facit in toto ... ... f. Iᶜ LXXXIIII d. VII.

Item dicitur emisse tempore toto, quo intravit arcem Agriensem, usque ad predictum festum sancti Marci Ewangeliste anni 1529 oleum f. LV½ d. IIII, ex qua summa acceptantur f. XVI, defalcantur f. XXXVIIII d. LIIII.

Item sales emit f. XLIII, que summa non acceptatur propter sales ex proventibus theloneorum et ex muneralibus proventus ac alios hincinde receptos summam salium emptorum facit f. XLIII.

Item emit ligna ad arcem ... ... f. XXXVI d. LXXXXII,
ex qua summa acceptantur ... ... f. XVI d. LXXXXII,
et defalcantur ... ... f. XX

et hoc ideo, quia habuit duos currus in allodio et de muneralibus ligna proveniunt.

Item candelas et sepum dicitur emisse f. XXXII d. XII$^1/_2$; si sepum est in castro, ostendat et acceptatur, si ostendere non possit, extunc acceptantur f. X et defalcantur f. XXII d. XII$^1/_2$, et hoc ideo, quia ex mactatione boum ad usum castri potuit habere sepum.

Item ceram dicitur emisse flor. XXVIIII et d. XIII, ex qua summa acceptantur f. VIIII d. XIII et defalcantur ... ... f. XX, et hoc propter muneralia et proventus apum.

Item avenam et ordeum dicitur emisse f. III^c VI d. LVI, ex qua summa acceptantur f. I^c VI d. LVI et defalcantur ... ... f. II^c, et hoc propterea, quia tam ex decimis quam possessionibus castri et muneralibus provenire solent.

Item tafotam dicitur emisse f. XXVII que summa non acceptatur in rationem, quia servitoribus salaria et mensuales pecunias solvit.

Item papirum emit f. XIII, d. LV, ex qua summa acceptantur f. VII et d. LV et defalcantur ... ... f. VI, propter defectum registrorum, ubi dicitur se non habuisse papirum.

Item cordas ad celarium ac alias cordas et iztrang emit fl. XVIII$^1/_2$ d. XLVIII; ex qua summa acceptantur f. VIII$^1/_2$. d. XLVIII, defalcantur ... ... f. V, propter absentiam curruum et equorum Reverendissimi domini.

Item telam emit f. XLVIIII et d. XXII, ex qua summa acceptantur f. XVIIII d. XXII, et defalcantur f. XXX. propter proventus sinodales.

Item ex summa exitus Petri doctoris propter inordinate exposita et superfluas expensas ad diversa facta defalcantur f. V^c LVI, d. LXXXVII$^1/_2$.

Item servitoribus suis penes se existentibus et aliis, quibus mensuales pecunias diversis temporibus solvit, dicit dedisse f. I^M XLVI. d. LXXVII, ex quibus acceptantur f. IIII^c XLVI et d. LXXVII propter tumultus et disturbia, defalcantur ... ... f. VI^c.

Summa defalcatarum, ut patet superius, facit f. I^M VII^c LXXXXII, d. XLI$^1/_2$.

Exitus. Reverendissimus dominus domino Petro doctori deputavit ad rationem sui salarii provisoratus Agriensis ad unum integrum annum et medium f. IIII$^1/_2$^{c}.

Idem debitor manet in florenos ... I^M III^c XLII, d. XLI$^1/_2$.

Hátán: Summarium proventuum Episcopatus Agriensis.

Hét, összevarrt ív papir 21 oldalán, az egész egy kéz írása, de aláírás s pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hungarica. 1529. April. nro. 17.*

Közli: Bunyitay Vincze.

FÜGGELÉK.

I.

ERDÉLYI DOMINIKÁNUSOK.

Registrum Noviciorum conventus Schegeswariensis.

Anno Christi 1520.

In Vigilia Annunciacionis gloriosissime virginis Marie, sub prefato Priore f. Petro de Ruppe receptus est fr. Franciscus de Herken clericus, Magistro ordinis existente Rev. Garzia de Loyza.

Anno domini 1520.

Die Mercurij ante festum S. Barnabe recepti sunt duo Novicij, fr. Laurentius Cibiniensis clericus et fr. Laurentius Suttor conversus, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe, sub generalatu Rev. ordinis f. Garcia de Loyza.

Anno Christi 1520.

In die octava post receptionem fratrum predictorum tempore Prioratus eiusdem f. Petri receptus est fr. Michael conversus doleator, eodem Magistro ordinis existente Rev. f. Garzia de Loyza.

Anno domini 1521.

In Vigilia Epiphaniarum domini, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe receptus est fr. Jacobus de Tobia, Magistro ordinis existente Rev. P. Garzia de Loyza.

Anno Christi 1521.

Die Veneris ante festum Annunciacionis gloriosissime Virginis Marie, tempore prefati fratris Petri de Ruppe receptus est fr. Michael de Tobia clericus, sub Magistro generali ordinis R. P. Garzia de Loyza.

Anno domini 1522.

In festo Scti Nicolai tempore Prioratus memorati fratris Petri receptus est fr. Calixtus, alias Johannes dictus, clericus, Magistro ordinis existente R. P. Garzia de Loyza.

Anno Christi 1523.

In Vigilia Purificationis virginis Marie, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe receptus est frater Michael de Ruppe clericus, Magistro ordinis existente R. P. Garzia de Loyza.

Anno Christi 1523.

In festo S. Katherine de Senis, tempore Prioratus predicti fratris Petri de Ruppe receptus est fr. Ambrosius clericus, sub Magistro ordinis R. P. Garzia de Loyza.

Anno domini 1524.

In festo S. Thome de Aquino, tempore Prioratus eiusdem fratris Petri de Ruppe receptus est fr. Stephanus de Nadys clericus, sub Vicariatu R. M. Anthoni ordinis.

Anno domini 1524.

In festo Scti Petri Martiris receptus est frater Anthoninus clericus, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe, Vicario ordinis existente R. P. Fratre Francisco de Ferraria.

Anno Christi 1525.

In profesto beate Marie Magdalene receptus est frater Georgius clericus de Cynerys[1], tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe, Magistro ordinis existente R. P. Fratre Francisco de Ferraria.

1525.

In Vigilia S. Andree Apostoli receptus est frater Georgius clericus de Apoldia, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe, Magistro ordinis existente R. P. Fratre Francisco de Ferraria.

In Vigilia Nativitatis Beatissime virginis Marie Anno 1527 receptus est frater Blasius de Smygen clericus, tempore Prioratus fratris Petri de Ruppe, Magistro ordinis existente R. Patre F. Francisco de Ferraria.

Fabri Antal domonkosrendű predicator generalis egykorú följegyzése. Eredetije a segesvári ág. ev. presbyterium levéltárában. Közölve: Archiv des Vereines für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. V. 20—22. Magyar Sion V. (1867-diki) évf. 666—668.

A kolozsvári, gyulafehérvári, nagyszebeni stb. konventek tagjai 1524-ben.

Fratres conventus Coloswariensis.

Fr. Symon baccalaureus S. t. prior
Fr. Michael supprior
Fr. Petrus organista
Fr. Blasius hungarus
Fr. Johannes Magister conversorum
Fr. Thadeus hyspanus in Villa

[1] Ma Szénaverős Zenderesch. (Kis-Küküllő m.) (Fabricius szerint. Archiv V. 22.)

Fr. Michael de Brosz, confessor virginum et Magister noviciorum
Fr. Dominicus cantor
Fr. Urbanus Lapicida
Fr. Ambrosius vngarus
Fr. Martinus Greb perminorius[1]
Fr. Blasius predicator vngarorum
Fr. Georgius predicator almanorum.

Fratres Clerici.

Fr. Anthonius dyaconus
Fr. Laurencius dyaconus
Fr. Ieronimus dyaconus
Fr. Georgius subdyaconus
Fr. Nicolaus
Fr. Gaspar de Vngaria
Fr. Anthonius vngarus.

Fratres Conversi.

Fr. Johannes sartor
Fr. Leonhardus sacrista
Fr. Andreas cocus
Fr. Quintinus hyspanus in Schuck
Fr. Petrus portarius et suttor
Fr. Nicolaus cellerarius
Fr. Johannes curripar
Fr. Jacobus infirmus.

Fratres Conventus Albe-Julensis.

Fr. Gregorius prior
Fr. Mathias senior
Fr. Vincencius
Fr. Jeronimus terminarius
Fr. Dominicus cantor
Fr. Paulus
Fr. Laurencius subdyaconus.

Fratres Laici.

Fr. Martinus sartor
Fr. Albertus procurator
Fr. Servatius suttor
Fr. Benedictus cocus
Fratres novicij duo clerici.

Fratres Conventus Cibiniensis.

Fr. Petrus Prior
Fr. Paulus Supprior
Fr. Thomas Fulgen. baccalaureus S. t. et predicator
Fr. Christianus terminarius
Fr. Gaspar de Ruppe confessor monialium
Fr. Vrbanus de Corona
Fr. Sebastianus cantor et organista
Fr. Ieorgius (így)
Fr. Franciscus de Salczburga
Fr. Emericus magister noviciorum.

Fratres Clerici.

Fr. Gaspar dyaconus
Fr. Laurencius dyaconus
Fr. Oswaldus subdyaconus
Fr. Johannes Erasmi subdyaconus

[1] Perminorii apud Ordines Mendicantes dicuntur, qui habendis per agros cuique conventui addictos concionibus destinantur. Du Cange VI. 547.

Fr. Symon subdyaconus
Fr. Jacobus Succentor subdyaconus
Fr. Joannes de Castro Marie subdyaconus
Fr. Laurencius clericus.

Fratres Conversi.

Fr. Johannes senior
Fr. Franciscus sartor
Fr. Michael murator
Fr. Gaspar
Fr. Christianus faber
Fr. Volfgangus suttor
Fr. Ieorgius cocus
Fr. Joannes subcocus
Fr. Mathias.

Fratres Conventus in Vincz.

Fr. Johannes Chrisostomi prior
Fr. Vitalis de Cibinio sacerdos
Fr. Gaspar de Sathzebesz sacerdos
Fr. Michael conversus.

Fratres Conventus Coronensis.

Fr. Dominicus S. t. baccalaureus prior Vicarius
Fr. Dominicus Rawenkoeppel supprior
Fr. Caspar Sculteti senior-iubilarius
Fr. Matheus vicarius loci Haral
Fr. Theodorus cantor et magister noviciorum
Fr. Stephanus confessor monialium
Fr. Gabriel terminarius
Fr. Johannes de Pulcromonte
Fr. Gerhardus hungarus
Fr. Christianus predicator
Fr. Gerhardus organista
Fr. Michael
Fr. Johannes Schyrmer
Fr. Martinus terminarius hungarorum.

Fratres Clerici.

Fr. Symon, dyaconus studens artem organicam
Fr. Emericus dyaconus
Fr. Johannes dyaconus
Fr. Johannes de Cibinio subdyaconus
Fr. Johannes de Hungaria subdyaconus
Fr. Martinus subdijaconus
Fr. Johannes Barnabe novicius
Fr. Franciscus novicius.

Fratres Conversi.

Fr. Valentinus corrigiator
Fr. Blasius sartor
Fr. Petrus Mathie suttor
Fr. Johannes cocus
Fr. Blasius molendinator
Fr. Mathias de Pulcromonte
Fr. Andreas faber Sclauus
Fr. Franciscus
Fr. Gregorius subcocus de Bystricia
Fr. Johannes.

Fratres Conventus Mwelembacensis.

Fr. Valentinus prior
Fr. Johannes Rawe cantor
Fr. Valentinus de Cibinio predicator
Fr. Mathias de Schczewdino
Fr. Christanus (így) sacerdos
Fr. Michael suttor conversus
Fr. Michael conversus.

Fratres Conventus Schegeswariensis.

Fr. Petrus de Ruppe prior
Fr. Petrus Dominici organista
Fr. Gregorius supprior
Fr. Mathias predicator
Fr. Johannes Mansueti confessor monialium
Fr. Johannes Erasmi
Fr. Johannes Michaelis
Fr. Johannes de Ruppe
Fr. Petrus vngarus
Fr. Andreas Adler.

Fratres de Stola.

Fr. Antonius dyaconus
Fr. Michael subdyaconus
Fr. Calixtus clericus
Fr. Michael clericus
Fr. Ambrosius novicius
Fr. Stephanus novicius
Fr. Georgius novicius.

Fratres Conversi.

Fr. Anthonius cocus senior
Fr. Johannes procurator
Fr. Ieorgius vngarus
Fr. Benedictus vngarus
Fr. Laurentius suttor
Fr. Michael doleator
Fr. Gregorius carnifex.

Fratres Conventus Odwarhelensis.

Fr. Dymetrius prior
Fr. Nicolaus senior
Fr. Johannes Conradi
Fr. Thomas de Vincz
Fr. Andreas vngarus
Fr. Valentinus de Coloswar.

Fratres Conversi.

Fr. Symon
Fr. Jacobus suttor
Fr. Servacius cocus.

Fratres Conventus Bystriciensis.

Fr. Melchior prior
Fr. Johannes Bōm supprior
Fr. Matheus de Coloswar
Fr. Antonius confessor monialium
Fr. Andreas predicator vngarorum
Fr. Vincencius receptor hospitum
Fr. Marcus cantor
Fr. Mathias organista
Fr. Matheus senior
Fr. Lucas
Fr. Achacius succentor
Fr. Dominicus magister noviciorum.

Fratres Clerici.

Fr. Bartholomeus dyaconus
Fr. Mauricius subdyaconus
Fr. Paulus subdyaconus
Fr. Martinus de Schegeswar subdyaconus
Fr. Petrus clericus.

Fratres Conversi.

Fr. Thomas senior hortolanus
Fr. Laurencius de Slesia carpentarius
Fr. Bartholomeus currifex
Fr. Petrus lapicida
Fr. Anthonius sartor

Fr. Briccius faber
Fr. Jacobus magister piscine
Fr. Andreas suttor
Fr. Petrus cocus
Fr. Georgius terminarius
Fr. Benedictus subcocus.

Fabri Antal egykorú feljegyzése. Archiv des Vereines stb. Neue Folge. V. 29—33; részben (Fratres Conv. Segesvár) 23—24. Magyar Sion V. 769—774.

A segesvári konvent tagjai 1525-ben.

Fratres Conventus Schegeswariensis.

Fr. Petrus de Ruppe prior
Fr. Mathias supprior
Fr. Petrus Dominici organista
Fr. Johannes Erasmi confessor monialium
Fr. Johannes Michaelis magister conversorum
Fr. Dominicus de Coloswar
Fr. Christannus (így) predicator
Fr. Valentinus de Cibinio
Fr. Servacius cantor
Fr. Johannes de Ruppe
Fr. Valentinus de Coloswar.

Fratres Clerici.

Fr. Laurencius de Cibinio subdyaconus
Fr. Calixtus subdyaconus
Fr. Ambrosius subdyaconus
Fr. Michael de Ruppe
Fr. Stephanus de Nadys
Fr. Anthoninus.

Fratres Conversi.

Fr. Martinus sartor
Fr. Johannes procurator
Fr. Petrus suttor et sacristannus
Fr. Johannes cocus
Fr. Gregorius carnifex
Fr. Benedictus vngarus
Fr. Laurencius murator
Fr. Michael doleator.

1525.

Szintén *Fabri Antal* feljegyzése. — Archiv des Vereines etc. id. köt. 23—4. Magyar Sion V. 668—9.

A segesvári konvent tagjai 1529-ben.

Numerus et nomina fratrum Schegeswariensium 1529.

Fr. Petrus de Ruppe prior
Fr. Valentinus de Coloswar supprior
Fr. Johannes Erasmi magister conversorum
Fr. Johannes Michaelis confessor monialium
Fr. Hieronimus contractus
Fr. Jacobus predicator
Fr. Clemens Croner
Fr. Johannes de Ruppe cantor et magister noviciorum
Fr. Martinus de Byrthalben
Fr. Johannes Petri.

Fratres Clerici.

Fr. Michael de Ruppe dyaconus succentor
Fr. Georgius subdyaconus
Fr. Blasius accolitus

Fr. Symon novicius	Fr. Laurencius de Scharasz.
Fr. Nicolaus nobilis de Kelmentelky	

Fratres Conversi.

Fr. Andreas cocus	Fr. Gregorius carnifex
Fr. Johannes de Drausz procurator	Fr. Johannes de Schees cocus
Fr. Seruacius de Waldhodia suttor	Fr. Benedictus vngarus
Fr. Franciscus sartor	Fr. Michael cellerarius et doleator
Fr. Petrus sacrista et suttor	

Numerus fratrum filiorum istius Conventus Schegeswariensis extra Conventum ad loca diversa deputati et assignati 1529.

Fr. Gregorius Jacobi scriptor Wesprimensis	Fr. Franciscus de Herken in Conventu Cassoviensi dyaconus
Fr. Vrbanus de Kacza prior Coloswariensis	Fr. Stephanus de Nadaszd in Conventu Cibiniensi
Fr. Gaspar de Ruppe confessor monialium in Coloswar	Fr. Laurencius dyaconus de Cibinio in Conventu Bystriciensi
Fr. Gregorius de Drausz cantor Bűdensis	Fr. Ambrosius dyaconus in Conventu Coronensi
Fr. Andreas Adler organista Albensis	Fr. Martinus sartor in Conventu Coloswariensi
Fr. Clemens de Schees	Fr. Michael Aurifaber in Conventu Labathlanensi
Fr. Anthonius de Prosdorff	Fr. Andreas fabri in Conventu Albensi
Fr. Jacobus de Thobia succentor Budensis	Fr. Laurencius suttor in Conventu Coronensi.
Fr. Michael de Thobia cantor Cassoviensis	

Volui et ponere singulas possessiones Conventus, videlicet iugara arabilia, prata, fenilia et fundos piscinarum atque loca, vbi situantia sunt et ex quibus benefactoribus Conventus possideat, sed non datur tempus propter insultus inimicorum, qui non parcunt neque dignitati neque etati personarum. Igittur filix (így) dies et hora, in quo dabitur pax viventibus, qui non tantis pressuris concucientur.

In Octava Omnium Sanctorum ista inclusa 1529 tempore Vicariatus contrate Reverendi patris Dominici de Valle Rosarum S. t. baccalaurei atque prioris Coronensis, atque existentes priores in Contrata prior domus fr. Petrus de Ruppe, prior Cibiniensis fr. Vitalis, in Mwellenbach fr. Sebastianus de Cibinio, in Vyncz fr. Thadeus, Albe fr. Nicolaus predicator generalis, in Coloswar fr. Vrbanus de Kacza, in Bystricia fr. Mathias organista, in Odwarhel fr. Georgius Sclavus.

Kőhalmi (de Ruppe) *Péter* segesvári perjel följegyzése. — Archiv des Vereines etc. id. köt. 24—27. Magyar Sion V. 669—671.

II.

A KRAKKAI MAGYAR TANULÓK-HÁZA LAKÓINAK JEGYZÉKE.

Regestrum Bursae Hungarorum Cracoviensis.

1519—1529.

Anno partus virginei 1519 sub senioratu Petri Ferenci de Waradino, arcium liberalium magistri Craccouiensis, commutacione hyemali nouiter intrantes tali serie sunt inscripti:

Emericus de Simigio, Seggvsdiensis[1]
Thomas de Kisdoba
590 Martinus Simigiensis de Segosdino
Emericus de Therebes
Valentinus de Theka
Simon de Barsz
Michael Colochiensis, baccalarius[2]
595 Jeronimus de Brossych
Ambrosius de Barss
Lucas de Nÿthria
Petrus de Bars
Johannes de Dÿozek
600 Franciscus de Tholna
Gregorius de Zemlyen
Mathias de Horwathÿ
Adam de Ezek
Albertus de Gywla
605 Michael Khezyholchj
Stephanus de Kappos
Georgius de Heyche
Michael de eadem.

Anno partus virginei 1521 sub senioratu Emerici baccalarii de Segwsdino commutacione estiuali nouiter jntra(n)tes tali serie sunt inscripti, vt patet intuenti:

Michael de Erdewdh
610 Thomas de Hagmas
Blasius de Zantho
Ladislaus de Strygonio
Cristopherus de Caschouia
Albertus de Fylpes
615 Petrus de Patha
Joannes de Sencze.

Anno a partu uirginali 1521 sub senioratu Michaelis Colocensis, arcium liberalium baccalaurei Cracouiensis, commutacione hyemali nouiter jntrantes tali notantur ordine:

Gregorius rector de Kamanch
Anthonius canonicus Gywlensis
Emericus de eadem
620 Michael de Keckemeth
Benedictus de Wÿhel
Nicolaus presbiter de Chapa
Michael nobilis Sitkey
Michael Chaky

[1] «Seggvsdiensis» más kéztől.
[2] «baccalarius» más kéztől.

625 Vludouicus Alemanus
Albertus de Transiluania
Michael Thusay
Benedictus de Felfeudeld[1]
Michael Keyskemetj.

Anno partus uirginei 1522 sub senioratu Joannis de Kazimiria, arcium magistri huius florentissimi studij, commutacione estiualj nouiter intrantes tali notantur ordine:

630 Valentinus Jauriensis
Georgius de Vereszmarth, alias de Karanch[2]
Franciscus de Pesth
Georgius de Therebin
Gregorius de Waradino
635 Ambrosius de Khechkemeth
Franciscus de Borswa
Volfgangus de Buda, baccalarius Viennensis.

Commutacione uero hyemali:

Martinus Paxiensis
Franciscus Waradiensis
640 Caspar de Wÿlak.

Commutacione aestiuali anno ab incarnacione sospitatoris nostri 1523 seniorem agente Volfgango Syluas seu Hiller ex Buda, baccalaureo Viennensi, nouiter intrantes tali serie signantur:

Joannes de Pesth
Lazarus de Tetenni.

Commutacione hyemali eiusdem anni sub senioratu Petri baccalaurei de Sayozenthpether nouiter intrantes tali ordine in hoc albo inscribuntur:

Stephanus de Egrees
Stephanus de Zabroncz
645 Blasius de Eerdeed
Andreas de Thokay, baccalarius[3]
Mathias de Dewa[4]
Martinus de Kalmanchei
Joannes de Riuulo Dominarum
650 Franciscus Berkius.

Commutacione estiuali anni partus virginei 1524 sub senioratu Petri arcium liberalium magistri de Sayosentpeter nouiter intrantes talj ordine in hoc albo inscribuntur:

Stephanus de Racolcza
Stephanus de Kherestwr
Emericus de Lyska, baccalaureus.[5]

Eadem commutacione sub senioratu Georgij de Karanch, arcium liberalium baccalarij Craccouiensis, nouiter ingressi in contubernium sunt intitulati:

Johannes de Coloczia[6]
655 Antonius de Kerestwr.

[1] Talán: Felseudeld?

[2] «alias de Karanch» más kéztől.

[3] «baccalarius» más kéztől.

[4] A lapszélen más kéztől: «*Singularis, nam egit Wyttenberge anno 1530*»; ezen jegyzet alatt Telegdi Miklós írásával: «NB. Hic Mathias pestem Lutheranam Vngaris inuexit, homo peccati et filius perdicionis.»

[5] «baccalaureus» más kéztől.

[6] Eredetileg ez állott: «Kalach;» más kéz ezt irta mellé: «Coloczia».

Anno 1524 sub senioratu Petri de Sayzenthpeter, artium liberalium magistri, commutatione hyemali nouiter ingressi sunt intitulati:

Joannes de Mindzenth
Laurentius de Nagyhalaz
Matheus de Thalya
Gaspar Rosas de Zeged
660 Joannes Pelbarth de Berekzaz
Paulus Zekeres Berekzazy
Joannes Sutorius Berekzazy
Lucas de Benye
Ludouicus }
665 Joannes } de Zelesthe fratres magnifici
Georgius Polyani egregius.

Anno 1525 seniore Martino Kalmanchehy[1] ingressi intitulati:

Nicolaus de Zaz
Dionisius de Zely
Emericus Therekh de Babafalwa
670 Franciscus Berkius
Sebastianus de Karolÿ
Ludouicus Zegedinus
Ladislaus de Zenthpeter, diocesis Strigoniensis.

Commutatione hyemali Michaele Chaklo, discipulo episcopi Albensis Tranßiluanie non tam sua quam dominorum contubernium tunc inhabitantium sententia seniore, anno a Christo nato millesimo quingentesimo vigesimo quinto noui in domum suscepti ac in album huius Vniversitatis inscripti sunt hii:

Iωannes Berekzazi
675 Andreas Kerepeci.

Anno a Christo nato millesimo quingentesimo uigesimo sexto, Johanne Pelio Colociano seniorem agente, inscriptum est nomen:

Johannis Siluester de Zÿnyrwaralya.

Joanne presbitero, plebano de Ffelhewwyz, seniorem agente inscripti sunt:

Cristopherus Mathwsnai
Stephanus de Galzeech.

Anno a Christo nato 1527 commutacione estiuali, Joanne Syluestri de Zynyrwaralya seniorem agente, inscripti sunt:

Stephanus de Zala
680 Michael de Wamos
Mathias de Hunyad
Joannes Barrabasy de Transsyluania
Gaspar de Transalpibus, qui hic vitam finiuit[2]
Joannes de Rymazombath
685 Michael de Zala
Gabriel de Gywla
Joannes de Mathywsfewlde
Blasius Siculus de Transsyluania
Emericus de Zegedino.

[1] A lapszélen Telegdi Miklós jegyzése: «NB. Hic Calmanchei, spiritu erroris infectus, haeresi postea saoramentariorum magnam partem Hungariae infecit ac tandem sceleratissime acta vita defunctus est anno domini 1557 mense Octobri».

[2] «qui .. finiuit» más kéztől.

Anno a Crysto nato millesimo quingentesimo vigesimo octauo commutacione hyemali[1]*, Laurentio Feyvv de Nagyhalaz seniorem id temporis agente, denuo ingressi inscripti sunt hi:*

690 Lucas de Tehne
Georgius Peterman de Wÿlak
Joannes Kw Varadiensis
Georgius Tamasi Transiluanus de Naznanfalua.

Anno post reparatam humanitatem M. D. XXIX. commutatione hyemali[2]*, Michaele de Zala baccalario*[3] *senioris offitio fungente, hi inscripti sunt:*

Gregorius Debreczinus.

Mutatione aestiuali sub eodem:

695 Jωannes de Jablonсza
Petrus de Zarazpathak
Christophorus de Gewrgee
Paulus de Zegligeth
Jωannes de Almaas.

Anno restaurate humanitatis millessimo quingentesimo 29 commutatione aestiua, Gregorio Debreczino seniore, inferius notati in album hoc sua nomina dederunt:

700 Blasius Zeplakinus
Stephanus Siculus[4].

A Regestrum Bursae Hungarorum-ba beirt magyarországi tanulók további tanulmányi menete.

Album Studiosorum Universitatis Cracoviensis, tom. I. et II. Cracov. 1887—1892 *(=AC)*. Statuta nec non liber promotionum philosophorum ordinis in universitate studiorum Jagellonica ab anno 1402 ad annum 1849 edidit Jos. Muczkowski. Cracov. 1849 *(=LPC)*. Liber diligentiarum facultatis artisticae universitatis Cracoviensis pars I (1487—1563) cur. Dr. Wlad. Wislocki. Cracov. 1886 *(=LDC)*. Album Academiae Vitebergensis ab a. Ch. MDII usque ad a. MDLX ed. Car. Ed. Foerstemann. Lipsiae 1841 *(=AV)*. Matricula Universitatis Viennensis, vol. III (1451—1518). Cod. ms. Archivii Univ. Vindob. *(=MV)*. Matricula facultatis artium Universitatis Viennensis 1501—1575. Cod. ms. Arch. Univ. Vindob. *(=MAV)*. Liber nationis Hungaricae I (1453—1629). Cod. ms. Arch. Univ. Vindob. *(=NHV)*.

A számok ama sorrendnek felelnek meg, a melyben a tanulók a Regestrum Bursae-ba beirattak.

[1] = Téli félév 1527/8.
[2] = Téli félév 1528/9.
[3] «baccalario» más kéztől.
[4] A lapszélen Telegdi írása: «NB. Is successu temporis sacramentarorium nephandissima heresi infectus alios quoque plurimos infecit 1556.»

588. AC II. 196: 1519 aest. 8. Oct. *Emericus Michaelis de Segosdino dioc. Strigoniensis.* — Valószinüleg azonos a LPC 172: 1521 aest. ad Quat. temp. Pent. ad gradum bacc. promot. alatt beírt *Emericus de Simidio*-val. — Senior Bursae Hung. 1521 aest.: *Emericus bacc. de Segwsdino.*

589. AC II 197: 1519 hyem. 24. Oct. *Thomas Petri de Lysdoba dioc. Albe Julensis.*

590. AC II 196: 1519 aest. 8. Oct. *Martinus Pauli de Segosdino dioc. Strigoniensis.*

591. AC II. 197: 1519 hyem. 12. Nov. *Henricus* (!) *Stephani de Tebesch dioc. Agriensis.* (A keresztnév az anyakönyvben hibásan van írva vagy olvasva.)

592. AC II 197: 1519 hyem. 12. Nov. *Valentinus Conradi de Teca dioc. Albe Transsiluaniensis.*

593. AC II 197: 1519 hyem. 30. Oct. *Simon Michaelis de Barzs dioc. Strigoniensis.*

594. AC II 197: 1519 hyem. 28. Decembr. *Michael Johannis de Colocien* (!) *dioc. eiusdem.* — Senior Bursae Hung. 1521 hyem.: *Michael Colocensis art. lib. bacc. Cracouiensis.* (Baccalariatusát a LPC nem említi.)

595. AC II 200: 1520 aest. 27. Apr. *Jeronimus Georgij de Borczycz dioc. Nytriensis.*

596. AC II 200: 1520 aest. 27. Apr. *Ambrosius Wladislai de Barssh dioc. Strigoniensis.*

597. AC II 200: 1520 aest. 27. Apr. *Lucas Valentini de Nitria dioc. eiusdem.*

598. AC II 200: 1520 aest. 27. Apr. *Petrus Vincencij de Barssh dioc. Strigoniensis.*

599. AC II 202: 1520 aest. 9. Jun. *Johannes Pauli de Dyozegh dioc. Waradiensis.*

600. AC II 201: 1520 aest. 10. Mai. *Franciscus Petri de Thvlna dioc. Quinqueecclesiensis.* — Cf. MAV fol. 10: 1503 I 6. Sept. *Franciscus de Tholna.* — NHV fol. 78b: 1519 *Franciscus Boczkor de Tolna* dedit 2 crucif.; ibid. fol. 80b: 1529 *Franciscus Abstemius de Tholna* 2 crucif.

602. AC II 204: 1520 hyem. *Mathias Petri de Horwathy dioc. Quinqueecclesiensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1521 hyem.: *Mathias de Horuath.*

603. AC II 204: 1520 hyem. *Adam Johannis de Czek dioc. Quinqueecclesiensis.* — LPC 175: 1522 aest. ad Quat. temp. Pent. ad gradum bacc. promot. *Adam de Ezeck.*

604. AC II 204: 1520 hyem. *Albertus Michaelis de Jula dioc. Varmiensis* (!!). — LPC 175: 1522 aest. ad Quat. temp. Pent. ad gradum bacc. promot. *Albertus de Yula.*

605. AC II 205: 1520 hyem. *Michael Mathei de Khiczichvlcz dioc. Strigoniensis.*

606. AC II 205: 1520 hyem. *Stephanus Andree de Capvsz dioc. Agriensis.*

607. AC II 205: 1520 hyem. *Georgius Ladislai de Heycze dioc. Agriensis.* — LPC 178: 1524 ad Quat. temp. S. Crucis ad gradum bacc. promot. *Georgius Heyczinus.*

608. AC II 205: 1520 hyem. *Michael Benedicti de Heycze dioc. Agriensis.*

609. AC II 209: 1521 aest. *Michael Thome filius de Hrdend dioc. Strigoniensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1521 hyem.: *Michael de Erdewdh.*

610. AC II 209: 1521 aest. *Thomas Sebastiani filius de Hadmas dioc. Quinqueecclesiensis.* — Consiliarus Bursae Hung. 1521 hyem.: *Thomas Hagmasi.*

611. AC II 205: 1520 hyem. *Blasius Emerici de Zantho dioc. Agriensis.* — LPC 176: 1523 ad Quat. temp. Cínerum ad gradum bacc. promot. *Blasius de Santo.*

612. Talán azonos az AC II 206: 1521 aest. 28. Apr. alatt bevezetett *Ladislaus Benedicti de Kokava dioc. Strigoniensis*-szel (más Ladislaus de Strigonio ez időben legalább nem fordul elő.)

613. AC II 189: 1518 hyem. 9. Nov. *Cristophorus Johannis de Cassovia dioc. Agriensis.*

614. AC II 195: 1519 aest. 18. Jul. *Albertus Francisci de Philipesz dioc. Transsiluaniensis.*

615. AC II 208: 1521 aest. *Petrus Valentini filius de Pata dioc. Weszprimiensis.*

616. AC II 209: 1521 aest. *Johannes Georgij filius de Sedzy dioc. Quinqueecclesiensis.*

618. Talán azonos az AC II 211: 1521 hyem. alatt beírt *Anthonius Michaelis de Jalw* (!) *dioc. Albensis*-szel.

619. Aligha azonos az AC II 211: 1521 hyem. alatt bejegyzett *Emericus Nicolai de Baranyo dioc. Quinqueecclesiensis*-szel (jóllehet a «de eadem» kifejezés Gywlára is vonatkoztatható.)

620. AC II 211: 1521 hyem. *Michael Bartholomei de Keczkemeth dioc. Vaciensis.*

622. AC II 212: 1521 hyem. *Nicolaus Oszwaldi de Czepa actu presbiter.*

623. MV vol. IV fol. 15: 1521 I (aest.) mense April. Nobilis *Michael de Sitke* 7 sol. — AC II 212: 1521 hyem. *Michael Gregorij de Sythke dioc. Javriensis.*

624. Aligha azonos az AC II 213: 1521 hyem. alatt bevezetett *Michael Stephani de Myhali* (?) *dioc. Javriensis*-szel. — Senior Bursae Hung. 1525 hyem.: *Michael Chakius, discipulus episcopi Albensis Tranßiluanie.*

625. AC II 213: 1521 hyem. *Lodovicus Petri de Zalczburga dioc. eiusdem.* [Tehát nem magyar.]

626. AC II 215: 1522 aest. *Albertus Gregorij de Torda dioc. Albensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1523 aest.: *Albertus de Torda Transsyluanus.* — Cf. NHV fol. 79b: 1524 *Albertus Thordai* 2 crucif.

627. AC II 212: 1521 hyem. *Michael Anthonij de Thvssa.* — LPC 176: 1523 ad quart. S. Crucis [ad gradum bacc. promot.] *Michael de Tussha.*

630. AC II 216: 1522 aest. *Valentinus Vrbani de Jawrino dioc. Jauriensis.*

631. AC II 216: 1522 aest. *Georgius Stephani de Wereszmot dioc. Quinqueecclesiensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1523 aest.: *Georgius de Vereßmorth.* — LPC 178: 1524 ad Quat. temp. Pent. ad gradum bacc. promot. *Georgius Carankinus.* — Senior Bursae Hung. 1524 aest.: *Georgius de Karanch art. lib. bacc. Craccouiensis.*

632. AC II 216: 1522 aest. *Franciscus Martini de Pesth dioc. Strigoniensis.*

633. AC II 216: 1522 aest. *Georgius Ladislai de Therebes dioc. Transsiluaniensis.*

634. AC II 217: 1522 aest. *Gregorius Ladislai de Waradino dioc. Waradinensis.* — Cf. MAV fol. 129: 1520 II [1521] 20. Febr. *Gregorius Sandor ex Varadino.* — NHV fol. 79[b]: 1523 *Gregorius Varadi* 2 crucif.

635. AC II 218: 1522 hyem. *Ambrosius Pauli de Kyeczkemech dioc. Vaciensis.*

637. MV III fol. 175[b] 1516 I (aest.) *Bolfgangus Haller* (!) *ex Buda.* — MAV fol. 96: 1516 aest. 18. Sept. *Bolfgangus Hiller Budensis.* — NHV fol. 78: 1517 I (aest.) *Vuolffganus* (!) *Hiller ex Buda* dedit 2 crucif. — AC II 217: 1522 aest. *Volfgandus Caspar de Bvda dioc. Strigoniensis.* — Senior Bursae Hung. 1523 aest.: *Volfgangus Syluas seu Hiller ex Buda bacc. Viennensis.* — (Baccalariatusát a bécsi artista aktákban nem találom.)

638. AC II 219: 1522 hyem. [1523] *Martinus Dyonisij de Pax dioc. Quinqueecclesiensis.*

639. AC II 219: 1522 hyem. [1523] *Franciscus Johannis de Varadino, dioc. eiusdem.* — LPC 178: 1524 ad Quat. temp. S. Crucis ad gradum bacc. promot. *Franciscus Waradinus.*

640. AC II 219: 1522 hyem. [1523] *Caspar Moysi de Zaremvillak dioc. Quinqueecclesiensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1523 aest.: *Caspar de Vylak.*

641. AC II 219: 1523 hyem. [1523] *Johannes Bartholomei de Pesth dioc. Strigoniensis.*

642. AC II 221: 1523 aest. *Lazarus Thome de Theten dioc. Vesperimensis.* — LPC 178: 1524 ad Quat. temp. S. Crucis ad gradum bacc. promot. *Lazarus Thetenius.*

643. AC II 222: 1523 hyem. *Stephanus Blasij de Egrez dioc. Agriensis.*

644. AC II 222: 1523 hyem. *Stephanus Johannis de Zabrancz dioc. Agriensis.*

646. AC II 222: 1523 hyem. *Andreas Emerici de Pokagy dioc. Agriensis.* — LPC 181: 1528 hyem. ad Quat. temp. Cinerum ad gradum bacc. promot. *Andreas de Thokay.*

647. AC II 222: 1523 hyem. *Mathias Stephani de Vnaniensi* (! Hunyadensi ?) *dioc. Albe Regalis* (!). — AV 157: 1529 3. Decembr. *Mathias Biro de Way, Hung.*

648. AC II 222: 1523 hyem.: *Martinus Thome de Carnasz* (!) *dioc. Vesperimensis.* — Senior Bursae Hung. 1525 aest.: *Martinus Kalmanchehy.*

649. AC II 222: 1523 hyem. *Johannes Johannis de Rivulo dominarum dioc. Agriensis.*

651. AC II 223: 1524 aest. *Stephanus Michaelis de Rakoczy dioc. Agriensis.*

652. NHV fol. 79b: 1523 *Stephanus de Keresthwr* 2 crucif. — AC II 223: 1524 aest. *Stephanus Johannis Solga de Kreschtvr' dioc. Agriensis.*

653. AC II 223: 1524 aest. *Emericus Stephani de Lyska dioc. Agriensis.* — LPC 180: 1526 ad Quat. temp. Cinerum ad gradum bacc. promot. *Emericus de Liska (Vngarus).*

654. AC II 223: 1524 aest. *Johannes Thome de Kolacia dioc. Agriensis.* — Valószínűleg azonos *Johannes Pelius Colocianus*-sal, a ki Senior Bursae Hung. 1526 aest.

656. AC II 225: 1524 hyem. *Johannes Johannis de Mynczenth dioc. Albidulensis* (!).

657. AC II 225: 1524 hyem. *Laurencius Benedicti de Natzhalaz dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1527 hyem.: *Laurentius Feyvv de Nagyhalaz.*

658. AC II 225: 1524 hyem. *Matheus Ambrosij de Talya dioc. Agriensis.*

659. AC II 225: 1524 hyem. *Caspar Wladislai de Zegedyno dioc. Laciensis* (!).

660. AC II 225: 1524 hyem. *Johannes Thome de Brexcszch* (!) *dioc. Strigoniensis.*

661. AC II 225: 1524 hyem. *Paulus Petri de Brexcszch* (!) *dioc. Strigoniensis.*

662. AC II 227: 1524 hyem. aest. 9. Mai. *Johannes Petri de Berexas dioc. Strigoniensis.*

663. AC II 227: 1525 aest. 9. Mai. *Lucas Gregorij de Benye dioc. Agriensis.*

664. AC II 226: 1525 aest. 9. Mai. *Ludovicus Francisci de Zelesthe dioc. Jauriensis (germanus Joh. Francisci de Zeleste).*

665. AC II 226: 1525 aest. 9. Mai. *Johannes Francisci de Zeleste dioc. Jauriensis (germanus Ludovici de Zeleste).*

666. AC II 227: 1525 aest. 9. Mai. *Georgius Oswaldi de Polyan dioc. Jauriensis.*

668. AC II 228: 1525 aest. 21. Jun. *Dionisius Johannis Sebestien de Zely dioc. Strigoniensis.*

669. AC II 229: 1525 aest. 4. Aug. *Emericus Matthei de Babafalva dioc. Baciensis.*

671. AC II 229: 1525 aest. 4. Aug. *Sebastianus Johannis de Karoly dioc. Albensis in Transsiluania.* — Talán azonos *Sebastianus Boldinus a Karoly*-lyal, a ki Senior Bursae Hung. 1534 hyem.?

672. AC II 230: 1525 aest. 9. Oct. *Ludouicus Dyonisij de Zegedino dioc. Baciensis.*

673. AC II 230: 1525 aest. 9. Oct. *Ladislaus Dauid de Sancto Petro dioc. Strigoniensis.*

674. AC II 231: 1525 hyem. 28. Nov. *Johannes Petri de Bereksas dioc. Strigoniensis.*

675. AC II 231: 1525 hyem. 28. Nov. *Andreas Emerici de Kerepez dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1539 aest.: *Andreas à Kerepecz,* a nagy időbeli különbség azonban az azonosságot kétségessé teszi.

676. AC II 235: 1526 hyem. 26. Oct. *Johannes Ambrosij Siluestri de Senirwaraler dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1527 aest.: *Joannes Syluestri de Zynyrwaralya.* — AV 136: 1529 31. Jul. *Johannes Siluestris Dio. agragen.* — MV vol. IV fol. 49b: 1542 II (hyem.) *Joannes Siluester* dedit 29 crucif. — NHV fol. 121: 1544 I (aest.) *Johannes Syluester a Zynyrwarallya publicus Hebraicarum litterarum professor.*

678. NHV fol. 79b: 1524 I (aest.) *Stephanus de Gaalzeech* 2 crucif. — AC II 237: 1526 hyem. [1527] 26. Apr. *Stephanus Pauli de Ganczeczyn dioc. Agriensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1527 hyem.: *Stephanus de Galzechy.* — LPC 181: 1528 aest. ad Quat. temp. S. Crucis ad gradum bacc. promot. *Stephanus de Galczeczyn* (Vngarus fuit. Et iste erat primus, qui solus se submisit examini et contentos fecit examinatores pro labore). — AV 145: 1532 *Stephanus Galzeechy vngarus.*

679. AC II 238: 1527 aest. *Stephanus Johannis de Shala dioc. Vespermiensis.*

680. AC II 237: 1526 hyem. [1527] 26. Apr. *Michael Georgij de Vamis dioc. Agriensis.*

684. AC II 238: 1527 aest. *Johannes Michaelis de Rimazumbath dioc. Strigoniensis.*

685. AC II 238: 1527 aest. *Michael Nicolai de Shala dioc. Vespermiensis.* — LPC 181: 1528 hyem. ad Quat. temp. Cinerum ad gradum bacc. promot. *Michael de Zala.* — Senior Bursae Hung. 1528 hyem., 1529 aest., 1531 aest.: *Michael de Zala (Zalay), baccalarius.* — AV 136: 1529, 7. Sept. *Michael Salei ex Vngaria.*

686. NHV fol. 80: 1526 II (hyem.) *Gabriel Giwlai* 2 crucif. — AC II 238: 1527 aest. 12. Jul. *Gabriel Thome de Jula dioc. Varadiensis.*

688. AC II 239: 1527 aest. *Blasius Gregorij de Siculia dioc. Julialbensis.*

689. AC II 239: 1527 aest. *Emericus Stephani de Zegedino dioc. Vacziensis.*

690. AC II 240: 1527 hyem. 27. Decembr. *Lucas Mathie de Techna dioc. Agrimensis* (!).

691. AC II 240: 1527 hyem. [1528] 11. Mart. *Georgius Nicolai Peterman de Vllac dioc. Strigoniensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1527 hyem.: *Georgius de Wylak.*

692. Cf. NHV fol. 79b: 1522 *Johannes Waradinus* dedit 2 crucif. — Talán azonos az AC II 240: 1527 hyem. [1528] 11. Mart. alatt beírt *Johannes Wladislai de Waradia clericus dioc. Varadiensis*-szel. — Consiliarius Bursae Hung. 1527 hyem.: *Joannes Waradinus.*

693. AC II 240: 1527 hyem.: [1528] 11. Mart. *Georgius Bernardi de Transsiluania dioc. Albe Regalis* (!).

694. Cf. NHV fol. 79b: 1523 I (aest.) *Gregorius de Debrecze.* — AC II 243: 1528 hyem. 30. Decembr. *Gregorius Johannis de Breczen dioc. Varadiensis.* — Senior Bursae Hung. 1529 aest.: *Gregorius Debreczinus.* — AV 137: 1530 3. Decembr. *Gregorius Johannis Debreczinus Hung.*

695. AC II 245: 1529 aest. 12. Mai. *Johannes Petri Petes de Jablonycza dioc. Strigoniensis.*

696. AC II 245: 1529 aest. 12. Mai. *Petrus Mathie de Zaraspatak dioc. Quinqueecclesiarum.* — Senior Bursae Hung. 1529 hyem.: *Petrus de Zarazpathak dyocesis Quinqueecclesiensis.*

697. AC II 245: 1529 aest. 12. Mai. *Cristoferus Jacobi pistoris de Gergem dioc. Strigoniensis.*

698. AC II 245: 1529 aest. 12. Mai. *Paulus Clementis de Zegligeth dioc. Strigoniensis.*

699. AC II 245: 1529 aest. 12. Mai. *Iohannes Benedicti de Almasz dioc. Strigoniensis.*

700. AC II 247: 1529 aest. 17. Aug. *Blasius Bartholomei de Szeplak dioc. Quinqueecclesiensis.*

Az eredeti kéziratból közölte *dr. Schrauf Károly* cs. és kir. házi, udvari és állam-levéltárnok a «Magyarországi Tanulók Külföldön» III. füzetében (kiadja a M. Tud. Akad. Irodalomtörténeti Bizottsága. Budapest, 1893.) 21—27. és 91—99. l.

III.

MAGYARORSZÁGI TANULÓK A BÉCSI EGYETEMEN 1520—1529.

(Kivonatok a bécsi egyetem anyakönyvéből.) [1]

Magistri artium cuiuscunque status aut conditionis infra baronatum.

1521.

M. Franciscus Siculus Transilvanus. M. Georgius Alberti ex Caschovia.

1522.

M. Christophorus Korha ex Buda.

1524.

M. Benedictus de Nagysarlo Can. Ecclae Chanadiensis.

Baccalaurei artium.

1520.

Cosmas Kchyser Transilvanus.

1521.

Ludovicus de Zalaz

Nicolaus Steffani de Czeidino Transilvanus.

1522.

Lucas Mandori

Petrus Waytes (?) Sagrabiensis

Joannes Holer ex Corona.

1524.

Valentinus Zatainus

Thomas Gemarius Cibiniensis.

[1] Minthogy ezen anyakönyvet gyakran nem-magyarok vezették, a magyar nevek számtalanszor hibásan és érthetetlenül vannak bejegyezve.

Praelati minores scholares.

1521.

D. Albertus N. plebanus de Magna Villa Transilvanus Capituli Bistriciensis benemeritus.

D. Andreas Stridfordinus Transilvanus.

Scholares nobilium status tenentes infra baronatum.

1520.

Bartholomaeus de Zeged.

Franciscus Wesszedy.

1528.

Franciscus Zalatscha de Muladt.

Scholares sub nobilium statibus non comprehensi.

1520.

Petrus de Nagchorus
Georgius Schöffler ex Transilvania
Stephanus Ahomedich de Zagrabia
Joannes Bonus de Corona
Andreas Nerglinger de Corpona.
Andreas Stymer (?) de Corpona
Lucas Tunificis de Corona
Blasius de Merica.

1521.

Thomas Gemmary Cibiniensis
Joannes Prawn ex Coloswar
Caspar Cibileus Varasdiensis
Silvester Sacz de Medgyes
Clemens Kwkw ex Cilia
Petrus Quinqueecclesiensis
Valerius Tanczner ex Ternavia
Joannes Purkman ex Ternavia
Georgius Modrusny
Joannes Czerhoy Colocensis.

1522.

Frater Thomas ordinis divi Benedicti professus monasterii Pechwaradiensis de Ungaria
Wiarois Horffner de Cibinio
Emericus Nuzer Sproniensis
Joannes Waradinus
Stephanus Zagrabiensis
Andreas ex Panckuta
Stephanus Zagrabiensis
Thomas Bakoczy
Dnus Stephanus de Chalacz
Joannes Braschoviensis
Paulus Braschoviensis.

1523.

Servacius Transilvanus Habenkorn
Valerius Schelesz Cibiniensis
Stephanus Budensis
Barnabas Thorhof Saladkwensis
Franciscus Domahedy
Valentinus Kul Transilvanus
Michael de Belawar
Egidius Herman Transilvanus
Michael Pestiensis
Petrus Transilvanus

Paulus de Tokay
Paulus Caroli de Scharvar
Benedictus de Albaregali
Gregorius Jauriensis
Valerianus Zalmensis
Stephanus Zagrabiensis
Michael de Czifro
Franciscus Panassy
Fr. Nicolaus ex Zumagwar
Stephanus de Keresthwr
Franciscus Myskolcinus
Gregorius Varadi
Thomas Varadi
Stephanus Vespremiensis
Petrus Hazag
Gregorius de Debreczen
Martinus Cibiniensis
Christophorus Medresche (?) de Bystricia
Nicolaus Huzar de Marcelhaza.

1524.

Emericus Soldos Baranyai
Nicolaus Zagrabiensis
Paulus Hegfalwy
Georgius de Zeged
Albertus Thorday
Petrus Colonn.
Caspar Hunjadi
Urbanus Nemethi
Stephanus de Gaalzenth
Mathias Tholnay
Michael de Zeged
Michael de Chwra
Andreas de Farkashegy
Andreas de Kwthus
Albertus de Feltoth
Stephanus Kereky.

1525.

Andreas Schagady
Joannes Sichay
Sigismundus Sichay
Franciscus Segedinus
Bonaventura Strigoniensis
Demetrius Temeschensis
Franciscus Vesprimiensis
Georgius de Tholna
Ambrosius Clementis de Doboz.

1526.

Thomas de Tapi Zenth Marthon
Joannes Zegediensis
Georgius de Schanzi
Thomas Vihul filius Ladislai Sarwas
Georgius Grangia Zagrabiensis
Petrus de Kunicz
Stephanus de Giwla
Stephanus Ztarchensis
Franciscus Giwlai
Georgius Seraphin
Joannes Heyn Transilvanus
Andreas Wuzri Coloswariensis
Gabriel Giwlai
Benedictus Damus Transilvanus
Petrus Murator de Simon.

1527.

Laurentius Trysz Transilvanus
Stephanus de Papa
Stephanus de Karansebes
Franciscus de Strigonio
Ambrosius de Bago
Thomas Althberger de Transilvania
Stephanus Marczaly
Franciscus Rayky
Simon de Olah
Andreas de Kereszthur.

1528.

Gregorius de Simontornya	Stephanus Ventey

1529.

Benedictus de Bozona	Benedictus Comyathinus
Joannes Zendi de Kapos	Franciscus Abstimius de Tholna
Michael de Pechhry	Emericus de Rimazombath
Gregorius Minius de Zagrabia	Stephanus Kaaraz de Wyzkeleth.
Emericus Zegedinus de Zakna (?)	

Frankl Vilmos: A hazai és külföldi iskolázás a XVI. században. Budapest, 1873. 213—219; 227—229. II.

IV.

A WITTENBERGI EGYETEMEN TANULT MAGYAR- ÉS ERDÉLYORSZÁGI IFJAK 1522—1529.

1522. sub rectoratu Nicolai Amsdorf, a festo sanctorum Philippi et Iacobi vsque ad festum Luce evangeliste.

Georgius Baumheckel, de Nousolio dioc. Strigonien.

Martinus Ciriaci de Leowczofra Dio. Strigonien.

1523. per semestre hiemale; sub rectoratu D. J. Schwertfeger.

Joannes Bontzler Zcytburgen. transiluanus Alenss. dioc.

Joannes kousch transilu. Albenss. dioc.

Valentinus Haltrich transiluanus Alben. dioc. 7. Aprilis.

1523/4. a Luce festo Anno m. d. vigesimo tercio vsque ad festum Philippi et Iacobi anno vigesimo quarto. Rectore Philippo Melancton.

Dionisius Luicius Pannonius

Balthazar Gleba Buden.

Matheus Thome Nouosolanus Strigonien. dioc.

1524. a primo die Maij ad festum vsque Luce. Rect. Gaspar. Glacij.

Joannes Vthmannus Ungarus Buden.

Joannes Casler dioc. Strigon.

Conradus Cordatus de Weissnkirchn

Georgius Transilvanus Mistricien.

1526. per Semestre estiuale. Rect. Just. Jone.

Christianus Lanius Gybnitz Ungarus.

1527. Rect. Henr. Stagkman.

Johannes Siglerinus de lentschauia Dioc. Strigon. 7. Maij.

1528. a Philippi et Iacobi festo vsque ad festum Luce. Rect. Joh. Valmar.

Wolfgangus Talhuser Posonien. dioc. Strigoniensis Mgr. Cracoviens.

1529. Sem. estiv. Rect. Teiteleben.

Joannes Henckelbich ungarus 6. Septemb.

Michael Salei ex Hungaria 7. Septemb.

1529/30. a f. d. Luce vsque ad f. app. Philippi et Iacobi, s. rect. Iacobi Postomij Torgani.

Matthias Biro de Way 3. Decem. Hung.

Gregorius JohannisDebrecinus Hung. 3. Decembris.

Joannes Daxs ex Newsidell. 1530. 21. Marc.

Mgr. Egidius Faber Cremnicen. 2. Apr.

Révész Imre közlése a Magyar Történelmi Tár 6. kötetében. (Pesten,1859.) 215—216.

V.

A protestantizmus első magyarországi hirdetőire vonatkozó tudósitások birálata.

Animadversiones criticae in nonnullas relationes primos apud Hungaros protestantismi propagatores tangentes.

Interrogant forte eruditi, in hoc tomo Monumentorum, tempora innovatae in Hungaria religionis illustrantium cur frustra quaeruntur nonnullae relationes scriptorum aevi supparis vel fere supparis primos propagatores in Hungaria protestantismi extollentes et hucusque in libris historiographorum Hungariae passim occurrentes? Numquid oculos fugiebant hae relationes collectorum horum Monumentorum? Minime quidem. Sed ideo neglectae sunt, quia, prout ex his animadversionibus patet, hae relationes, toties recoctae, tempora innovatae religionis obscurare, non vero illustrare aptae sunt.

Akadnak talán tudós férfiak, kik fölvetik a kérdést, miért maradtak ki ezen, a hitújítás korát tárgyaló emlékek közül a közelkorú vagy majdnem közelkorú íróknak azon tudósításai, a melyek a protestantizmus első magyarországi hirdetőiről szólanak? Talán kikerülték ezen emlékek gyüjtőinek figyelmét? Éppen nem. Hanem kimaradtak azért, mert a mint az itt olvasható birálati észrevételekből kitünik, ezen annyiszor föltálalt tudósítások a hitújítás korára nem annyira fényt, mint inkább homályt vetnének.

I. Inprimis huc spectat relatio Severini Sculteti prius quidem collaboratoris Bartfensis, post ludirectoris Eperjesiensis et tandem pastoris Bartfensis de Simone Grynaeo et Vito Winshemio, scholae Budensi praefectis et Evangelii (quo nomine Protestantes doctrinam suam appellant) professoribus, a. 1599. typis mandata atque sic sonans:

«Scribit quodam in loco D. Tho-

I. Először is idetartozik Sculteti Szeverinnek, kezdetben bártfai segédtanítónak, majd eperjesi tanítónak s végre bártfai lelkésznek Grynaeus Simonról és Winsheim Vid-ról mint budai tanítókról és az evangeliumnak (így hívják a protestánsok az ő hitrendszerüket) hirdetőiről 1599-ben kinyomtatott s ekként hangzó tudósítása:

«Irja egy helyen a boldog emlé-

mas Faber, piae memoriae, successor D. Leonhardi Stöckelij in ludirectoratu Bartphensi et praeceptor noster charissimus, quod audiverit ex senibus fidedignis, adhuc sub Ludovico 2. rege Ungariae circa annum Christi 25[1] Budae coepisse doceri Evangelium. Sed inde pulsos esse Evangelii professores, inter quos et Simon Grynaeus et Vitus Winshemius, viri excellenter docti, qui scholae Budensis et fortassis etiam Bibliothecae, relictae ibidem a Mathia rege, praefecti fuerant, redierunt in Germaniam factusque est Grynaeus Philosophiae professor Basileae, Vitus autem linguae Graecae Wittebergae. Haec Thomas Faber.»[2]

Quae hic narrantur de Vito Winshemio, aperte falsa sunt. Vitus enim hic, prout certo constat, a. 1501. 1-a Augusti lucem aspexit, et quando studia literarum Wittenbergae absolvit statim ibidem, postea Jenae professor linguae graecae factus est. (Obiit 1570. 3-a Jan.)[3]

Ut autem assertionem de Simone Grynaeo hic prolatam rite discutiamus, videamus prius Grynaei (patrio nomine Greiner) huius vitae curriculum ex monumentis omni exceptione maioribus confectum.

Simon Grynaeus (Greiner) a. 1493. in oppido Vehringen (Sigmaringen) natus annis 1507—1512 Pfortzheimii scholas frequentavit,[4] annis autem 1512—16 penes facultatem artium universitatis Viennensis linguis edi-

kezetű Fáber Tamás, Stöckel Lénártnak a bártfai tanítóságban utóda és az én nagyon kedves mesterem, hogy szavahihető öregektől hallotta, hogy már II. Lajos magyar király uralkodása alatt Krisztus születése után az 1525-ik év táján kezdték hirdetni az evangeliumot Budán. De elkergették onnan az evangelium hirdetőit s azok közt Grynaeus Simon és Winsheim Vid kiválóan tudós férfiakat is, a kik a budai iskolának s talán a Mátyás királytól ott hagyott könyvtárnak is élén állottak. Visszatérvén Németországba Grynaeus a bölcselet tanára lett Bázelben, Vid pedig a görög nyelv tanára Wittenbergben. Igy ir Fáber Tamás.»[2]

A mit itt Winsheim Vid-ról mondanak, az nyilván valótlan. Ezen Vid, a mint biztosan tudva van, 1501 aug. 1-én született s mikor tanulását Wittenbergben elvégezte, mindjárt Wittenbergben, utóbb pedig Jenában a görög nyelv tanára lett. (Meghalt 1570. jan. 3.)[3]

Hogy pedig a Grynaeus Simonról itt közölt állítást helyesen megbirálhassuk, előbb ezen Grynaeusnak (eredetileg Greiner-nek) kifogásolhatatlan kútfőkből összeállított életrajzát közöljük.

Grynaeus (Greiner) Simon 1493-ban Vehringen városban (a Sigmaringen herczegségben) született s 1507—12-ben Pfortzheim-ban járt iskolába.[4] Az 1512—16 években pedig a bécsi egyetem bölcseleti kará-

[1] Scil. a. 1525.

[2] *Severini Sculteti:* Υπομνημα sive admonitio brevis ad christianos regni Ungarici cives. Bartphae. M. D. XCIX. fol. 17.

[3] Grosses Universal-Lexikon LVII. 589—60.

[4] *Thommen:* Gesch. d. Universität Basel 1532—1632. Basel 1888. 109.

scendis operam navavit ibique gradum licentiatus obtinuit.[1]

Ubi annis 1516—1519 morabatur? monumenta externa silent, sed anno 1520 iterum Viennae comparet liberumque usum bibliothecae petendo adipiscitur.[2]

Anni 1522 ultimos menses, prout annum 1523, Wittenbergae transegit.[3] Inde ab anno 1524 munus professoris linguae graecae Heidelbergae, ab anno vero 1529 Basileae gessit[4] ibique, si spatium sex mensium, quod a mense Novembris a. 1534 ad mensem Junii a. 1535 Tübingae consumpsit,[5] excipiatur, usque ad obitum (1541) mansit. Rebus theologicis ab anno 1532 vacare coepit, exegesim Novi Testamenti etiam docendo.[6]

Compertum est ex hoc curriculo vitae Simonem Grynaeum nunquam philosophiae professorem fuisse. Magis adhuc elucescit, eum solummodo annis 1517—19 aut ad summum anno 1521 Budae commorasse ibique alicui scholarum (erant enim septem) praefectum fuisse qua linguae latinae magistrum. At omnes biographi eius consentiunt, ipsum «pluribus annis» hanc scholam di-

nál a nyelvek tanulásával foglalkozott s ugyanott licentiatus-fokot nyert[1] (a tanításra szabadalmat kapott).

Hol tartózkodott az 1516—19 években? arról a külföldi hivatalos iratok hallgatnak. De 1520-ban ujra Bécsben tűnik föl s kérelmére a könyvtár szabad használatára kap jogot.[2]

Az 1522-ik évnek utolsó hónapjait, valamint az 1523-ik évet Wittenbergben töltötte.[3] 1524-től kezdve Heidelbergben, 1529-től kezdve Bázelben volt a görög nyelv tanára[4] s itt, kivéve az 1534 novembertől 1535 juniusig terjedő s Tübingenben töltött félévet,[5] holtig (1541-ig) megmaradt. Hittudományi dolgokkal 1532-től kezdve kezdett foglalkozni, mert ezidőtől fogva az újszövetség magyarázatát is tanította.[6]

Kitűnik ez életrajzból, hogy Grynaeus Simon sohasem volt a bölcselet tanára. Még inkább kivilágiik az, hogy ő csakis az 1517—19 években vagy legföljebb 1521-ben tartózkodott Budán s itt mint a latin nyelv tanítója állott valamelyik budai iskolának (mert 7 ilyen volt) élén. — Mivel pedig életrajzírói mind megegyeznek abban, hogy Grynaeus «több évig» igazgatta ez

[1] Matricula universitatis Viennensis. vol. III. ad a. 1512. Matr. facultatis artium fol. 64a. Acta fac. artium III. f. 84b. Rhenensis matricula f. 243a.

[2] Acta facultatis artium Viennensis IV. fol. 111a.

[3] *Foerstemann:* Album Academiae Vitebergensis. 114—116.

[4] *Thommen* o. c. 110. Cf. Winkelmann: Urkundenbuch der Universität Heidelberg. I. 222. II. regest. nr. 761.

[5] Urkunden zur Geschichte der Universität Tübingen. Tübingen. 1877. 165. 171.

[6] *Thommen* o. c. 111—113. Grato animo testamur, nos haec documenta, quae ad stabiliendam fidedigne sortem Grynaei necessaria erant, clarissimo viro *Carolo Schrauf* archivario aulico Viennensi in acceptis referre.

rexisse[1] cumque inter 3-am diem Maii a. 1520 et 13-am Octobris a. 1522 «plures anni» haud effluxerint, rite concluditur, Grynaeum hunc annis 1516—19 Budae commorasse.

Quis autem nescit, his annis (1516—19) neque ab ipso Luthero systema suum religiosum evulgatum fuisse, eominus Budae iam disseminari potuisse?! Quae ergo annis longe post mortem Grynaei huius subsecutis Bartfae seniores narrarunt, non eventus verus, documentis firmis innixus, sed ex Grynaei posteriori fama, seriusque gestis et etiam ex collisione inter Grynaeum atque Dominicanos ob scientificas vel morales non autem religiosas causas orta male et praepropere ducta conclusio est. — Quamobrem relatio Scultetiana in seriem horum monumentorum, quorum ope recte mendosa et fabulosa nuntia eliminare contendimus, adscribi haud potuit.

II. Alteram relationem de primis propagatoribus protestantismi praebet Joannes Iratosi, praedicator Toronyaiensis, scriptor saeculo integro posterior. Hic asserit in prooemio libri: «Az ember életének boldogúl való igazgatásának modgyáról», anno 1637 editi, articulum 54. legis comitiorum Budensium anni 1523 latum fuisse contra Stephanum Kopátsi, Michaelem Siklyósi, illum Sárospatakiensem, hunc Ujhelyiensem praedicatores, eorumque patronum Petrum Prinyi (Perényi), contra sacerdotem Gallum et Bla-

iskolát[1] s mivel 1520 május 3-tól 1522 okt. 13-ig nem telt el «több év», helyesen következtetjük, hogy Grynaeus az 1516—19. években tartózkodott Budán.

De ki nem tudja, hogy ezen években (1516—19) még maga Luther sem tette közzé az ő hitrendszerét s ennélfogva annál kevésbé lehetett azt Budán már terjeszteni?! A mit tehát sokkal később, e Grynaeus halála után az öregek Bártfán beszéltek, az nem valami biztos, erős bizonyítékokra támaszkodó esemény, hanem Grynaeus későbbi hiréből, utóbb tanusított viselkedéséből s a közte és a domonkosrendűek közt tudományos vagy erkölcsi, nem pedig theologiai okokból támadt összeütközésből vont hibás és nagyon koránra tett következtetés. Ezért a Sculteti-féle tudósítást nem vehettük föl ez emlékek sorába, mert hisz éppen ezek segítségével akarjuk a hazug és mesés hireket kiküszöbölni.

II. A protestantizmus első hirdetőiről szóló második tudósítást egy teljes századdal későbbi iró, Iratosi János, toronyai prédikátor szolgáltatja. Ez «Az ember életének boldogúl való igazgatásának modgyáról» cz. 1637-ben kiadott fordításának előszavában állítja, hogy az 1523-ik évi 54. törvényczikkelyt «Kopátsi István, Siklyósi Mihály sárospataki és ujheli tanítók és azok patronusa Prínyi (Perényi) Péter ellen, Gál pap s Radán Balázs Debreczenben, azoknak patronusa Török István ellen, Ozorai Imre

[1] *Thommen* o. c. p. 109. et Grosses Universal-Lexikon. t. XI. p. 1156.

sium Radan Debrecini fungentes eorumque patronum Stephanum Török, contra Emericum Ozorai Békésini docentem eiusque fautores dominos nempe Ladányi (Nadányi) et Massai, contra Martinum Kálmáncsi Munkácsini agentem eiusque fautorem Petrum Petruit (Petrovics).[1]

Haec assertio dein, ad art. 4. anni 1525 applicata, irrepsit in libros manuscriptos historiam protestantismi in Hungaria tractantes, postremo vero nostri temporis auctores nonnullos incautos et rerum praeteritarum imperitos decepit.

Sed si hanc assertionem debitae crisi subiicimus, profecto apparet, Ioannem Iratosi sufficienti scientia primorum propagatorum protestantismi eorumque adiutorum destitutum fuisse. Inspiciamus paululum singula.

Stephanus Kopátsi (anno 1561 adhuc vivens) usque ad annum 1543 Siklósini (in comitatu Baranya) ergo non Sáros-Patakini fuit ludirector.[2]

Quae de Michaele Siklyósi, anno iam 1523 placita Lutheri Sátorallya-Ujhelyini praedicante, narrantur, fundamento prorsus carere, apparet ex eo, quod patronus horum Stephani Kopátsi et Michaelis Siklyósi Petrus Perényi eodem halitu asseritur. Notissimum enim est, Petrum Perényi arces et civitates Sáros-Patak ac Sátorallya-Ujhely occumbente in praelio Mohácsiensi (1526. 29. Aug.) earum domino, Antonio Pálóczy, supremo comite Zempliniensi, accepisse. Proinde anno 1523 vel 1525 Stephano Kopátsi et Mi-

Békésen, annak fautori az Ladányi és Massai urak ellen, Kálmáncsi Márton Munkácsban és annak fautora Petruit (Petrovics) Péter ellen»[1] alkották.

Ezen állítás, alkalmazva az 1525-iki 4-ik törvényczikkelyre, belopódzott a protestánsok történetét tárgyaló kéziratos könyvekbe is, végül pedig némely vigyázatlan vagy hazánk történetében járatlan, korunkbeli történetírót is félrevezetett.

De ha ezen állítást kellő birálatnak vetjük alá, rögtön kitünik, hogy Iratosi Jánosnak nem volt meg a kellő ismerete a protestantismus első hirdetőiről s azok pártolóiról. — Vizsgáljuk egy kevéssé az ő állításának részeit.

Kopátsi István (a ki 1561-ben még élt) egész 1543-ig Siklóson (Baranyamegyében) tehát nem Sáros-Patakon volt tanító.[2]

A mit Siklyósi Mihályról, mint már 1523-ban Luther hittételeit Sátoralja-Ujhelyen hirdetőről mond Iratosi, szintén alaptalan. Kitünik ez abból, hogy egy lélekzettel Kopátsi István és Siklyósi Mihály kegyurául Perényi Pétert mondja. Ámde untig ismeretes, hogy Perényi Sáros-Patakot és Sátoralja-Ujhelyt csak azok előbbi urának, Pálóczy Antal zempléni főispánnak a mohácsi csatában (1526. aug. 29.) történt elestével kapta vagy inkább szerezte meg, s ennélfogva 1523-ban vagy 1525-ben Kopátsinak és Siklyó-

[1] Citat Carolus Szabó in ephemeridibus Századok. 1867. pag. 155.
[2] Történelmi Tár. 1900. 475.

chaeli Siklyósi Perényi nullum patrocinium praebere potuit.

Gallus et Blasius Radan, prout ipse Iratosi fatetur, tempore, quo familia Török de Enying Debrecinum possedit, Debrecini fungebantur. At Valentinus (et non Stephanus) Török anno 1536 adeptus est civitatem Debrecinensem (praemium ob desertas partes Ferdinandi I.) a Ioanne Zapolyay rege.

Emericus Ozorai annis demum 1530—31 studia absolvit et quidem primum Cracoviae mox Wittenbergae nullumque munus his annis adhuc gessit.[1] Ipsa civitas Békés nunquam erat dominio nobilium Ladányi (Nadányi) et Massai subiecta, sed annis 1510—30 Georgium marchionem Brandenburgensem, 1530—34 Emericum Czibak, episcopum Varadiensem, 1534—52 familiam Patócsy de Eperjes dominos habuit.

Maximam inscitiam suam prodit Iratosi iis, quae de Martino Kálmáncsi (rectius Kálmáncsehy) Munkácsini agente, et Petro Petrovich narrat. Petrus enim Petrovich a mense Augusti 1551 usque ad mensem Octobris a. 1557 arcem Munkács possedit, Martinus autem Kálmáncsehy his annis, prout documenta clare ostendunt, plebani Debrecinensis munere functus est.[2]

Absit ergo, ut talem relationem, quae, si non omnia falsa, tamen omnia anachronistica continet, in seriem fidedignorum monumentorum referamus.

sinak Sáros-Patakon és Ujhelyen kegyura nem lehetett.

Gál pap és Radán Balázs Iratosinak vallomása szerint az Enyingi Török család földesurasága idején működtek Debreczenben. Ámde Török Bálint (s nem István) csak 1536-ban kapta Debreczent Zapolyai Jánostól (jutalmul I. Ferdinándtól való elpártolásáért).

Ozorai Imre csak az 1530—31. években végezte tanulmányait előbb Krakkóban, utóbb Wittenbergben s ekkor még nem viselt papi hivatalt.[1] Maga Békés városa sohasem volt a Ladányi (Nadányi) és Massai nemesek urasága alatt, hanem az 1510—30. években György brandenburgi őrgróf, 1530—34-ben Czibak Imre váradi püspök, 1534—1552-ben az Eperjesi Patóczy család voltak földesurai.

Leginkább elárulja tudatlanságát Iratosi azzal, a mit Kálmáncsi (helyesen Kálmáncsehi) Mártonról mint munkácsi papról és Petrovich Péterről mond. Petrovich Péter 1551 augusztus hónaptól 1557 októberig birta a munkácsi várat. Kálmáncsehi Márton pedig ezidőben, a mint az okiratok világosan mutatják, debreczeni plébános vala.[2]

Lehetetlenség tehát ezen tudósítást, a mely ha nem is egészen hamis, de mindenesetre időelőtti anachronisticus dolgokat beszél, a szavahihető emlékek sorába fölvenni.

[1] *Schrauf:* Regestrum bursae Hungarorum Cracoviensis. 28. 99.

[2] *Horváth:* Rajzok a magyar történelemből. 368. Századok 1887. 399. Történelmi Tár. 1889. 601. 1890. 174—79.

III. Patet porro cuilibet obtuenti, nos omnia, quae statum ecclesiasticum vel a longe et aliquatenus illustrant, congessisse. Quaeritur ergo, cur omisimus consignationem gentium comitatus Zempliniensis annum 1526 prae se ferentem, ab Antonioque Szirmay iam olim (1804) publici iuris factam, in qua inter cetera occurrit: «ad peragenda Divina assumptus P. Michael, conventualis Custos de Sáros-Patakino?»[1] Hinc enim rite inferre potuissemus nobilescomitatus Zempliniensis odio solito novatorum eius temporis in monachos anno 1526 haud imbutos fuisse, secus enim monachum minime inter se admisissent. — At haec consignatio haudquaquam genuinum opus anno 1526 scriptum, sed ipsius Antonii Szirmay editoris (aliunde etiam velut falsarum litterarum compositoris noti) commentum est. Ut enim taceamus de penitus ignota distinctione nobilium arma capessentium in loricatos et hastatos equites, in huzarones atque pedites pixidiarios, Szirmay in hac consignatione pro ductore peditum pixidiariorum ponit «Joannem Allaghy de Beükény». Certissime autem constat, hunc Joannem Allaghy tantum circa annum 1520 natum fuisse, a. 1546 adhuc Patavii studiis operam navasse et ante annum 1550 nullatenus in serie nobilium comitatus Zempliniensis locum habuisse.[2]

IV. Huic dein commento ex parte superstruitur narratio, Michaelem Sztáray et Stephanum Kopátsi abiecto religiosorum instituto et ha-

III. Még a fölületes szemlélő is látja továbbá, hogy mi minden oly adatot összeszedtünk, a mi a vallásos állapotokra akármily távolról is fényt vet. Kérdezhetik tehát, miért nem vettük föl azon 1526-ra tett, Zemplénmegye hadairól szóló és Szirmay Antaltól már régen (1804) közzétett összeírást, a melynek végén ez fordul elő: «Az istentisztelet végzésére fölvétetett Mihály atya, a sárospataki konvent őre?»[1] Hiszen ebből helyesen következtethettük volna, hogy Zemplénmegye nemesei 1526-ban még nem voltak eltelve a hitújítóknak a szerzetesek iránt táplált gyűlöletével, mert különben nem engedtek volna maguk közé szerzetest. Csakhogy ez az összeirás éppen nem 1526-ban készült eredeti mű, hanem (a másunnan is oklevélhamisítóként ismert) Szirmay Antal közlőnek készítménye. Nem szólva ugyanis a fegyvert fogó nemeseknek vértes és kopjás lovasokra, huszárokra és puskás gyalogokra való teljesen ismeretlen felosztásáról, Szirmay ezen összeírásban a puskás gyalogok hadnagyává teszi «Bökényi Alaghy Jánost». Ámde teljesen biztos, hogy ez Alaghy János csak 1520 táján született, 1546-ban még Páduában tanult és 1550 előtt semmikép se foglalhatott helyet Zemplénmegye nemeseinek sorában.[2]

IV. Részben ezen hamisítványon épül azon elbeszélés, hogy Sztáray Mihály és Kopátsi István odahagyván a szerzetesrendet és ruhát, már

[1] Notitia historica comitatus Zemplen. 1804. p. 47.
[2] *Nagy Iván:* Családtörténeti értesítő. I. 129—136.

bitu iam circa annum 1530 Sáros-Patakini uxorem duxisse.[1] Sed detecto mendacio prioris consignationis et cum aliunde etiam eruditis constet, ambos praenominatos pluribus decenniis post, nempe annis 1555—1565 Sáros-Patakini[2] functos fuisse, praescriptae fabulae pueruli et vetulae ut aures praebeant, oportet.

1530 táján Sáros-Patakon megnősültek.[1] Ámde az előbbi összeírás hamis voltának megállapítása után s mivel különben másunnan is tudják történettudósaink, hogy mindkét előbbnevezett férfiú évtizedekkel később, t. i. az 1555—65 években működött Sáros-Patakon,[2] gyermekek és vénasszonyok higyjenek az ilyen mesének.

V. Fictitiis litteris accenseri debet etiam sequens:

V. A hamis levelekhez sorolandó a következő is:

«Ludovicus, Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae, fideli nostro, venerabili Vicario ecclesiae Strigoniensis generali salutem et gratiam nostram. Quoniam nos in negotio et causa duorum plebanorum civitatis nostrae Cibiniensis, qui istuc ad sedem Strigoniensem in praesentiam tui citati fuerant, ad fidelem nostrum reverendissimum in Christo patrem, dominum Ladislaum sancti Martini in Montibus sanctae Romanae ecclesiae presbyterum Cardinalem Strigoniensem ac patriarcham Constantinopolitanum, summum secretarium cancellarium et amicum nostrum charissimum certas literas nostras dedimus, quae donec ad ipsum Cardinalem pervenient et ab eodem responsum ad eas nobis reportabitur, interea a prosecutione ipsius causae omnino cessare et supersedere debeas nec ullis censuris aut gravaminibus in ipsos agere aut procedere audeas. Et aliud facere nullo modo praesumas. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Budae sabbatho proximo ante Dominicam Cantate anno 1523.»[3]

Hanc epistolam seu, ut vocant, mandatum dilatorium, primus apud nos protestantismi historiographus Andreas Oltard promulgavit aliique ab eo mutuavere. Sed iam Katona, celeberrimus scriptor et criticus castigavit eam his verbis: «Quae monstra haec epistola continet! Quis unquam legit Ladislaum aliquem his titulis insignem, quibus Thomas (Bakocz) duobus abhinc

E levelet vagy máskép halasztó parancsolatot a magyarországi protestantizmus első történetírója, Oltárdi András tette közzé. De már hiresneves s kellő birálattal élő történetírónk, Katona, kitörte e levél méregfogait e szavakkal: «Micsoda vadakat tartalmaz e levél? Ki olvasta valaha, hogy valamelyik László ezen nevezetekkel élt volna, a melyekkel az 1523-nál két évvel előbb

[1] *Szirmay* o. c. p. 59. §. 180. [2] Történelmi Tár. 1900. évf. 475, 476.

[3] *Oltardi:* «Concio solennis et extraordinaria complectens initia et progressum reformationis primae ecclesiarum Saxonicarum in Sede Cibiniensi». Cibinii 1650. p. 24. s utána *Benkő:* Milkovia. II. 450.

(1523) annis mortuus effulgebat».[1] Uberius dein falsitatem ostendit Aurelius Fessler, ceteroquin et ipse ad castra Protestantium transiliens, his verbis:

meghalt (Bakócz) Tamás fényeskedett.»[1] Bővebben megmutatta e levél hamisságát Fessler Aurél, a ki különben maga is a protestánsok táborához csatlakozott, ekként:

«Seivert berichtet[2], Ambrosius und Conrad Wych seyen vor den Gerichtshof des Graner General-Vicarius gefordert worden, aber Markus Pemflinger habe sich der bedrängten Flüchtlinge angenommen, und während der Erzbischof von Gran und Cardinal Ladislaus Szálkán in Rom sich befand, den König bewogen, dem General-Vicarius die weitere gerichtliche Verfolgung der zwei Geistlichen, bis von dem Erzbischofe aus Rom Antwort käme, zu verbieten. Seivert gründet sich auf eine von Oltard zuerst bekannt gemachte Urkunde, worin der Graner Erzbischof genannt wird: *Ladislaus s. Martini in Montibus s. Rom. Eccl. Presbyter-Cardinalis, Patriarcha Constantinopolit.* Die zwey Geistlichen heissen *plebani civitatis nostrae Cibiniensis* und die Urkunde ist datiert: *Sabbato proximo ante Dominicam Cantate 1523.* Allein was Seivert darauf bauet, ist nichtig; denn Ladislaus Szálkán war nie Cardinal, nie Patriarch von Constantinopel; im J. 1523 noch nicht Erzbischof von Gran; nicht in Rom; die zwei flüchtigen Geistlichen waren nie Plebani im Hermanstädter Bezirk; und der wahre *Cardinal S. Martini in Montibus et Patriarcha Constantinopolit. Thomas Bakács* im J. 1523 nicht mehr im Leben; wohl aber war er im J. 1513 in Rom. Anstatt Ladislaus muss es also in der Urkunde Thomas; anstatt 1523—1513 heissen; und in diesem Jahre mochten zwei Plebani civitatis Cibiniensis vor den Gerichtshof des General-Vicarius von Gran berufen worden seyn, deren weitere Verfolgung Wladislaw, nicht Ludwig aufzuschieben befahl.»[3]

Sufficiant hae notae criticae viris aequo animo et aequa lance res gestas iudicare studiosis ad ostendendum, qua vigilantia et crisi assertiones simplices antiquorum scriptorum imo et documenta ab ipsis producta, primos propagatores doctrinae Protestantium cementia, excipienda adhibendaque sint.

Talán elegendő ezen pár birálati észrevétel a mult időket higgadtan és igazságosan itélni ügyekvők előtt annak bebizonyítására, mily óvatosan és megválogatva kell fogadni és használni a régi íróknak az első protestáns hitterjesztőket érdeklő egyszerű állításait, sőt sokszor a tőlük közölt okleveleket is!

[1] Historia Crit. Regum. t. XIX. p. 393.
[2] Beyträge zur Religionsgesch. von Hermannstadt. Ungar. Magazin. t. IV.
[3] Die Geschichte der Ungern und ihrer Landsassen. Lipsiae. 1823. t. VI. p. 250. Vide uberius in eximio, paucis pro dolor, noto opere ignoti auctoris: A lutheránusok ellen ezerötszázhuszonötödik évben iktatott törvényhozásba be nem folyt a r. k. papság. Pest. 1843. 34—36.

Quid mirum post praemissa videbitur, si veritatis historicae cupidos attentos reddimus ad familiarum quarundam traditiones atque exaggerationes eo minus admittendas. Hae enim traditiones inanis iactantiae gratia nonnunquam clara testimonia coaevorum detorquent falsissimaque consectaria deducunt. Ut unum tantum exemplum adferamus, in traditione familiae Szontagh de Igló confraternitas sacerdotum XXIV civitatum Scepusiensium iam ab anno 1298 continue florens, anno autem 1520 novum solummodo librum actorum (registrum dictum) conficiens, velut iam anno 1520 ad castra Protestantium transiliens denotatur duoque membra eius, Laurentius Wagendrüsselius plebanus Novae Villae (= Igló) ac Valentinus (cognomine, ut asseritur, Szontagh) plebanus de Bela, tanquam Lutheri primi asseclae glorificantur.[1] — Legenti tamen hunc librum (seu registrum) manuscriptum a catholicis inceptum, serius autem nempe post annum 1543, in manus Augustanam confessionem profitentium deventum, statim patet, traditionem praedictam vehementissime errare. Lineae integrae enim et multae paginae huius libri apertissime testantur, confraternitatem suprafatam annis 1520—43 firmissime doctrinae caholicae adhaesisse eamque contra prava exempla et adhuc peiora secreta monita sui Praepositi Joannis Horváth de Lomnicz pro viribus tuitam fuisse. Ex iis praesertim, quae paginis 297—324 huius libri enarrantur, apparet, adhuc anno

Ez előadottak után nem csodálkozhatik senki, ha a történeti igazság kedvelőit figyelmeztetjük, hogy egyes családoknak ilynemű hagyományait és nagyításait még kevésbé szabad készpénznek vennünk. E hagyományok ugyanis üres dicsekvésből sokszor elferdítik az egykorúak világos bizonyságait és azokból teljesen hibás következtetéseket vonnak le. Hogy csak egy példát említsünk föl, az Iglai Szontagh-család hagyományában a huszonnégy szepesi város papságának 1298 óta folyton virágzó s 1520-ban csupán új jegyzőkönyvet vagy, mint mondják, lajstromot (registrum) készítő társulata (confraternitas) már 1520-ban a protestantizmushoz csatlakozónak van föltüntetve s e társulat két tagja, Wagendrüsseli Lőrincz iglai (Novavilla) plébános és Bálint, állítólag Szontagh vezetéknevű, bélai plébános Luther első követőjeként van dicsőitve.[1] De a ki olvassa ezen kéziratos, eredetileg katholikusoktól kezdett, később 1543 után az ágostai evangelikusok kezébe került könyvet vagy lajstromot, mindjárt látja, hogy a föntemlített hagyomány nagyon, de nagyon téved. Ezen könyvnek számos sora és lapja a legvilágosabban bizonyítja, hogy a föntemlített társulat az 1520—43. években még nagyon erősen ragaszkodott a kath. hithez és azt elöljárójának, Lomniczi Horváth Jánosnak gonosz példái s még gonoszabb titkos utasításai ellenére erejéhez képest védelmezte. Különösen az ezen könyv 297—324 lapjain elbeszéltekből látszik, hogy e társulat még 1543-ban is testületi-

[1] *Nagy Iván:* Magyarország családai. X. 805.

etiam 1543 confraternitatem hanc corporaliter et vehementer restitisse, ne per laicos et favore officialium familiae Thurzó, arcem Scepusiensem possidentis, Georgius Leudischer, primus aperte doctrinam Lutheri suadens atque uxoratus, in parochiam Mühlenbach intruderetur. Disturbia mox in Scepusio secuta (lis pro praepositura inter Joannem Horváth et Laurentium Grecsméry, imo huius fautorem Andream Báthory, inde subsecutum matrimonium Joannis Horváth, prioris Praepositi, scandalum plurimis praebens, familiae Varkucs apostasia, mors Georgii Molner parochi Leutschoviensis et intrepidi illuc usque catholicae fidei defensoris, etc.) tandem novatoribus viam apeгuere parochiis sese ingerendi suasque doctrinas sensim populo imponendi.

Non ergo rem, prout gesta erat, quaerunt, sed opinionem suam praeconceptam, vel invitis litteris, libro seu registro huic obtrudunt, qui membra confraternitatis civitatum XXIV Scepusiensium iam annis 1520—43 Luthero favisse asserunt.

Veritatis studiosi ex his abunde intelligent...

leg és erősen ellenszegült Leudischer Györgynek, az első nyiltan Luthert hirdető és nős papnak, a kit a világiak, különösen a Szepesvárát bíró Thurzó-család tisztviselőinek segítségével a mühlenbachi plébániába akartak betolni. A Szepességen nemsokára beállott zavarok (a szepesi prépostságért Horváth János és Grecsméry Lőrincz, vagy inkább ennek pártfogója Báthory András közt folyt pör, Horváth Jánosnak innen származó, nagyon sokat megbotránkoztató nősülése, a Varkucs-család elpártolása, Molner György lőcsei plébánosnak s a kath. hit eddigi rettenthetetlen védelmezőjének halála stb.) végre megnyitották a hitújitók előtt az utat, a melyen a plébániákba beülhettek s hittételeiket a néppel lassankint elfogadtathatták.

Tehát nem a valódi eseményeket keresik, hanem saját elfogult előre megalkotott itéletüket a szavak ellenére erőszakolják rá ezen könyvre vagy lajstromra, a kik azt állítják, hogy a XXIV szepesi város papságának társulati tagjai már az 1520—43. években Lutherhez csatlakoztak.

Az igazságszerető emberek ezekből eleget értenek...

Dr. Karácsonyi János.


INDEX

NOMINUM, LOCORUM ET (MAGNA EX PARTE) RERUM

A PAG. 1—523.

CORRIGENDA.

p. 11. l. 7. *facerit* lege fecerit.
p. 29. l. 37. *literalium* « literatum.
p. 40. l. 14. *sese* « esse,
p. 42. l. 5. *Cedi* (így) *illi nonnulla opuscula Lutheriana, que sic habebam, spero I. d. v. communia erint.*
lege: Dedi illi nonnulla opuscula Lutheriana, que hic habebam, spero, I. d. v. communicaverat.
p. 42. l. 38. *cautheriana* lege cautheriata.
p. 42. l. 39. *Caustes* lege Cautes.
p. 45. l. 2. *Ordini* « Ordinis.
p. 52. l. 2. *43. sz.* « 44. sz.
p. 72. l. 13. *domokosrendű* lege ferenczrendű.
p. 80. l. 6. *nostro* lege nostra.
p. 103. l. 3. *quam* « quum.
p. 105. l. 20. *9—100 l.* « 99—100 l.
p. 108. l. 11. *vehementen* lege vehementem.
p. 194. l. 15. *percipua* lege precipua.
p. 197. l. 3. *relinquendi* lege delinquendi.
p. 197. l. 23. *assessus* lege assensus.
p 203. l. 3. *adeo,* — comma delendum
p. 209. l. 32. *To* lege Fo.
p. 213. l. 21. *faccua* « faceua.
p. 215. l. 11. *reuder* « render.
p. 218. l. 35. *Plariario* « Plagiario.
p. 224. l. 2. *Feko* « telo.
p. 238. l. 9. *commendatio* lege commendatitio.
p. 281. l. ult. *reserri* lege reservari.
p. 364. l. 16. *Jászóviensi* « Jászóviense.
p. 364. l. 16. *Joannes vicecastellanus* lege: Joannem vicecastellanum.
p. 385. l. 21. *expelli* — comma ponendum.
p. 405. l. 24. *humillinam* lege humillimam.
p. 408. l. 16. *procul,* — comma delendum.





STEPHANEUM

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT NYOMDÁJA

Budapest, VIII., Szentkirályi-u. 28a.

